R. 23661

BARTHOLOMAEI A SALYCETO I. C.

In Primum, & Secundum Codicis Libros Commentaria.

DOCTISSIMORVM QVAMPLVRIVM I. C. adnotationibus illustrata.

CVM LOCVPLETISSIMIS SVMMARIIS ac duobus vberrimis Repertorijs; vno in nouem libros Cod. altero verò in secundam ff. Veteris Partem, quam Auctor selegit interpretandam.

PARS PRIMA.

IN QVA EXTREMA EDITIONE TANTA ADHIBITA FVIT diligentia, vt ab omnibus, quibus adhuc labefactata erat, vindicaretur erroribus, quanta posset adhiberi.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y Santa Catalina.
E. 17 C. 49 N. 1.º

VENETIIS, MDLXXXVI.

Index Rubricarum huius Voluminis In Primum, & Secundum Codicis Libros.

Aduocatis diuersorum iudiciorum. fol. 106
Aduocatis diuersorum iudicum. 107
Aduocatis fisci. 107
Alienatione iudi.mutan.causa fact. 155
Apostatis. 35
¶Contractibus iudicum,& eorum quæ sunt. 52
¶Diuersis rescriptis. 52
Dolo malo. 130
¶Edendo. 53
Episcopali audientia. 32
Episcopis,& clericis. 22
Errore aduocatorum. 107
Errore calculi. 104
Etiam per procur.causam in integ.rest. 148
Ex quibus causis alicui infamia irrog. 108
¶Fideiussoribus minorum. 134
Filiofamilias minorum. 134
¶Hæreticis,& Manichæis. 34
His quæ vi,metusve causa,gest.sunt. 128
His qui ad ecclesias confugiunt. 36
His qui ad statuas confugiunt. 52
His qui in ecclesijs manumittuntur. 37
His qui potentiorum nomine. 122
His qui veniam ætatis impetrant. 147
¶In integrum restitutione minorum. 131
In integrum rest.post.ne quid. 148
In ius vocando. 59
In quibus causis in integrum rest.non est necess. 144
Iudæis,& Celicolis. 35
Iureiur.propter calum.dan. 160
Iuris,& facti ignorantia. 41
¶Legibus,& constit.Principum. 37
¶Mandatis Principum. 41
Modo mulctarum. 53
¶Ne Christianum mancipium hæret. 36
Ne fiscus vel respu.procur.alic. 123
Negocijs gestis. 123
Ne liceat potentioribus patrocinia. 122
Ne sanctum baptisma,reiteretur. 35
¶Officio præfecti prætoris. 52
Officio præfecti vrbis. 52
¶Pactis. 60
Paganis,& templis,& eorum sacrifi. 36
Precibus Imperatori offerendis. 47
Postulando. 104
Procuratoribus. 111
¶Quando libellus Principi datus lit.cont.faciat. 48
Quibus ex causis maiores restituuntur. 158
Qui,& aduersus quos in integ.rest.non postu. 145
Quod metus causa. 127
¶Receptis arbitris. 156
Repud.quæ fi.in iu.in integ.rest. 148
Restitutio militum. 149
¶Sacrosan.eccle. 7
Satisdando. 159
Senatusconsultis. 41
Si aduersus rem iudicatam. 135
Si aduersus venditionem. 138
Si aduersus venditionem pignoris. 140
Si aduersus donationem. 141
Si aduersus libertatem. 141
Si aduersus transact.vel diuisi. 141
Si aduersus solutionem. 142
Si aduersus dotem. 142
Si aduersus delictum. 143
Si aduersus vsucapionem. 143
Si aduersus fiscum. 144
Si aduersus creditorem. 144
Si communi eademque causa in integ.rest.postu. 135
Si contra ius vtilitatemque publicam. 48
Si maior factus ratum habuerit. 147
Si minor se ab hæreditate abstineat. 144
Si minor se maiorem dixerit. 146
Si sæpius in integ.rest.postu. 147
Si tutor,vel curator interuen. 135
Si vt omiss.hæred.vel bono.poss. 144
Statuis,& imaginibus. 52
Summa Trinitate,& fide cathol. 4
¶Temporibus in integ.rest. 151
Transactionibus. 86
¶Vbi,& apud quem. 147
Vt lite pendente. 48
Vt nemo priuatus sit. 122
Vt nemini liceat sine iud.autho. 123
Vt quæ desunt aduocatis. 122
Vxoribus milit.vel eorum qui. 151

FINIS.

BARTHOLOMÆI DE SALYC. BONON. IVRISCONS. EXCELLENT. IN TOTVM COD. NON SATIS VNQVAM LAVDATA COMMENTARIA.

Nunc denuò castigata, & ad suam nataliciam puritatem restituta, perquamplurimis etiam apostillis I. V. Consulti celeberrimi, D. Ioannis Mariæ Riminaldi Ferrar. illustrata.

Distinctione quoque addita materiarum per numeros digesta, cum Repertorio ad eos, & secuta folia remissuo, in unico uolumine congesto, nunc ut nunquam anteà, ita dilucidè emisso locupletata.

¶ Sequitur prologus.

Vm ego. Bartholomæus de Salyceto natus, Bononiẽsis origine. In Patauino studio, quatuor annis iura ciuilia perlegisse ordinariã regẽs sedẽ, ibiq; nouũ librũ scripsissem, & inde ad patriã remeassem: Cũq; nefanda discordia inter pastores ecclie orta esset, ob quã nõ mõ nauicula Petri fluctuabat: sed tota ferè Italia [a] guerris, incẽdijs, & excidijs cõquassabat: Nõ sic assiduã, & cõsuetam dabã operã studio: multoties vacans ocio auditui sedẽs in cubili vocẽ bis clamantis ad me: Surge surge, vigil esto. Manũ porrige calamo, vt sicut alienã decorasti patriã, ita venereris propriã. oportet.n.te plurima nrãe legis arcana cũctis reserare lucidius: eiusq; veritatẽ per tua scripta studiosis intimare pfectius. Egoq; huius votis sonitu, p̃ nimio stupore territus, pfestim exurgẽs cõspexi, & vidi mulierẽ formosam oẽm muliebrẽ staturã excedẽtẽ: in cui⁹ capite erat velũ p̃ciosum, & corona gẽmarũ, zonaq; aurea ad mãmillas ei⁹, & vestimẽta purpurea, & in dextera ei⁹ Codex: in sinistra sceptrũ regiũ. Ecce mox meæ cõsiderationis aspectib⁹, grex occurrit doctorũ, in q̃bus Deus artifex, & ancilla: nã ingeniorũ optimorũ, & sciarum celebriũ plantauerũt radices, ꝓquerentiũ de suarũ glossarũ morsibus, & laniatibus, ex prauis modernorũ intellectib., pcedentib. Quib. fit vt lateat in obscuris clara ꝓdita virtus: & ardẽtes lucernæ p̃ defectũ olei pẽnitus extinguant. Qui vna uoce dixere: Hæc est lex dñi immaculata, eius sine ꝑdictione imple mãdata. als hæc mẽ filios pariendo abortiri ꝓpellitur. Sol eclypsatur in aurora clarissima, & planeta ꝓgrediẽs regitat: ac nrãm, & speciẽ veræ stellæ p̃cedens subito decidit. Quid poterit prius homo intueri miserius. Quid misericordiæ viscera penetrabat acutius? Quis cordis cõgelati uentus incalcens guttas resoluens facilius? Hic vere allectus fui: sed magnitudinẽ q̃siti mente reuoluens, oĩno tam arduũ subterfugere decreui opus dicẽs: ah ah puer ergo sum: nescio loqui: tardioris ingenij, & impeditioris linguæ sum. At illa subridens ait: Nũ quid nos deludis? Sic uolo: sic iubeo. Ego aũt operis arduitate tremens, & mandato prudentiæ parere cupiens, meam insuper impotentiam agnoscens, iustas cõtinuo dabã excusationes. Sed viri illustres, & strenui circunstãtes, illas nõ admittentes, tũc dixere: ne timeas: tecũ continue erimus: & supplebimus, q̃ tibi deesse videbimus. Vt igitẽ nostri finis intentiõ inquit spectabilis dña tam posteris pateat, q̃ modernis: & ora puerũ loquentium quantum ad nos pertinet obstruas: perpetuo pro culdubio deliberatione solerti, & circũspectione multiplici te dilectũ nostrum, qui iam nobis placita compilasti, solum ẽligimus ad hunc nostrum exequendũ intentum. Multi.n. de nostris se vocãt filios, & a nostro declinant imperio: solũ cum primatib. populi consistere q̃rentes, vt gloriosi appareant: lumen sapientiæ non amantes. tales.n. non merẽtur, vt interminabili noĩe dotenẽ &c. Tibi ergo dilecte nobis, plãtũ laq; nostra, hic labor ex hoc suauis, & dulcis sit: quia in salicib. figam tabernaculũ meũ. Vbi oẽs, qui me petent accipient, & qui q̃rent inuenient; & pulsantib. aperietur: & in torrente, secus stagnum inuenient, quod bibant aiæ sitibundæ. Nosĉis.n. quod corrũpuntur omnia, & tabescunt in tẽpore, & Saturnus, quod generat, deuorare nõ cessat, oẽm mundi gloriam operiret obliuio, nisi Deus mortalib. autẽticorũ scriptorũ remedio prouidisset. Alexãder orbis domitor: Iulius & vrbis, & orbis inuasor, qui & marte, & arte primus in unitatem gloriæ assumpsit imperium. Fidelis Fabricius, & Cato Rigid⁹ hodie memoria caruissent, si memorabilium gestorũ suffragia defuissent. Quãdiu ergo hæc tua super codicem separata lectura superest, nomen tuum seculo colendum interire non potest. His ergo sermonibus, & imperio conuictus. humili allocutione sic dicere cepi: O imperiosa domina. O directrix prudentissima. O munus celeste liberalitatis diuinę mentem rationalem prouehens, vsq; ad cœlum, tu morum moderatrix, & regula, quam seruantes peccare non sinis, per te reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. per te, cui cultores deposita ruditate natiua apices consequuntur bonorum; fiuntq; patres patriæ, & comites principũ, qui sine te conflassent lanceas in ligones, & vomeres, vel cùm filio prodigo pascerent forte sues. Quin igitur in sui laudes vlterius progredior. Quid vlterius moror? non diuitias non primatum populi fauores, sed tui assistentiam in hoc opere cordis genibus flexis exposco. Impera ergo domina, & quid sum explica. At illa inquit, Recipe hunc codicem, & super eo nouam scribe lecturam. Cui nomen erit Salycetus, sumpto uocabulo a nomine generis tui, quòd nobis retro plurimos genuit filios. & vt hoc opus sit laude dignum, talem tene stylum. Textus enim digesto, meditare consilio, nec decipiaris repentino iudicio, tam leges, quàm glo. difficiles, tuo experto diuide calamo. Notanda tua clara pande scriptura, spectabilium glossatorum nostrorum sententias a morsibus & laniatibus modernis, tuo eburneo protege clypeo, & acutissimo defende ingenio. nec tibi sit satis varias, quandoque recitare lecturas, sed cuiuslibet earum causam diligenter inquirere, vt causa cuiuslibet discusa studiosus videat, quid tenere debeat. In opponendo multipliciter, & soluendo ne gligens, ne esto, quia ex dissolutione nodorum, quod ab intra latebat, tunc clarescit, & auditorem quietatum reddit. Si plures obiectis datas solutiones reperis, non simpliciter dicas hæc, vel illa est vera, quia multoties varietas intellectuum, varias tradi facit solutiones obiectorum. Sed per prius cogita, an vniuscuiusque causa discussa possit per tui ingenij perspicaciam omnes reducere ad bonam concordiam. Sitque ibi præcipuum, tractatam materiam recolligere in vnum, per tua seriosa membra distinctionum, illę enim si sint seriosæ, & vt oportet conglutinatæ, non, vt murus, sine calce, subtilem, altum, & profundum, compilantis indicant intellectum. Scriptum est enim: Qui bene distinguit, proximus est veritati. Ad practicam applica, quæ ibi videntur vtilia. Transcriptor simplex ne esto, nec dubia faciliter relinquas sub indeciso iudicio, quia necessitas respondendi his, quæ tibi ipse obijcit, speculatiorem, & multo subtiliorem te efficiet. & finem verbis imponendo, inquit ipsa, si hæc fili feceris, laude, & gloria dignus eris. Ego tunc flexis genibus recepi librum ab ea dicens, Domina veneranda implebo iuxta posse, omnia vota tua. Iussitque illa illustribus viris, qui secum erant, vt mecum existerent singulis horis, & mihi ministrarent, quæ deesse viderent, qui reuerenti sermone dixere, Mater nostra faciemus hæc omnia. Et ego eis, Scitis patres, & viri spectabiles, quòd sine gratia omnipotentis Dei, nihil boni valeo operari. Ideo una mecum exorate ipsum dominum Iesum Christum saluatorem nostrum, vt a sede magnitudinis suæ, mittat eius increatam sapientiam, quæ mecum sit, & mecum laboret. & ita deprecati sunt omnes. Post hoc mater, & domina me benedixit, & ab oculis meis euanuit, & qui cum ea erant. & fuerunt hæc, anno natiuitatis saluatoris nomini, Domini Iesu Christi, Mccclxxxij. die. 3. mensis Maij in meridie. Et 20. die eiusdem inchoaui hanc le. nouam scribere. Ad laudem omnipotentis Dei, & sui filij vnigenitidomini nostri Iesu Christi, & gloriosæ matris eius, [b] semper virginis totiusque curiæ cœlestis, & ad gloriam, & exaltationem

ADDITIONES.

a ¶ Italia. Adde qd̃ sicut anno Dñi. Mccclxxxij in huius operis cõfectione, prout hic in fine dicit Sal. Italia guerris incendijs, & excidijs cõquassabatur, ut p eundẽ Sal. etiã infra, in rub. pro socio. ita & hodie in hac eius nouissima impressione sub annis dñi. M.cccccliij. seuissimis seditionibus, penurijs, guerris, incẽdijs, & ruinis. vna cũ quãplurimorũ illustrissimorũ dñorum, ac principũ ipsi Italiæ uitæ, statusq; priuatione, quotidie tota crudeliẽ cõquassat, pp quod, nec hodie dici pót Italia, non modo prouincia, sed prouinciarũ dña, prout gl. in Aut. ut oẽs o.t.e. in. prouin. §. hoc cõsiderãtes, nec ꝙ hẽat priuilegia, puinciæ tãtę, mater, & dña, prout in Aut. qua in prouincia. j. ubi de crimi. agi oportet. sed potius hodie misera Italia, prout nominari vẽ p eundem Sali. in l. fi. j. ad l. Iuliam repetun. in primo not. quã Deus omnipotens, & misericors a talibus & tantis infœlicissimis, ac horribilissimis influẽtijs, & malis benigno placatoq; vultu, eam liberare, defendereq; dignet. Amen.

b Gloriosæ matris eius, ꝙ gloriosa uirgo Maria fuit mater Chri. Dei. Adde cle. fi. §. j. de pœnis quam hic glossando denuo, ut aduocatam, & protectricem nostram corde optimo inuoco, ut nobis adsit, & semper fauendo nos a peccatis & malis, & periculis cunctis liberet, atque defendat. amen.

¶ Deus omnipotens, quare dicatur omnipotens, uide per Soc. consil. 102. incip. in presenti consultatione. ver. cum itaque, & circa medium. 3. col. in pri ma parte char. 168. & ibi per eum, quod Deus omnipotens est.

tionem patriæ, & totius studij Bon. & ad profectum omnium studentium. Non propterea desistens a quotidianis lectionibus vnde parum scribere potui. Si ergo tam grande, & latum opus inchoaui, cui me insufficientem cognosco, sit mihi apud vnumquemque excusatio, sublimis hæc visio, & præceptum irrefragabile tantæ autoritatis dominæ. Et si in præsenti lectura aliquid sit bene dictum, soli omnipotenti Deo attribuatur, & si quid male dictum reperitur, mei intellectus debilitati imputetur, & per eũ ad quem spectat, corrigatur. Incepturus super Iustiniano codice lecturam nouam scribere, secundum votum præfatę sublimis, & imperiotæ dominæ omnipotentem dominum saluatorem, & dominum nostrum Iesum Christum suppliciter oro, sic dicens.

Domine Deus omnipotens. Et salutator noster domine Iesu Christe, antequam ponam calamo, te supplicitor exorò, vt tuo clementia mihi præstare digneris veram intelligentiam, & discernendi copiam, laram memoriam & dicendi facundiam, in manibus meis, calamum tu ipse pone. Quid scribam iube, vt sic gratia agens, dicat vnus quisque, iussit dominus eum benedicere, & secundum iussum sublimis, & imperiosæ dominę recta scribere.

De nouo Codice faciendo. Tit. 1.

1 *Causę libri Codicis, quæ fuerint.*
2 *Codex in duodecim libros diuiditur.*
3 *Causa finalis omnium Iurium vtilitatem reipub. concernit.*
4 *Codicis liber, quare sic vocetur.*
5 *Subiectum iuris ciuilis, quod sit.*

REscatis præfationibus. Superuacuis & inutilibus vnico, & simplici verbulo lecturam huius libri incipio dicẽs cuilibet scholastico. Sume librum grandem, sic enim dixit dominus ad Esaiam propheram, vt scribit Esaia 8. in prin. & non immerito dixi grandem. Nam hic liber codicis vere, est grandis, & multiplici ratione. Primo ratione cuiuslibet suæ causæ prænotandæ. Secundo ratione sũę intitulationis demõstratæ. Tertio rõne pclaræ phylosophiæ, cui supponitur vere. Quarto ratione sui subiecti, refulgentis nobilitate. † Dico primo, quòd liber iste grandis est ratione cuiuslibet sue causę, quòd patet primo ratione suæ causę efficientis, quæ secundum Gul. de Cu. potest dici triplex, vna proxima, & immediata, & hæc fuerũt iurisconsulti, in hac constitutione nominati. vt in ver. ideoque. alia mediata, & hæc fuit Imperator Iustinianus, qui eis mandauit, & autoritatem interposuit, & approbauit, vnde & ipse dicitur, vt j. de ver. iu. enuc. l. j. §. sed neque. Alia est magis remota, & mediata, & hoc fuit Deus, ideo iura dicuntur diuinitus per ora principum promulgata. vt j. de præsc. lon. tem. l. fi. & ff. de leg. l. 2. & ita secundum quamplures intelligi debent in auth. de hære. & Falc. super rubri. vel secundum aliquos dici potest, ꝙ Deus causa proxima. Nam cum opus sit bonum, & perfectum, potest dici, quòd Deus sua proxima actione attingat illud, & sic potest dici causa immediata, sicut in qualibet operatione bona. iuxta illud Io. j. & xv. capitulis, non tamen totalis, sed partialis, quia cum iurisconsultis: & ideo Iustinianus hic in princ. constitutionis dicit cum auxilio omnipotentis Dei &c. & sic etiam potest intelligi gloss. prædicta. Patet. & 2. quòd hic liber sit grandis, ratione suæ causæ naturalis, quam asserit Azo in summa: & hic Gul. de Cu. triplicem esse, scilicet generalem, communem, & propriam, generalis est ius, & iustitia, hominum negotium, & duo vitia, error, & contumacia. communis est æquitas rudis, & ius approbatum, vel sunt codices tres, & aliæ constitutiones de quibus fit mentio in constitutione ista, in prin. ex quibus liber hic, fuit compositus resecatis superfluis, & contrarijs, vt hic dicitur. in §. quibus. Et licet ista sint communia verba doc. circa materiam, tamẽ dicere possumus, quòd operationes humanę simpliciter sunt materia huius libri, quia de eis principaliter hic tractatur, propter bonum tamen humanum. Patet hoc etiam ratione suæ causæ formalis, quæ est duplex, scilicet forma tractatus, & forma tractandi. forma tractatus est diuisio operis in libros. † Diuiditur enim hic liber codicis in xij. libros. licet causa, sine gratia commodoris voluminis in hoc volumine sint tantum nouem repositi, & alij tres in alio volumine cum libro Institutionum Autenticorũ, & vsu feudorum, item librorum in titulos, titulorum in leges, legum in paragraphos. Forma tractandi est exemplorum positio, quęsitorum solutio, per membra diuisio, quæ res lucidius patefit. vt ff. de rer. di. l. j. & de do. exce. l. j. Et ideo hæ ll. clarissimæ nuncupantur. vt infra, de emen. Iustin. co. circa fi. † Patet. 4. quòd est grandis, ratione suæ causæ finalis, quæ similiter est duplex, vna proxima, scilicet bonum regimen, & honestum, hominum, tam in vniuerso, quàm in particulari: vt infra. titu. j. in princ. & infra, de leg. l. 2. & inst. in procœmio. Non enim ad aliud anhelant iura, nisi vt bene regatur respublica. vt in Auth. vt diui. iussi. in princ. Alia est remota ad prędcedentem consecutiua, scilicet beatitudo æternа, quàm consequentur hi, qui secundum ll. vixerunt, in omni. n. eo leges suos possessores faciunt scrices, vt in procemio ffortũ §. discipuli. Sumat ergo vestrũ quisq; sibi hunc librum grãde summa opę, & alacri studio. ga nihil in eo ꝗrium ꝗ nihil superfluũ, nihil obscurum: sed omnę lucidum: & purum in ipsius cõpositione permanet: vt j. de emen. Iusti. co. in fi. & de vet. iu enu. §. ꝗriũ. & hic. in §. quibus. † Dixi secundo, ꝙ iste liber est grandis, ratione suæ demonstratę intitulationis. Intitulatur enim codex domini Iustiniani &c. ad differentiam trium codicum, de quibus in constitutione fit mentio. Et codex, ideo vocatur, quia multitudinem librorum in se continet, a caudicibus arborum dictus. Caudices enim arborum; idem sunt, quòd radices, multa ramalia iuncta continentes. vnde veteres caudex, nos vero codex appellamus, librum multitudinem librorum in se eontinentem: secundũ Papiam. Vel dic codex dicitur a cogo, gis: quòd idem est: quòd colligo, gis: & sparsa in vnum cogo. i. coacta in vnum reducо vnde flores trium aliorum codicum: & quæ sparsim in pluribus libris etiam fforum dicta fuerunt, sub compendio hic reperiuntur coacta. i. collecta: & ideo pratum in quo nihil est spinosum nuncupatur: vt hic hr, & j. de vet. iur. enu. l. j. §. nulla. Dixi iij. quòd hic est grãdis, rõne præclarę phylosophiæ, cui supponitur etiã ethycæ: & sic vere philosophiæ morali: vt patet. ff. de iusti. & iu. l. j. §. ibidum dicit veram: nisi fallor philosophiam affectantes. † Quarto dixi: quod est grandis ratione sui subiecti refulgentis nobilitatis, est enim subiectum legalis sciętię nobilissimum, quia homo politicus, & ciuilis, cuius causa secunda, omne ius est constitutum, ff. de stat. ho. l. 2. per has enim. ll. disponitur homo ad obtentiam politiæ mundalis: alias non supponeretur hęc scientia ethycę: quòd falsum est dicere, & sic politia mundalis posset etiam dici subiectum. Quidam tamen dixerunt: quòd ius: & iustitia est subiectum in scientia legali. non est verum, secundum præfatos docto. qui tenuerunt: quòd ius: & iustitia sit de materia generali, vt §. dixi. subiectum autem differt a materia, & in qualibet scientia nam materia est id, de quo principaliter tractatur. subiectum vero est id, ad quòd materia refertur. Operationes autem humanæ, de quibus hic tractatur non referuntur ad ius: & iustitiam inducendam. Sed ad ipsum hominem bonum, & politicum faciẽdum, ideo hominem politicum dico subiectum in hac scientia. Ex prædictis modo bene patet, ꝙ solutę sunt illę quatuor quæstiones quæ contueuerunt fieri in prin. cuiuslibet libri: videlicet quot, & quę sint causę illius libri; qs sit libri titulus: cui parti philosophiæ supponatur: & quid subiectum in scientia illa &c.

1 *Codicis appellatione, quid veniat.*
2 *Iustinianus quis fuerit, & qualis, ac cuius filius.*
3 *Genitiuus quem effectum habeat, & cuius sit naturæ.*
4 *Perpetuum sub sole nihil.*
5 *Augustus quis, & quare sic fuerit dictus.*
6 *Donatio Constantini Sylucstro facta, an valuerit, & ry. 8.*
7 *Papa quam iurisdictionem habeat.*

Nunc descendo ad rubrũ. Et diuido a nigro, vt primo positum. intitulatio. secundo intitulatum. Rubrum autem videtur diuidere prima. gl. & quarta. in tres partes: vt primo ponatur inuocatio diuini nominis: secundo generalis rubrica, ad totũ librum: tertio spãlis ad constitutionem tũ. secunda ibi: codicis. tertia ibi: de nouo. Sed hæc diuisio non placet Ia. Bu. quia cũ genitiui[a] veniant ad determinationem alterius, non possunt per se partem facere, vt ff. de aur. & ar. le. l. si non sint. §. peruenianus. & ff. de rei vend. l. in rem. § si quis rei suæ. Ideo ipse diuidit in partes duas tantum, quia primo inuocatio diuini nominis. secundo hujus constitutionis, inuocatio usque ad fi. rub. secunda ibi, codicis. Sed caue, quia æque bene possum dicere, quòd nec ista est bona diuisio, quia constructio secundæ partis non est perfecta: quia cõstitutio ista non incipit de no. codi. compo. sed constitutio codicis domini Iustiniani &c. quæ tractat de no. cod. compo. incipit, quę necessario: vt sequitur in nigro. & ita debet construi iste tex. Quapropter vtranque diuisionem soluẽdo dico, ꝙ utraq; diuisio est mẽtalis, & intellectualis, intẽsiua põt appellari, nõ ex se partiũ positiua, ut inquit Iac. But. No. ꝙ a diuini nominis[b] inuocatione debemus

ADDITIONES.

a Genitiui, de eorum natura, uide per Soc. conf. 74. inc. in præsenti consul. uer. præterea dictum ibi, ꝙ & secundo etiam clarius. in 1. parte. char. 127. & iltis adde, ꝙ no. j. eo. nu. 4. in apost. in uer. quia genitiuus.

b Quod a diuini nominis. Quòd inuocatio diuini nominis semper fieri debeat, adde. 23. dist. c. in nomine. & ibi Ab. de test. 26. q. 5. non licet, 1. q. 1. cum pau. 2. tuum. c. 17. 25. q. 7. non obseruerís. de of. prælat. ff. l. in nomine domini in Aut. de q. & in Aut de armis. in prin. col. 6. & Bal. in proe. 4. libri. C. eo. cum terra, & c. cum inter uniuersas, de cle. in Spe. de aduo. §. 7. uer. I. suppositis & instr. edi. §. 2. uer. ante omnia & in cle. 1. §. nos, & ibi cha. 22. no. de iureiu. itẽ adde, quod inuocatio domini nostri Iesu Christi in omni opere tria operatur. f. bonum principium, melius medium, & optimum fi. in Aut, quomodo oportet episcopos, in prin. & Bar. in 3. const. fforum, in prin.

debemus incipere. pcor. sunt in gl. 1. In eo. n. debemus ꝙ fidere: ga
1 iple est prope oẽs inuocantes illũ in veritate, scribit pars. 1. † Primo op. ꝙ ineptè iste liber intitulet codex. nã codex liber rõnum dr, vt ff. de eden. l. si qs ex argẽtarijs. §. de edi. So. ꝙ imò apte. nam codex idẽ est, ꝙ liber ꝙtinens in se multitudinem librorũ, in eodem collectorũ, vt s. dixi. Sed liber rõnũ multitudinẽ librorũ nõ cõtinet, sed forte multitudinẽ rõnum diuersorũ factorum, & diuersarum personarũ: vnde talis improprie appellatur codex, & similitudinariè: sed quia sicut iste multos libros, sic ille multas rationes: vnde ille cũ adiuncto profertur, quia codex rõnum nũcupat hic simpliciter, & per eccellentiã codex simplr nuncupatur. Simile de verbo publicũ, ꝙ simpliciter prolatũ intelligitur de publico fiscali hodie: vt l. eum qui vectigal. ff. de ver. sig. licèt olim d publico Romanorum, cum adiuncto aũt intelligitur de publico illius ciuitatis, vel castri cui adiungitur, vt in tit. j. de vi. & reip. Ro. li. & videbis in l. fi. j. de lac. san. ecc. vel dic, ꝙ subiecta materia no
2 bis indicat, de quo codice loquantur a. l. si vno. ff. loc. † Secundo op. ꝙ inepte dicatur dñi Iustiani, quia nobis non constat, ꝙ iste sit iustificatus & maxime eius vita. Sol. vt in gl. 2. quia nõ dr Iusti
a nianus ꝗ a sic iustus fuerit, qn non peccauerit. Cũ ẽt scriptum sit, ꝙ septies in die cadit iustus, nec ideo, ga iustificatus, vel sanctificatus in morte: sed ga sic proprio nomine vocabatur, ꝙ ideo fuit ei sic impositũ, ga pater eius Iustinus fuerat vocatus: vt Insti. de do. §. est & aliud. Sed ꝗ hanc fo. extra gl. op. ꝙ imò fuerit filius Constantini: vt 16. dist. c. habeo librũ. Vnde quidã hoc ꝙ titẽtes dixerũt, ꝙ hoc nõ fuit propriũ nomen: sed ab euẽtu sic fuit denoãtus, ga iustitiã coluit, & subditis colẽdã mãdauit: & ita no. gl. in proęmio ffortũ. & inst. in rubro. Quidã alij istorũ opi. reprobauerunt, quasi iniqua ꝓpofuerit: ga vsucapiones, & pscriptiones, quæ sunt odiosæ, & ꝗ æquitatẽ naturalẽ: vt l. nã natura. ff. de ꝓd. inde. & l. iure nãæ. ff. de reg. iur. sed rõ ista non vrget, ga nihilominus sunt de iustitia, & bono publico introductæ: vt ff. de vsuca. l. j. Alij istos reprobant quia nõ est verũ, qd ab euentu, sed ab origine hoc nomẽ ei fuit impositũ, vt propriũ, ga nõ est verisiſe, ꝙ ipse nomen sibi mutauerit. Itẽ in hac rub. staret tũc adiectiuè, vt cętera noia hic se quętia, & sic essent hic plura adiectiua, sine vllo substãtiuo ꝗ regulas grãmaticales, & legales: vt ff. de pe. hæ. l. nec vllã. §. si qs absentis: & si cer. pe. l. eius qui. §. quas vero. Itẽ ex hoc nõ cuitatur ꝗ riũ, d. c. habeo librũ, ad dcm. §. est & aliud. Alij dixerunt, ꝙ filius fuit Iustini, quo ad generationẽ, sed Constantini quo ad successionẽ, quã fecit ei in regno, ex regula qua dr hrdem hæredis &c. vt j. de hær. insti. l. si. Sed de hr. de ad filiationẽ similitudo non est bona. Ideo doc. cõiter sequuntur primam sol. quam gl. posuit in proęmio Inst. in rubro. f. quod ibi de alio Iustiniano loquatur, ꝗ iura nostra loquuntur. Et hoc teneo, quia ante Iustinianum qui autor fuit huius libri, plures fuerunt Imperatores Christiani, vt probatur in l. primi legia. & l. decernimus, j. de sa. san. ecc. & in earum suprascriptionibus, & tñ prius Imperator Christianus fuit Constantinus. vt l. diui. j. de natura. li. igitur Iustinianus qui Christianissimus fuit, vt patet in l. j. de summa Trini. & le. quas ipse fecit, & in epistola liquet in prin. non fuit filius Cõstantini, cũ alij plu-
3 res fuerint intermedij. † Opp. 4. & extra, quod ineptè dicatur co-
b dex do. Iustiniani, quia genitiuus,[a] proprij, nemini, adiuncłus rei possibili, denotat rem illam fore sub dñio noiati, vt l. 2. §. 2. ff. de reli. & sump. sic sequitur quod iste codex, & cæteri erũt sub dñio Iustiniani, qd est falsum: tũ quia ille mortuus est: tũc ga quilibet nostrũ dominus est sui libri, & insolidũ, ita qd alius esse nõ põt. vt ff. ꝙmo. l. si vt certo. §. si duob. vehiculũ. fol. qd illud ꝙ de genitiuo, in intitulationib. librorũ non hẽt locum: qa in eis genitiuus ponitur per modũ cautæ efficientis, vt hic, quod superius in proęmio declaraui. Et hæc faciũt ad q. statuto caueẽ qd in libro bãnitorũ dẽat scribi nomẽ bãniti, & eius agnomẽ, & cognomen, aãs bãnum sit ipso iure nullũ, cõtingit qd notarius scribit. Matthęus Petri de Asinellis: & dicebat bãnũ non valere, quia cognomen bãniti nõ est descriptũ, vt regrit statutũ qa nõ sequit Matthę Petri, ergo filius Petri, forte eius familiaris, idẽ garzonus in statione ꝑ longũ tps fuit ĩõ sic noiatus, vt accidit in Petro canolini aurificis. Ego dicebã valere, qa cũ illud verbũ: Petri, nõ possit operari ꝑ modũ dominij, ex co. ga liber homo non est sub alterius dñio. vt l. inter stipulantẽ §. sacrã. ff. de verb. obl. Intelligitur Petri, ꝑ modũ causæ efficientis, vt hic, nisi ꝗ probarẽt. & pro hoc inducebã ẽt quandã gl. & est sedã in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. Op. v. quod ineptè dicat sacratissimi, qa nõ reperit quod sacrũ fecerit, nec vt sacerdos, vel eps consecratus fuerit. fol. vt in gl. quod ideo sic dr, quia unctus fuit oleo sacro, vel quia sacras leges con-
4 fecerit. vt l. leges sacratissimæ. j. de leg. † Opp. 5. quod malè dixerit, ꝑpetui: quia nihil est sub sole perpetuum. vt in Authen. de alie. §. j. de sac. san. eccl. l. fi. & ff. de vsufru. l. an vsusfr. Sol. vt in gl. expo-
nẽdo perpetui. i. generalis. Sed ꝗ expositionẽ facit, ga genus ꝑdicatur de plurib. differentib. specie. vt ff. de iust. & iu. l. j. §. huius stu dij. & no. ff. si cer. pe. l. 2. §. j. & tũ Imperator non prædicat nisi de seipso. Sed defendendo dic, quod generalis non est quantũ ad p sonæ substantiam, vt in ꝗrio. Sed quo ad dignitatẽ sic, ga illa est generalis, quo ad omnes actus suos, & partes Imperij, & quo ad cæteras dignitates. vel dic extra gl. qd ꝑpetuus est, quo ad dignitatẽ Imperij: ga Imperiũ ꝑ est, vt in Auth. qũo oportet epis. §. fi. iõ legatũ successori deberet, qd alias nõ deberet. vt ff. de lega. 2. l. qd prim. cũ l. sequen. uel tertio rõne bonarũ operationũ, ad quas vniusquisq; princeps dẽt anhelare, vocat ꝑpetuus, ga per gloriã viuere dr, ut Insti. de excu. tuto. § sed si in bello. & j. de qõ. l. diuo
5 Marco. in fi. † Oppo. 7. quod male dicat Augustus, cũ ipse qũque diminuat: ut j. de sac. sanc. eccl. l decernimus. & in Auth. de non alie. §. si minus. Sol. ut in gl. qd quo ad propositũ debitũ: & iuridi cũ est Augustus, vt hic. sed non qñq; vt in ꝗriis. Simile dicit glo. in matrimonio, qd est quo ad propositũ indiuidua coniũctio, licet qñq; diuidat. ut l. ex cõsensu. j. de repu. uel dicit gl. ꝙ dr ab Octauiano Augusto. Sed hoc nihil est, quia & idem ꝗrium remaneret in persona Octauiani. ideo ꝓcedentẽ dicũt docto. veriorẽ. sed cauc. ga secũda vr uerior. nam uocatus fuit Octauianus Augustus, ga diuinus, dum. n. auxisset Imperium in pace, & longissimo tẽpore possedisset uoluerunt pagani eũ adorare, vt Deum: & tunc sybilla Tiburtina aliũ esse Deũ sibi, in area cœli ostendit, vbi virgo Maria apparuit filiũ tenens in brachijs. Qd videns Octauianꝰ, se in Deum coli prohibuit. Sed titulo, & nomine eũ consecrauerũt, Augustum eum appellantes. & hoc nomen originẽ ab augurio traxit: ga auguratores fururi pronosticantes, vt dij colebãtur, & in æde sacra habitabant, quã non omnib. ingredi licebat, & augusta vocabãt quasi diuina ex eo, ga augurator, ꝗ tanquã vnus ex dijs colebãt, in ea habitabat. Hoc vult hystoriographus Suetonius in hystoria, quã de Octauiano describit. Sed supposito quod hoc nomẽ ab augeo, auges, deriuetur, quod dixit Vguitio, quod
6 magis credo, ꝓcedens est vera. † Sed tunc oritur dubium an dimi nutio, quam facit teneat de iure, pro quo declarando q̃ro, an donatio[c] facta per Cõstantinũ in Papã Siluestrũ, qui eũ curauit a lepra, & instruxit in fide, valuerit de iure, vel non, tam in sui ꝑiudiciũ quàm etiam successorum. Et fuit hæc q̃stio dubitabilis apud gl. & modernos tam defunctos quam viuentes. & forte nõnulli ex eis magis fuerũt applausuri, quã ueritati inuestigaturi, uel positiui. Quod autẽ non ualeat de iure, nititur glo. probare octo rationib. in Auth. de hæ. & fal. §. j. Primo quia tẽporalis iurisdictio & spiritualis sunt diuersæ, & propter mixtionem temporaliũ turbaretur diuinum officium, quod non debet fieri, neq; concedi, vt j. de epi. & cle. l. placet. ergo &c. Secũdo quia unus nõ põt exercere officium plurium. ff. de pac. l. si plures. ergo nec Papa vtrasque iurisdictiones. Tertio quia Imperator debet augere Imperiũ, ut hic cuius ꝗriũ faceret si donatio illata teneret, ergo &c. Quarto ga nõ potuit sibi imponere legẽ, a qua nõ liceat discedere. vt j. de leg. l. digna vox. & ff. eo. ti. l. princeps. uel saltẽ successori suo, ut d. l. digna uox. ergo &c. Quinto ga administratores, nõ possunt donare bona eius, cuius administrationẽ habẽt, ff. pro emptore. l. q fundũ. §. si tutor. ergo nec Imperator Imperij. Sexto ga sic posset successiuè totũ Imperiũ, particulariter a se abdicare, uel successores sui, & in manibus alterius ꝗ eius qui cõcessit, contra l. legatus. ff. de offi. præsi. & contra not. ff. de orig. iur. l. 2. §. cum placuisset. Septimo fines mãdati diligenter sunt custodiendi. vt ff. man. l. diligẽter. in prin. sed per Romanũ populũ, fuit in principẽ trãslatũ Imperium, ut per unũ gubernaretur, nõ per plures, vt ff. de orig. iur. l. 2. §. notissime. Octauo, quia pactũ factũ super iure publico ꝗ publicam utilitatẽ, non ualet, quominus cõtrauenire possit, ut j. de sac. san. ecc. l. iubemus. §. sane, & j. de transa. l. trãsigere. ergo nec ista alienatio iurisdictionis. & hæ duæ ultimæ rõnes fuerunt Iaco.

ADDITIONES.

a Iustinianus. Adde, quod sic dictus, quia fuit filius unius sororis Iustini Imperatoris, & in regno relictus, ut docet historia in uita Io. Papę, & imperauit ann. 80. ut per Platinam in uita Sylucstri Papæ.

b Quia genitiuus. Quod genitiuus importet dominium, adde Bar. in rub. ff. de ope. noui nunciat. in 2. col. & gl. in uerbo, terram. in c. 1. extra. de postu. prælа. & latè per Io. And. in c. fi. de sen. excom. & Bal. in l. 3. in prin. ff. de neg. gest. & in l. 1. fi a non compe. iud. in pen. col.

c An donatio. Quòd donatio facta ꝑ Constantinum ecclesiæ Ro. ualuit. adde l. pe. uer. ex his offerre nostra. j. de bonis. quæ lib. secundum Bal. ibi. & in c. j. circa fin. de iure iur. Io. An. in Spe. de iu. om. iud. §. j. in addi. uidisti duas opi. uer. habeo. consilium. Dy. etiam dicit ꝙ illa comprehendit etiãm merum Imperium terrarum donatarum, ut per Ale. in rub. de uer. ob. in princ. Pan. de Cass. cons. 72. pro qua est tex. secũdum Ab. in c. per uenerabilem. qui fil. sint le. & in c. fundamenta. de ele. in 6. uide Bal. & do c. hic. & in addi. Spe. de inst. edi. uer. Papæ. & Imperatori. & ibi Spe. uer. fi. Bar. & Ale. in j. constitutione fforum. & in l. omnib. ff. ad Trc. & in l. j. in princ. & §. j. post gl. ff. de off. præsi. & Ale. in l. legataris eo. tit. Bal. in prin. feu. 7. col ꝑ Inn. in c. quod in dubijs, & in c. fi. de re. permu. & c. fi. de rest. in inte. car. ple. in c. Rom. uer. porrò. de iureiur. & in c. translato. de const. & in cle. j. de summ. Trini. & Alex. in rub. de uer. obl. & Ale. post Bar. in l. prohibetur §. plane. qui aut clam. & Bal. in c. 1. fi de feu. fit contro. & per Bar. in l. j. §. differentia. de acqui. pos. Lu. in l. is qui hæres. in prin. de acq. hær. doc. in c. ex ore. de his quæ fiunt a ma. parte. capi. & in c. ex insinuatione. de ly. per Bald. in l. barbarius. ad fi. de off. præsi. item adde quod uerba d. donationis, & priuilegij sunt 66. di. c. Constantinus, eius uero confirmatio ponitur. 63. c. ego Ludouicus. ubi etiam dicit gl. quod illa reuocari non potest per Imperatorem. sed quid de illa donatione facta ecclesiæ Ro. de prouincia Romandiolæ, & Bononia per Rodulphum Regem Alamaniæ nondum coronatum. Dic ꝙ ualet, ut in Spec. de rescrip. præsen. §. fi. uer. item quod obtentum. & ibi Bal. in addi. uer. donatio.

Iaco.But. Ad ꝗriam partem,quam videtur tenere gl.ff.de offi. ꝑfec.vr.l.j.§.initio,inducitur Primo quia Imperator est dñs totius mũdi.vt l.de precatio.ff.ad l. Rho. de iac.ergo donando alienare potuit,vt Instit.quibus alie.licèt,in prin. Secundo quia ea, q̃ sunt priuatorum,potest eis auferre,& alij ꝓcedere, vt l. itẽ si verberatũ.ff.de rei vẽd.& l.2.j. d fun.limi.ergo multò magis fiscalia,quorum est dñs.vt d.l.deprecatio.vel saltem in quibus maius ius hẽt & de quibus iudicatur, ut de eis proprijs.vt j. de quadr.præscr.l. bene a Zenone. Tertio quia tanta est eius potestas, ꝙ illã negãs, quasi sacrilegium committit.ut l.sacrilegii.j.de sacr.Quarto quia rõne nobilitatis valet donatio, q̃ alias non valeret.vt ff. de do.l.si filius.§. nonnunquam.Quinto quia omne imperium fuit translatum in principem.ff.de orig.iur.l.2.§. deinde cum esset.& de con sti.princ.l. j. ergo vr ꝙ donare potuit;quia aut illa translatio intelligitur quantum ad plenũ dominiũ , & tũc clarè potuit.vt Instit. qui alie. non licèt.§.i. Aut quo ad administrationem tũ,& idem quia talia verba habent liberam,vt l.i.ff.de offi.proc.cæt.& l.prætor.ff.mand. Sexto quia administratores legitimi, vt tutores pupilli,donare possunt magistro pupilli,& cæteris ex causã iusta,ergo fortius Imperator Papæ Silueſtro, qui eum liberauit a lepra, populum instruxit in fide. primum probatur. ff.de admi. tut.l.cũ plures.§.pen. & de tutel. & ra. dist.l.j.§. sed nonnullos. Septimo qa in principe omnis immẽsitas est mẽsura: ideo eius tenent donationes,vt in Auth.de nõ alie.§.si minus. Octauo qa Iustinianus dicit ad literã, quod Cõstantinus auxit ecclesiã, & eius honorẽ. ergo affirmat donationẽ valuisse,& tenere. vt i Auth.de nõ alie. in prin.Nono,qa si dicas imperium procedere ab ecclesia , velut a matre,ut tenent Cano. sequitur ꝙ donatio valuit,quia tutor donare põt bona pupilli,eius matri inopi.vt l.cũ plures.§.fi.§.alle.& j.de impo.luc.deferi.l.2.lib.x. Et si dicas,quod ambo procedunt a Deo,ut frater, & soror, vt probari videt,in Authen.qũo oportet episc.in prin.similiter sequit qd donatio valuit:quia in dotem redit ecclesiæ.vt ea.l.cum plures.§. pen.cum ibi no.Et harũ rationũ aliquæ fuerunt gl.aliquẽ Gul.de Cu.qui hanc partẽ tenuit.Decimo quia ꝓctus principis hẽt vim legis.j.de don. inter virũ & vxorem.l.donationes.sed celebrata inter maiorem,& minorem, vel a minore tm̃.non reuocat minor.l.nã, & magistratus.ff. de arbit. & l.ille a quo.§.tempestiuum.ff.ad Treb. ergo Imperator, vt minor poterit donationem reuocare a Papa, ut maiore reluctante. Quòd Papa,vel sacerdotium,sit maior Imperatore,vel maior imperio patet, quia sacerdotiũ immediatè procedit a Christo , Imperium a populo.ut d.l.j.§.cum esset.ff. de orig.iu. nec repugnat, qd̃ dicitur in Auth.de fid.inst.in prin.ubi dr̃ ꝙ Deus de cœlo constituit imperium, quia debet intelligi mediante Dei prouidẽtia , & dispositione,ut no.glo.in Authen.qũo oportet epis.in prin.Itẽ alio respectu est maior.s.quia præest diuinis rebus , q̃ perfectissimæ sunt,ut j.de uete.iu. enu.l.2.§.sed qa diuinę.Itẽ præest animę, q̃ est immortalis: Imperator corpori,quod est mortale,& corruptibile,ut rationes aliæ.& hæc fuit ratio Richar. Malum.Vndecimo.ad idem induxit Iaco. But. qa omnis iurisdictio originaliter est in Papa,solum autem exercitium temporalis iurisdictionis in Imperatore. igitur nõ tã potuit donare,q̃ quod suum est resignare,ergo ualuit. & quia quod suum erat recepit,frustra de reuocã
7 do quæritur. † Quod aũt omnis iurisdictio sit in Papa,probat ipse ex eo,quia est uicarius Christi,cuius erat,& est terra, & omnis plenitudo eius,ut ingr Psalmista.Itẽ qa in uicariatũ dedit ei oẽm ptãtem,dũ ei dixit:quicquid ligaueris sup terrã , erit ligatũ, & in
a cęlis , ꝙ etiã ualidat p id, quod dicit beatus Petrus.s. duo gladij[a] sunt hic.cui rñdens Iesus dixit,sufficit,quasi dixerit,duo gladij tẽporalis,& spiritualis sufficiũt, & cũ gladiũ unum euaginasset Petrus,dixit dñs,pone illũ in uagina: qa qui gladio ferit, gladio perit,dũ inquit ipse, non qd̃ utrunq; gladiũ Petro dimisit:qa unum abstulit,sed exercitiũ unius,id est tpalis ei prohibuit,apud Imperatorẽ illud manere permittens.Ideo alibi in Euangelio dixit ipse:quicquid est Cæsaris,reddatur Cæsari: & sic finaliter conclusit donationem tenuisse,licèt qñq; dixisset oppositum. Hoc etiã audiui confirmari per Io. de Ligna. dum in cathedra hanc qõnem pertractaret ex eo,quia philosophus inquit, quod sicut in machina cęlesti fuit necessarium vnum principem esse, qui regulariter omnia,& ad cuius nutum disponerentur cuncta,sic & in hac machina terrestri,est necessarium vnum principem esse, sed non est conueniens,quod Imperator sit ille, quia diuinis nõ pòtest præesse.ergo summus pontifex necessario erit ille,& maximè,quia locum tenet ille cœlestis principis a quo cuncta reguntur.Ego autem , quod loquar in re tam ponderosa , & per tantorum scripta vulgata,tutius esset tacere,inquiente sapiente Salomone : in dubijs suspensam tene sententiam . Sed quia Deus interdum reuelat paruulis, quæ fuerunt occulta sapientibus plurimis: Ideo non taceo,quid sentio . & quod ante euentum Christi fuit præmitto . Nam reperio,quod tempore quo Moyses deduxit populum Dei de Aegypto,Moyses inducebat populum Dei, super eum constitutus a Deo , a quo legem receperat, super montem Synai,vt in Exodo. 18. 19. cap. Postea Aaron frater Moysi electus summus sacerdos,mandato Dei seu Deus ipsum elegit,& Moysi nunciauit.vt eo.lib.c.28.& sic Moyses temporalem & Aaron spiritualẽ iurisdictionẽ in populo Dei habuerũt,ab ipso Deo. Post hæc populus Romanus Imperiũ vniuersus Deo fauẽte sibi virib. assumpsit, qd̃ postea in principẽ trãstulit, & natus est Chrs̃. qui Petrũ Apostolũ sacerdotẽ summũ ꝓstituit,quẽ populus Roman̄ prius nõ habuerat,Imperatori ãt cẽsum reddi mãdauit vt s.dixi, dũ dixit:g.eqd est Cęsaris &c.unde imperiũ approbauit.Licèt ergo oĩs iurisdictio fuerit in Christo.tũ solũ spiritualẽ exercuit. Vicarium ergo ꝓstituit Petrum,vt eius vices gereret in his, quæ ipse gesserat,& gerere desinat,cũ omnis Christi actio eius,& nostra fuerit instructio.& pro tanto Petrus de temporali iurisdictione, se non intromisit, cum ergo ei dixit, quicquid ligaueris super terrã &c. quo ad animam,& sic spiritualia loquutus fuit,licèt ei cuius anima est ligata,Deus nõ sit propitius,quo ad temporalia.Terra autẽ,& eius plenitudo fateor, qd̃ Dei est ,& Chri eius vnici filii,sed nõ sequit ergo Papæ,quia,& ꝙ ipse hẽt Dei est, similiter exercitium gladij tpalis prohibuit, quia alteri cõcesserat , vt Deus fecit Moysi.vt s.dixi,& sic in messem alteri ꝓcessam.noluit eũ ponere manũ,nisi quatenus ille cui cõcesserat abuteretur illa. vt in ca.nouis.extra.de iudi. & nisi quatenus per illum sibi permitteret. Licèt ergo in machina sit vnus princeps,qui cœlestia,& super cęlestia,ac etiam terrena gubernat, & regit, & sic fm̃ philosophum fuerit necessariũ esse, tamen in machina mundali,voluit ille summus princeps cœlestis , duos constituere, & vnum præesse temporalibus,alium spiritualibus, & vnum fateor maius,& nobilius altero,scilicet Papam , sicut sol , qui est luminare maius nobilius est luna,q̃ est luminare minus,nec ẽt dixit Petr̃ habeo duos gla-
8 dios.sed duo gladij sunt hic . † His taliter suppositis nõ propterea nego donationem valuisse,& etiam successoribus donantis pũdicasse,eo modo quo sibi,sed non omni respectu.Pro quo declarando aduerte,quia in hac donatione, considero primo proprietatem rerũ donatarũ,& earũ fructus,& prouentus,& in his dico donationem valuisse,quod probant quasi omnia argumenta,vt que ad x.pro ista parte facta Et ita intelligo tex.in clemen.romani.de iureiur. dũ dicit , qd̃ princeps retroacti, & q nũc sunt anteq̃ coronentur recognoscũt,& fatentur ꝓprietatẽ eorũ esse ecclesiæ,& ad illã spectare . Sed o ꝓsidero iurisdictionẽ tpalẽ ꝓnexè tributã, & ꝓcessam tanq̃ cohrntẽ reb.& terris donatis.& idẽ dico, qa sic esset ĩ quolibet comitatu,vel ducatu,quẽ princeps de nouo faceret.& alteri ꝓcederet,seu de quo aliquẽ nouiter inuestiret,nec iurisdictionẽ ista minus ltimè põt ecclesia ꝓtpales vicarios,vel ꝓsides exercere,qa diuinũ tũc nõ turbat officiũ,nec Deus,vel Chrs̃ resistit,ex quo de uolũtate principis,ꝓcessit,sanctificatus nõ esset Silueſter,& reliqui successores,qa vt beati sunt canonizati. Tertio considero reuocationẽ,quã nonnulli successores Cõstantini uoluerũt facere,qa nulla subest iusta cã, dico eos nõ posse reuocare.ut l.perfecta.j.de do.& etiã p ea quæ dixi.§. in x.& in xj.

ar. Quarto

A D D I T I O.

a † Duo gladij.Luce.xx.& in c.nouit.deiud.& Matth.2.6.23,q.j. §. j. ut per gladium extractum intelligatur potestas spiritualis , quam summus pontifex debet habere ad vsum,per gladium uero qui in uagina remansit, intelligat potestas in temporalibus,quam habet spiritualis potestas ad nutum . Nec per hoc minus dicitur habere perfectè gladium materialem, quia nobilius est aliquid ad nutum habere, quam ad usum, sicut nobilius est aliquid habere uirtualiter,quam formaliter solũ,ad inuocationem.n.quã facit potestas spiritualis voluntatẽ suam monstrando,quia in vnicũ actũ uolũtatis ducit,& suadendo armorũ assumptionẽ contra malefactores principi seculari,cui gladius materialis est commissus exponendo, etiã legem diuinã qua pcipitur non patieris malefactores uiuere , debet princeps secularis arma sumere,& vti gladio materiali.unde Berna.gladium materialem habet Papa nutu,Imperator iussu,& miles usu,uel mun. ad quod uide notata.c.miles. 23.q.5.& idem Bernard.ad Aegenium Papam super isto verbo, ecce gladij duo hic.Quid denuo vsurpare gladium tentas,quem semel reponere iussus es in uaginam.& loquitur de gladio temporali,& subdit,qui tamen gladiũ esse tuum negauerit,non satis mihi uidetur attendere uerbum domini, sic dicentis,Conuerte gladium tuum in uaginam. Tuus est ergo gladius euaginandus ad tuum imperium,alioquin dicentibus Apostolis , ecce duo gladij non respondisset Christus satis est,sed nimis,igitur inferendum ad quęstio.qua quæritur,an Papa habeat vtriusque gladij potestatem,quod potestas iurisdictionis spiritualium , & temporalium immediata est in solo Papa,deriuata uero in omnibus episcopis,& prælatis. sed omnibus principibus secularibus est in ministerium data. Quod etiam satis innuit hodie Bonifacius in extrauag.unam sanctam,& gl.in cle.ad nostram . in ver. ecclesiæ de hær.quæ clarè probat quod Papa est,summus , & omnes subduntur sibi. Facit gl.in c.cautam.extra.qui fi.sint le.ubi per Innoc.not.Host.in c. licet.de for.comp. & in c.per uenerabilem. qui filij sint legi. & in summa eiusdem tii.§.qua iter & a quo & per Anch.in repe.c.canonum statuta. de consti.per Ioan.Fa. in l.j.infra de fum. tri.Io.de Lig.& Fran.in cle. Romani.ver.irritũ. in 5.q.de ele.de quo uide plene collec.in c.antiqua.nu.3.uer.nunquid ergo Papa habet potestatem in temporalib. & ibi notaui in apostol. ad ipsum in eo.ver.extra.de priui.& in præalle.c.causam,nu.6.in apo.in ver.Petro vterque gladius commissus fuit.qui fil.sint leg.& not.Fely. in c.nouit. colum.2. uer.iu gl.2.extra de iud.& do.Aufrerij.in repe.cle.1.in 2.& 3.quæstio.de offi.ord. Et dico fortius quod licèt Papa non habeat exercitium gladij temporalis,tamen Imperator recipit gladium materialem a Papa in approbatione,unctione, & coronatione. arg.ff.de testa.mil.lex eo. & l.Titius. & in Auth.de defen.ciui.§.interim. & his moti quidam dicebant quod Imperator ante approbationum administrare non poterat,alij tamen contra.ut in clem.1.de iureiu.& per Oldr.quæstio.23.

ar.Quarto considero transmutationem. vel transfusionẽ census persoluendi ꝙ Constantinus fecit de fisco in Papam.& similiter dico eam valere, quia potuit populum illarum terrarum liberare a fisco persoluẽdo,sicut prouinciales fecit.vt j.de vsucap. trãs. l.j.§.fi.& per no.per doc.in l.uacuatis.§.de decu.li.x.' & ff. de iure immu.l.2.facit l.placet.j.de fac.san.eccl.Quinto considero iurisdictionem totalem,& vniuersalem Imperij cohærentem principi,quia Imperatorem,& istam dico,quam Imperator noluit,nec potuit aliter donando minuere,seu in aliqua sui parte finire.rõ , quia ex hacdõne non definit, nec desinere voluit Imperator esse,& g consequens iurisdõnem vniuersalem imperij etiã in quibuscunq; donatis, respectu præeminentiæ imperialis, non perdidit,aliàs Imperator nõ esset,& falsificaret illa prolocutio imperialis:Ego sum dominus totius mũdi.de qua in l. deꝑdicis.ff.ad l. rho.de ia.& l.bene a Zenone.j.de quadr.ꝑscr. Simile hẽs in tuto re,g prohibito in aliqua fuit parte, non põt administrationẽ sibi tributã,quia tutor faceret,finiri.vt Insti.de tu. in prin. & qui.mo. fi.per totum simul iunctis.& in dominio rei legatæ ꝙ licet transeat in legatarium a morte testantis, tamen, & hęredis adeuntis dr̃ esse,inspecta vniuersitate.vt l.cũ hæredis.ff.de acq.pos. Simile in hæredis instõne quam paganus non potest facere vsem oĩum bonorum non esse l.j. §. si ex fundo. & l.si ita quis.in ulti. char.ff. de hær.insti.Ex ꝑdictis,ut videatis eorũ effectum,infero,ꝙ leges generales, q̃ etiam hodie conditæ essent ab Imperatore ligarent etiam in subiectis ecclesiæ , & in ciuitatibus in ditione comprehensis: quia illarum promulgatio concernit vniuersalem iurisdõnem Imperij.& hoc,si non sint contrariæ legi canonicæ , quia in terris ecclesiæ succumbit.l.canonicę.vt j.de sacr.san. ecc.l.priuilegia.Et ibi plenè scripsi . Ex hoc etiam teneo,si Imperator existẽs in terris illis , legem concederet vniuersalem.nam , & multæ leges fuerunt per Imperatorem post donationem in vrbe conditę, vt patet in tit.seq.in fi.illius constõnis . & l.iubemus, in fra.de sac. san.eccl. & in multis legibus. infra.in ti. de offi.Ex prædictis etiã dico, ꝙ nedum extra terras ecclesiæ potest Imperator legitimare subditum ecclesiæ,seu cum illegitimo dispensare,vt cõsequatur etiam ius succedendi in terris eccl.arg.l. ex ea.ff.de postu.sed etiam existens in terris ecclesiæ poterit iuridicè hoc facere . Qd̃ etiam tenuit Iacob.Butr.si verum esset, quod Imperator totã iurisdictionem a se non abdicasset, quam respectu vniuersalis dixi a se non abdicasse,legitimando enim solum tollit obstaculum ꝑ leges imperiales inductum,quod tollendo donationi non cõtradicit , & voluntariam exercet iurisdictionem, quod debet posse facere.quia etiam in alieno territorio voluntaria exercetur iurisdictio,vt l.emancipari.ff.de adopt.& l.secunda.ff.de officio proconsulis & legati,& maximè, quia ratione suæ vniuersalis iurisdictionis ipse facit, & hæc procedunt de iure ciuili. Sed de iure canonico audiui a quodam valentissimo doctore dici, expeditum
a stantinus autem fuit primus Imperator Christianus [a] vt ʒ. de natur. lib.l.diui. Et sic ante eum, & postea donec conuersus fuit, collegium catholicorum erat reprobatum, adeo quod nil eis poterat relinqui, nec eorum collegio, velut ratione sectæ improbato. Et ideo relinquentium iudicia cassabantur. Qui Constantinus christianus effectus considerans iniquum fore, ad instantiam populi promulgauit hanc l. Vel dic, quod forte, ante promulgationem huius l. & post conuersionem Cõstantini poterat collegio catholico, velut approbato relinqui. Sed non tantum quantum decedẽs optabat, sicut hodie est in Padua, vbi immobilia religiosis locis relinqui non possunt, ideo statuit Constantinus, vt pro liuello, collegio catholico quisquam relinquere possit, & rationẽ annecti. Literã expõe ibi sanctissimo, ex hoc adiectiuo, & se. collegiur ratio permittendi, ex parte huius collegij, ibi bonorum, & omnium salua legitima liberis, & cæteris alijs, vt in quæstionibus ʒ. subijciam. ibi, relinquere quoquo relicti titulo, vt no. ʒ. eo. l. generaliter. Et quando hoc verbum relinquo, inducat directam institutionem, vel fideicõmissariam, not. hic Guil. & ego dicam ʒ. de test.l.qm̃ indignum. vbi melius cadit. Ibi iudicia. i. vltimæ voluntates, vt patet, ex sequentibus, sumitur enim varijs modis hoc nomen iudicium, vt Instit. qui. non est permi. face.§. præterea. Ibi nihil est enim, hiperbolica locutio est, cum magis debeat religio circa Deum, vt l. veluti. ff. de iust.& iur. sm̃ gl.& doct. licet Bar. di screpet dicens, q̃ totum est de religione erga Deũ relinquere collegio catholico, & sic inquit ipse, q̃ non est hiperbolica locutio. Quod faterer verũ, nisi hæc ratio esset generalior dicto, sed mihi vide-

ADDITIO.

a † Fuit primus Imperator Christianus. Adde q̃ si standũ est chronicis, ut probent, & signantur in antiquis fastis, q̃ non Constantinus, ut uoluit hic Sali. fuit primus Imperator Christianus. Sed quidam nomine Philip. & ita not. Franc. Petrarcha in suo lib. Augustorum sing. de Imperatoribus. q̃ autem sit illis adhibenda fides, uoluit expresse Felyn. in c.ex parte. col. fin. uersi.& dum supra tacitum est. extra de reseri.& in ca. inter dilectos. col.8. uersi.in glo. in uersi. magis. extra de fi. instru.

videtur generalior: quia principaliter concernit fauorem testantium, & eorum, vltimas voluntates, nedum in collegium catholicum, sed in quancunq; personā directas. ideo est hic hiperbolica. locutio. Ibi supremæ. i. vltimæ. Et hic collige, quòd superlatiū, rem ponit in termino, vltra quem non est progressum, cōcor. §. de sum. tri. super rub. & l. nemo. cum sua gl. notabilia collige, vt in summario, & aliud quod proxime dixi de superlatiuo. Item ꝙ vltima voluntas est ambulatoria vsq; ad mortem, & signa tex. hic
1 in fi. † Ad apparatum accedo, & ne procedam super ambiguo, vel incerto capio secundam gl. Tex. dicit, ꝙ vnusquisq; potest relinquere sanctissimo concilio, &c. ꝯ. quia concilium est, quædam congregatio sanctorum patrum in vnum, per summum pōtificem cōuocatorum, ad aliquid statuendum & prouidendum, vt. §. tit. 1. in epla victor. §. suscepimus. sed tales cōgregationes sūt temporales, quia modico tempore duraturæ. & tunc non expedit ꝓuocatus habere nisi solum victum, cum finito tempore illo, vnusquisq; redeat ad propria loca, & desinat esse conciliū. at hæc l. permittit legari id bonorum quod optauit, & sic nedum uictū, sed mobilia, iura, & actiones, ac etiam permittit institui, ut super tex. dicit per quod videt loq; de consilio durabili ꝯ. & a quo possint actiones moueri, ergo male dicit, ꝙ in hoc concilio non congruit hæc l. rubro suo. Sol. vt sentit glo. 2. in prin. §. ꝙ hic non loqtur de tali concilio sed de tali, quod faciat corpus & collegium monachorum uel clericorum, vel de vniuersali collegio catholicorum, nam & quodliber collegium monachorum, uel religiosorum potest dici cocilium. Nam inquit Vguitio, ꝙ conciliū est aduocatio gentium, & cōponitur ex comodo, & conciliū, & dictio cum, simultatem notat, & cilium idem est quod ordo pilorum, & sicut cilia coniunguntur, quando oculi quiescere uolunt, sic & homines iunguntur concilio. vnde concilio, as, idem est ꝙ concordo, as. & coniungo, gis, quasi conciliaria sint idem, quòd animos uarros vel ꝓios in unum coniungere, & concordare, sed hæc concordia, & pacificatio est in collegijs religiosorum, & maxime claustralium, ut in Auth. de mo. §. cogitandum-ergo. & de his hic loquitur. licet ex more, & usu loquendi congregatio sanctorum patrum, quam dñs papa mandat fieri, & inquā interest, vt aliquid statuatur, & ordinetur super obseruatione spectantiū ad uniuersalem ecclesiam, dicatur concilium elegantiori nomi-
2 ne sumpto: & quod faciunt episcopi uocatur synodus. † Opp. secundo, ꝙ nedum collegio clericorum possit relinqui, sed etiam cuilibet collegio laicorum, ut ꝯ. de hær. insti. l. hæreditas. de le. 1. l. si hæres. §. vitis. Sol. ut in ea. gl. confitendo ꝯrium, dum tamē collegium sit licitum. Sed de isto hic, dicit propter dubia, quæ in casu in terminis dixi, & alia quæ. ꝯ. latius declarabo, & etiam propter subiectam materiam. Tertio op. ꝙ alia collegia laicorū non possint institui, nec eis legari. ut. ꝯ. de iudæ. l. 1. & de hæ. insti. l. collegium. Sol. ut gl. fi. ꝙ prædicta in collegijs licitis & approbatis, cō-
3 traria in illicitis, & reprobatis. † Quarto opp. ꝙ etiam si sit reprobatum ei posse legari, ut l. cum senatus. ff. de re dub. sol. vt in ea. gl. ꝙ collegio non potest, sed singulis de collegio potest, ut ibi. Tunc. v. opp. ꝙ nec cuilibet possit. ut l. manichæos. ꝯ. de man. sol. vt in ea. gl. vsq; ad fi. & vult gl. quod ibi sit spāle. Sed caue, quia inepte glo. fuit scripta. Nam cum omnis exceptio debeat esse de contentis sub generalitate regulæ. ut ff. de fun. instru, l. quæsitum. §. idē quæsit. & no. glo. in l. in his. ff. de leg. sequit ex serie scriptu ę huius gl. ꝙ collegium manichæorum non sit reprobatum ratione sectę, quod est falsum, ideo mentem gl. declara, & latius p̄
a dicta colligendo distingue. Aut collegium, a est approbatum, & eis ut singulis potest relinqui, nisi aliud utiū obstaret ei, ut hic cum si. Aut collegium est reprobatum, & tunc ipsi collegio non potest relinqui; sed in singulis dic, aut illi sunt de secta approbata, & potest ut l. cum senatus. ff. de reb. dubi. Aut sunt de secta improbata & tunc si secta illa sit perpetua, quia secundū comunē legem fuit, & est reprobata, ut sunt hæretici. & tunc nec singulis potest legari. ut d. l. manichæos. Aut secta illa nō fuit nec est ꝓpetuo reprobata, ut secta iudæorum, qui leges habuerunt a deo, ut in Exod. 18. & 19. c. ad huc sperant saluari, & tunc singulis potest relinqui. ut no. gl. ꝯ. de iud. l. 1. Opp. tunc. 6. ꝙ iudeo legari nō possit, ut no. gl. ff. de le. 1. l. sed si res. So. ꝙ legari ei potest, sed nō omnis res, quia non mancipium xp̄anum, ut in ꝯrio. Absurdum. nforet. ꝙ episcopanus subijceretur iudæo. Septimo opp. ꝙ illis de collegio possit relinqui, ubi collegium non sit approbatū. quia vnusquisq; eorum tenetur criminæ læsæ maie. ut ff. ad l. iul. maie. l. 1. & sic eis legari non possit. ut inst. de le. §. legari. cum ibi no. & ꝯ. ad l. iul. maie. l. qsquis. Sol. ꝙ hi, qui sunt de collegio reprobato, quia non approbato non incidunt in crimen læsæ maie. ideo eis, vt singulis legari potest, & accipiunt, & capiunt. ut d. l. cum senatus. nisi collegium esset factum ad seditionem, ut d. l. 1. in ꝯrium alle. Et tunc antequam sint damnati, nulla l. prohibet eis legari, postea autem, an teneat ipso iure instō, uel legatum, nō est mate
4 ria nostra, sed l. 1. ꝯ. de hære. insti. & hæc sufficiant de ꝯriijs. † Quæ
b ro si tēpore testamēti b collegium fuerit illicitū, tēpore mortis licitū, an ualeat relictum. dic, ꝙ sic, si titulo legati fuerit relictum, quia tunc sufficit legatarium esse capacem tempore mortis. ut ff. de le. 3. deportati seruo. in prin. & de reb. du. l. si cogitatis. de le. præstan. l. interuenit. secus si titulo institutionis, quia tunc tribus tēporibus dēt esse capax, inter q̄ est tēpus testamēti ut ff. de hære.
5 insti. l. si alienum. §. in extraneis. & ibi not. † Secundo quæro si le-
c tur ecclesiæ c in genere, nec dicitur cui, an valeat. Et vī, ꝙ non, sicut qñ incertæ personæ relinquitur. vt Instit. de leg. §. in certis. Cōtrarium tenent doct. quia per l. certificatur, vt intelligatur relictū ecclesię, cuius testator erat parochianus. vt in Auth. de ec. tit. §. si quis autem. col. 9. & ar. ff. de ꝓdi. & de. l. quæ conditio. §. fi. Sed iuxta idem thema quæro tertio, quid si duarum ecclesiarum erat parochianus, puta, quia eius habitatio in duab⁹ parochijs erat situata. quidam, vt Pe. & Cyn. ꝙ illa parochia vocetur ad q̄ defunctus maiorē gerebat affectionem ar. l. si seruus pluriū. de leg. j. & si de affectione non appareat, vterq; repellatur ratione incertitudinis, ar. Inst. de le. §. incertis. & ff. de testa. tut. l. duo sunt Titij. & de le. 2. l. si quis seruū. §. si inter. Ego dico ꝙ in Ecclesia p̄fertur, in cuius parochia est illa pars domus, p quā hēt adtij principalem, & frequentantum in domum, ar. ff. de dam. in fect. l. quod claue. & de le. 3. l. si cui ædes. & l. prædijs. §. pe. & vbi ille principalis aditus esset cōis ad vtranq; parochiam, tunc, quia hoc legatum intelligitur in dissolutionem vinculorū aīæ relictum, Sanctius est dicendum, vt f̄m aliā liberationem similem non ꝓcernentē, non reguletur, iō vī dicendū, ꝙ inter vtranq; ecclesiā ditiidatur arg. ff. de so. l. illud. & quod no. ꝯ. de sol. l. j. Et pro hoc bene facit. tex. eā. de sepul. c. cū quis. li. 6. vbi dī, ꝙ quarta funeraliū q̄ debetur parochię dēt dividi inter duas ecclesias æque pares. Quæro. 4. an relictum p̄sbytero, videatur relictum ecclesiæ, vt sic successor debeat habere. & Cy. sol. hic, sed minus perfectē. Et ego in repetitione mea hoc scripsi. sed nunc remitto ad ea quæ scripsi. ꝯ. eo. l. non plures. vbi gl. tan-
6 gere vī. Quæro. v. quid in fratribus minoribus, qui nec in communi, nec in singulari possunt habere proprium, vt in cle. exiui de paradiso. §. cæterū. de ver. sig. Et qui successionum nullatenus sunt capaces, vt ibidem. §. cupientes. & §. qui agit. Et primo de institutione hæredis facta de conuentu, vel de aliquo ipsorum. Et videtur, ꝙ ipso iure teneat institutio. Sed fiscus auferat ab eo, vt ab indigno, vt dicitur in deportato, qui ciuitatem, non libertatem perdit. ff. de hære. insti. l. i. f̄m opi. gl. ibi positæ. Item, quia hoc totum videtur fieri, propter deum ar. ꝯ. eo. l. no. plures. in fi. auth. ingressi. & ꝯ. ti. j. & l. nulli, & l. si quis ad declinandam. Sed vicarius Dei est Papa, ergo habet eius cameram, quæ in hoc casu censebitur esse fiscus. contrarium teneo, quia talium successionū ipso iure sunt incapaces, vt d. §. quia igitur; & sic institutio nulla. vt ff. de his quę pro non scri. ha. l. si in metallum. de re mil. l. neque. §. ii. & de iure fisi. l. metallum, & pertinebit hæreditas ad substitutum, vel cohæredem iuris accrescendi, vel eis non extantibus, ad venientes ab intestato, vt ꝯ. de cad. tol. l. j. §. improprio. & ex hoc patet respōsio ad rationem primam in contrarium factam. Nam supposita di. gl. pro vera, scilicet, ꝙ deportatus accipiat, simile illud non est bonum, quia in communi, vel in singulari fratres minores nullatenus accipiunt. vt d. §. quia igitur. Nec etiam ob. secūda ratio: quia falsum est, quod Deus dicatur institutus, licet ꝓpter Deum, & liberationē animæ suæ, dicatur fratres instituere. Et probatur hoc in Auth. de eccle. ti. §. si quis in nomine. coll. 9. vbi tex. facit diffe-
7 rētiam, an quis instituat Deum, an ecclesiam. † Quæro. 6. quid de legato facto conuentui, vel alicui ex fratribus. Et dicendum, ꝙ si legatum sit in pecunia, nec ad thesaurisationem tendit, legatum debetur, & per guardianum petitur, modo quo ꝯ. dicā, & per eū conuentui, vel fratri illi dēt de necessārijs prouideri, & residuum in necessitates fratrum conuerti, vt in extrauaganti Nicolai 4. incipit exijt qui seminat §. ad hoc. Sed si legatū esset in immobilib. constitutio illa nō disponit. Sed dicunt doct. ꝙ legatū non dētur, quia vexationem hēt, & quia eius penitus sunt incapaces pp votum. & in d. cle. exiui de paradiso. Sed Bar. dicit, ꝙ licet fundus nō
d debeatur, tm̄ æstimatio debetur, d quia æstimationis vī capax per dictā extrauagantem, ad exemplum militię cursoris, claudo relictæ. ff. de leg. 1. apud Iulianum. cum sequen. & l. filiusf. §. si quid. in eo. ti. Ego credo, quod nec æstimatio debeatur, primo, ꝙ immobilia sunt, vt prius, & illorū penitus incapaces, ergo licet dispēsātiuè extrauagans illi permittat legata pecuniaria, ad thesaurisatio nē non tendentia, prohibitio facta de immobilibus remanet firma, quia quod non mutat, & c. l. ꝓcipimus. in fi. ꝯ. de ap. cū si. Scēdo,

quia

ADDITIONES.

a Aut collegium. Adde Bart. in l. cum senatus. in fi. ff. de reb. dub. quod collegio approbato relinqui pōt, quia dī capax. sed contrarium tenet Bal. in l. cōuēt. culas. 2. col. in uer. item no. ꝙ oia collegia. de pa. iura fir. in usi. feud. ubi uide.

b † Quæro si tpe testi. Inn. tm̄ uiderur dicere. c. cum ex in deiūcto. in prin. extra de no. ope. nun. quod si tpe testamenti erat approbatū, & post testōris mortē, & ante solutionem legati fuerit improbatū, quod idem est iuris, quod in reprobato a prin. de quo aliquid per Bal. in l. collegium. ꝯ. de hære. insti.

c † Secundo quæro si legatur ecclesię. Adde ultra ea quæ hic no. Gul. de Cu. nu. 10. ubi posui in addi. ad ipsum in uer. ubi testator habet domiciliū. Collec. in c. iudicante. nu. 7. ubi etiam posui in add. ad ipsum in uer. quod de parochiali. extra de testa. not. rn c. fi. extra de sepul. Bar. in l. j. ff. ad muni. & in l. fi. C. de ann. ciu. lib. 11. & Ang. in Auth. de non alie. §. fi uero.

d Tamen æstimatio debetur. Adde Bar. & Bal. in l. apud Iuli. §. fi. de le. 1. & Bar. in l. fideicommissa. §. fi seruo. de leg. 3. Bald. in l. cum quæstio. in fi. infra. de leg. Ang. in l. antistius, de acquir. hęr. & Bal. in l. cum seruus. §. fi. de leg. 1.

quia quæ misericorditer concedunt, ius commune non corrumpunt. ff. de compen. l. si cum militi. §. j. Tertio, ꝙ ex quo sunt penitus incapaces immobilium, æstimatio non dētur. sic nec damnatus in metallum. ut ff. de his, q̄ pro nō scrip. l. si in metallum. & est bona sic, ꝙ illi capiunt pro necessitatib. eorū sicut, & fratres minores. vt patet ff. de capi. di. l. legatū. Quarto ꝙ simile in mancipio Christiano iudæo legato. nā ei non dētur æstimatio, licet sit incapax mācipii legati, & capax æstimationis. ut l. sed si res. §. j. cū ibi no. de leg. j. Et iō, ꝙ secta eius ꝯdicit legi rei legatæ, sicut regula fratrum minorum ꝯdicit commercio rei sibi legatę p uotū. Quinto, ꝙ nec legati pecuniarij aliqd̄ ius capacitatis in fratrib. minoribus radicat. non. n. ulla actio, vel obło ei ꝓpetit, vel oriū, ꝙ principale fundm̄ regulæ est, ut fratres nil sibi approprient. Et sic non ob. ꝙ de militia cursoris claudo relicta dī, ꝙ claudus cui legat, ē vlt capax, licet pp extrinsecum corporis vitiū, quo impedit seruire oneri rei legatæ, videbat legatū non dēri. Sic nec legatum sub mō relictū, qñ staret p legatariū. vt ꝯ. de ꝓd. infer. l. legatū. & ff. de ꝓd. & dem. l. Titio. §. j. vel ēt p casum in eius psona ꝓtingentē, ut in e. ti. l. in testō. Videlicet, ꝙ non stat p claudū, nec p casum postea ꝓtingentē, sed tpe legati existētē. & ꝙ testōr extare sciebat, æstimatio dētur, rata tm̄ oneris deducta, vt no. ꝯ. de col. l. illud. Sic non ob. l. fideic. §. fi seruū. de le. 3. ꝙ ibi seruus accipit, licet nō retineat. vt l. si deportati seruo. in prin. de le. 3. ꝓterea psona dm̄, ꝙ est
10 capax dēt inspici. vt l. si tibi, & mihi, de leg. 1. & l. debitor. §. seruo.
a de leg. 2. Sed in casu nro fratres, a & ordo, & B. Franciscus penitus se fecerunt incapaces, ergo, &c. Similiter non ob. ff. de vsufr. leg. l. legatū. ꝙ, & ibi legatarijs est capax, licet onus adiectum legato, transmittet in aliud, ex p̄sumpta mente testantis, ꝙ onus manda uerat, non fieri in sui memoria. nam licet nō eo mō, tm̄ aliter eius
8 memoria ꝓseruari poterat. † Quero tunc 7. ꝙ dixi, ꝙ legati pecuniarij licet debeant, fres nulla hēnt actionem, quo eis ꝓferat, ut illud ꝓsequant. Dicit Bar. in suo libello minoricarū, ꝙ hrdi obligato rōne nālī ad implendum uoluntatem defuncti, fratres pñt ei suas necessitates narrare, & eum exhortando rogare, ut sibi commissa fideliter exequat. Similiter, & ep̄s, & non iudicialiter qui se promptum dēbit exhibere, ad faciendum impleri pias deficiētiū uoluntates, vt in dicto extrauaganti §. ad hoc, qa fratrib. Similiter
11 iudices seculares. ar. ꝯ. de peti. hęr. in fi. Et in compulsionē, facient ex officio. In iudicio aūt non pñt petere, nec officium iudicialiter implorare, ꝙ ex uoto, a curijs, & litigiosis actib. debent se abstinere, ut in cle. exiui. §. verum & §. amplius. & in dicto extrauagā ti. §. ad hoc. Quinimo dicit Bar. ꝙ quilibet de populo posset petere. arg. eius ꝙ no. gl. in l. iubemus. §. 1. vers. prædia. in quo ad præsens non insisto. Et hæc sufficiant de fratrib. minoribus, & de col
9 legijs, & de psonis quibus relinquitur. † Nunc transeamus ad ꝓnas testantium, & relinquentium, & q̄o, qa text. dicit, hēat vnusquisque, &c. an p hanc legem alias habilitenē, & gl. 1. dicit, quod non. Sed Bar. in sua repetitione dicit, ꝙ hæc lex concedit hanc licentiam aliquibus inhabilibus: licet non omnibus, & hoc probat vj. rōnibus, vel mediis: Primo, quia lex ista priuilegium induclt, igitur non restringēda ad habiles tm̄, patet, quia nulli parti rubricæ pōt deseruire, nisi vltimæ: qa nō primæ, siue sumat ecclesia pro loco muris circundato, ut sumit. ꝯ. de his, qui ad eccl. confu. cum hic de loco non tractetur: siue sumat pro personis, & collegio habitante in loco, quia nec de his hic disponit: nec etiam secundæ, quia hic nō tractatur de rebus ecclesiæ, iam quæsitis, ꝙ genitiius earum, positus in rubrica requirit, ut l. 2. ff. de reli. & sump. fu. sed de quærendis hic tractat. igitur necesse est dicere, vt ꝓgruat ultimæ parti rubricæ, q̄ est de priuilegijs earum, alias non esset hæc l. situata sub congruo titulo, ꝯ §. quibus. s. de no. codi. compo. f̄m l. consequentiam patet, quia si ad habiles restringatur, priuilegiū non inducit, quia priuilegium ꝯriatur iuri communi. ut ff. ad mu. l. j. in fi. & de legi. l. ius singulare. Sedo ad idem, quia hæc lex debet esse prolata in casu dubij, sed restringendo hanc legem ad habiles tm̄, erit plata sup certo, nō dubio, qa nemo dubitare debet, qd̄ ante hanc l. poterat relinqui collegio catholico, uel ut iam per Constantinum approbato, ut supponit l. ista, & patet. ff. de colle. illi. l. j. circa medium. Tertio, qa si aliter dicatur Imperator Cōstātinus lator huius l. populo seruiret de vento, ꝯ l. 2. in fi. ꝯ. communi. de leg. Quarto, ꝙ de proprio significato illius dictionis, unusquisque, est omnes includere, & neminem excludere. ut ꝯ. de pac. l. si creditores. & ff. de hær. inst. l. hoc articulo quisque, & maxime ī casu nro, ꝙ dictio, & geminata, & ꝓposita cū dictione, vnusq; q;, omne includit. ut ff. ad Trebe. l. balista. & de iure fisci. l. ita diuus. §. j. Quæro, quia signum vniuersale adiunctum verbo futuri temporis conuenti, extensionem actus cui adiungitur, non recipit limitationem de habilitate, & per hoc allegat ipse tex. cum glo. ff. de tut. l. 2. §. pen. ubi dicit, ꝙ procurator ad litem quolibet loco, & tpe dari pōt, & glo. super l. etiam quo ius non redditur, simile. ff. de no. ope. nun. l. j. §. item nunciare. ubi glo. exponit omnibus diebus, scilicet feriatis. Cum ergo hic fiat extensio actus iam cōcessi, quale est relinquere collegio catholico iam prius approbato, vt dixi, non debet hoc verbum, quisque, limitationem recipere, de habilitate. Et pro hoc do tibi glo. quæ hanc rationem facit in simili ꝯ. commu. de suc. Auth. omnes peregrini, & aduenæ. Secū-

do probat ipse per hanc l. dicens, ꝙ hæc licentia est in libera uoluntate testantis reposita. ut probāt illa verba, liber sit ftilus. cum seq. Et si sic, sequitur, ꝙ nonnulli alias non inhabiles, hic priuilegiant, & habilitantur, ut patet in simili. Nam militi conceditur libera iacultas testandi. ut l. 1. ff. de mil. test. Et ex hoc statutum fuit, ut miles licet surdus, & mutuus posset testari, quia alias non poterat. vt l. iuri militari. ff. de mili. testa. Verum fatetur non dispensari cum omnibus, quia cum carentibus sensu, & intellectu, ut sunt infantes, & proximi infantiæ, furiosi, & mēte capti, & hoc probat text. hic dum dicit, quod non sint cassa iudicia, & dum dicit supremę uoluntates. Hi enim iudicium nec uoluntatem habent, ideo nec naturaliter obligantur, ut ff. de condi. inde. l. quod pupillus. & de fideicommis. l. Marcellus. & de noua. l. j. Similiter, nec cum pupillo, quia nec ipse iudicium habet, ideo non obligatur ex dolo. ut ff. de polli. l. j. & patet clare, quia libertas militibus concessa, non proficit pupillo ꝯ. de test. mil. l. fi. Similiter nec condemnatus ad mortem, quia illi seruī efficiuntur. vt l. qui ultimo. ff. de pen. Et sic iudicium non habent. ut l. quod attinet. de reg. iur. quinimo nec habent bona cum illa perdant, & fiscus habeat, licet reseruentur hodie agnatis, ut ꝯ. de bonis proscript. auth. bona damnotorum. Aut hæc l. in quit ipse loquitur in habente bona, ut patet dum dicit. id bonorum, &c. Simile in milite, qui liberam habet, & tamē ad mortem damnatus non testatur. ut ff. de mil. test. l. ex militari.
10 in prin. a sensu contrario. † Ex hoc infertur, ꝙ filius fā. b de peculio
b aduentitio in quo pater non habet vsum fru. ut in casibus notatis. in auth. idem ꝯ. de bonis quæ lib. poterit testari, ad pias causas relinquendo, absque patris consensu, per hanc l. tum, quia de bonis testatur, tum quia patria potestas uelut obstaculū iuris ciuilis nō habet obstare, quia hæc l. impedimenta iuris ciuilis remouet. In adūtitio autem, in quo pater haberet vsum fructum, idem dicit
c ipse, si patre volēte, c & author ante testetur, quia licet ultimæ uoluntates, ex alio non debeant dependere arbitrio, tamen fallit ad pias causas. extra de test. c. cum tibi. & apparet de iure ciuili in libertate, quæ est res pia. ff. de fideic. li. fideicommissaria libertas. & quia hoc impedimentum de iure ciuili, ꝯ quod dispensare dicit, ubi autem patre inuito, uel ignorante faceret, l. ista f̄m eū non dispensat ex eo, quia in alienum redūdaret præiudicium. † In mo
nacho, & seruo dicit, dispensatum non esse, quia bona non habet, ꝯ. eo. auth. ingressi. in dubio de statu suo dicit dispensatum, quia illud est impedimentum iuris ciuilis, & pro hoc inducit, qa idem in milite. ut ff. de mil. test. l. ex militari. §. similes. & postremo inqt ipse, hæ dispensationes locum habent, qñ duntaxat testat in articulo mortis p̄stitutus, & hoc inquit ipse probat tex. iste dum dicit, decedens, ut sic in mortis articulo intelligatur esse in bello cū diabolo, a cuius viribus animam l. ista sic liberare permittit. Licet istorum quodlibet ēt suppositum opi. Bar. dubium haberet, nec aliqua forent forte bñ decisa, ut in p̄fata repetitione scripsi, ꝙ nūc re citare, vel scribere nedum necessarium, nec utile mihi vī fore. Iō illis omissis, causa etiam breuitatis principalem eius opinionem reprobo, & cum glo. nostra teneo, quod inhabiles hic non habilitentur, & ita se habet communis opi. Ex eo primo, quia hoc non reperitur lege cautum, ergo, &c. Secundo, vt euitetur legum correctio. Tertio, quia ecclesia si non apparet priuilegiata, expressim regitur de iure communi. vt in 10. col. de ali. feu. c. j. Quarto de generali sermone excipitur, vt leges legibus concordentur, vt ff. de pig. l. ob generali. & de ritu nup. l. quamquam. & de mu. & hono. l. vt gradatim. §. sed si lege. Quinto, quia non est verisimile principem per hæc generalia verba inhabiles habilitare, argu. ꝯ. l. seq. in princ. de inoffici. testa. & maxime, quia hæc licentia operatur circa aliud. vt ꝯ. dicam in responsionibus obiectorum. Sexto, quia inhabilis non potest testari inter liberos, cum l. nō caueatur, & sic stet regula prohibitiua, ergo minus ad piam causam, cum maior sit liberorum fauor, quam ecclesiæ, vt probat glo. ꝯ. tit. j. l. fi quis ad declinandam. Nec dicas, ꝙ immo potest nedum inter liberos, sed etiam inter quasdam alias personas. vt ꝯ. de secundis nup. l. fœminæ. & de ince. nup. l. si quis incestę, quia ibi non erat vniuersaliter inhabilis, sed prius uniuersaliter habilis, priuatus fuit illa habilitate, & non simpliciter, sed respectiue, quia inter cæteras personas

eadem

ADDITIONES.

a † Fratres. Adde Bar. in l. 1. nu. 6. ver. item si fratrib. minorib. & ibi no. in apo. in vers. fratrib. ff. de le. 1. Bal. in auth. si qua mulier. & in apost. in ver. fratrib. ꝯ. e. collect. in c. super quorundam. nu. 2. in vers. vt statim cum vendant. extra de sta. mo. Corse. no. fin. suis, in vers. mendicantes. inci. licet fratres prædicatores. & Hypol. de Mar. fi. n. 122. inci. in alienatione.

b ¶ Filius fa. Adde Bal. in l. 1. §. 1. de le. 3. Ange. in Auth. de nup. §. veniente. Bar. & Do. & Imo. in l. qui in potestate. ff. de test. ubi d. ꝙ potest testari volēte patre, in his in quibus pater non habet vsum fructum, per ca. licet. de sepul. in 6. a contrario sensu, & tenet Bar. hic, in 3. q. Bal. in l. fenium. ꝯ. qui testa. face. pos. per Pau. de Cast. consi. 125. & consi. 199. item ad piam causam potest testari de licentia patris, etiam generali, Bal. hic, in 8. col. Alex. in l. filius fa. de dona.

c ¶ Si patre uolente. De quo hic plene per Bar. & Bald. & in addi. ad vtrunque. Sed an ex tali uolūtate patris poterit filius donare causa mortis, Bart. hic. nu 5. q. prin. & l. fenium. in fin alib. uerbis. ꝯ. qui testa. fac. pos. no. de hoc & in l. alio. ff. de ali. & cib. leg. & an in casu quo pater permisit, & consensit filium testari ad pias causas, poterit pater solus illud testamentum reuocare. vide Bal. in alle. l. fenium. & in simili Dy. & Bar. in l. qui precio. ff. de dona. cā mor.

eadem remansit habilitas. Septimo, quia solennia debẽt interuenire, vt dicam in sequenti quæstione, ergo non minus habilitas p sonæ, immo magis prius sit quærendum de personis. vt ff. de test. l.4. & de iur. cod. l. quidam referunt. & J. qui accusanon pot. l. non ignorar. Octauo dr̃ cajus J. eo. l. generali. ubi text. exigit, quod testamentum sit omni iuris ratione munitum, qui enim omne dicit, nihil excludit, vt ff. de reb. du. l. si is, qui ducenta. §. utrum. Nec est bona solutio Bartoli dicentis, quod ibi testator nõ erat in mortis articulo, seu periculo, sperata de propinquo, hic sic, quia trusa est, infra in 10. quæst. Nono, quia dicere, quod Imperator hoc fecerit in fauorem pupilli, quod voluerit cum inhabilibus dispẽsare, & non cum omnibus, sed cum duobus, vel tribus, est quoddam ridiculum, & maxime si ratio dispensandi fuit illa, quam ipse Bar. dixit, scilicet, quia tunc est in bello cum diabolo, cum hęc ratio, quasi omnes species inhabilum cõcernat, & sic in illis idẽ ius deberet statui, infra eodem l. illud. & de liber. præte. l. 1. & ff. ad l. Aquil. l. illud. Decimo, quia per hanc l. potest aperte probari
a contrarium, dum hic dicit, & nõ sint cassa iudicia. nam iudiciũ,[a] licet multis modis sumatur, vt no. Instit. qui non est permis. facere t. §. præterea. & quandoque pro mera voluntate, ut l. Thays. §. Lucius. ff. de fide. lib. & quandoque pro vltima uoluntate, vt Institu. de testa. milit. §. cæterum. tamen hic nõ primo, sed secundo modo sumitur, vt patet in sequentibus. & maxime ibi dum dicit, su-
12 premæ voluntati. † Modo arguo sic, vltima voluntas est, quæ debitum habet solennitatem, vt infra de codicil. l. fin. & quæ a persona habili sit confecta, vt l. 4. ff. de testamen. & l. quidam referũt. in fine. de iure codicil. & sic quod deficit, non debet appellari vltima uoluntas. sed uoluntas vltima, vt sic cum omni iuris ratione sit munita, illud verbum vltima supponitur, & tunc ambo, p uno toto solennizato sumantur. vt d. l. finali. in fine J. de codi. Hinc est, quod plurimum frequenter leges de ista materia loquentes anteponunt illud verbum, vltima. Sic, & alias dicimus, quod aliud est bono. poss. quæ est ius prosequendi, &c. ut not. J. qui admi. ad bon. pos. super rubrica. & aliud pos. bonorum quę est facti, vt ff. de acquir. pos. l. fi. & ff. ex qui. cau. in pos. ea. per totum. Et quod non debeat appellari vltima voluntas, ubi aliquod illorum deficiat, patet, quia tunc deficit esse rei, vt de causa efficienti patet in dicta l. 4. & d. l. quidam. de formali, ut ff. de exhi. l. lul. §. fed. & si quis. & de aur. & argen. leg. l. Seia. & de solennitate substantifica, uel extrinseca. in l. quęcunque. §. fi. ff. de publi. Item probatur ex illo verbo, cassa. Nam cassari non potest, quod essentiam vel validitatem aliquam non habet, ut J. eo auth. cassa. & ff. de test. mil. nam & si, §. quot. Cum priuatio supponat habitum. l. manumissiones. ff. de iust. & iur. & de reg. iu. l. eius est nolle. Item probatur ex illis uerbis, quæ sequuntur, liber sit stilus, nam licet intelligatur de dispositione in scriptis, quia stilo scribebatur, tamen, ut ipse Bart dicit, hic stilus sumitur pro ordine, vt J. de bo. va. l. si qñ. lib. 10. Modo ad propositum no. q̃ tex. non dicit, q̃ sit liber ab ordine, sed q̃ ordo sit ei liber, quasi innuat, q̃ ꝑm ordinem iuris testetur libere. i. sine terrore cassationis iudicii sui. Cum ergo de ordinatione iuris sit, vt testatores sint habiles, & legitimus numerus testium adsit, sequitur nostrum propositum, videlicet, q̃ inhabiles hic non habilitantur. Ad rationes in ꝓrium inductas respondeo, & ad primam dico, q̃ hic tractatur de ecclesia, in quantum sumitur, vel pro collegio inter muros clauso, vel pro uniuerso collegio catholicorũ, & sic pro ecclesia militante. Et sic bene cõgruit primæ parti huius rub. similiter, & tertiæ, quia hic apparebat collegium catholicum ecclesiæ militantis, & etiam singula, quæ tunc erãt, quia eis permittit, & relinquit, & cum effectu, quod prius non erat, ut dixi in positione casus. Nec ob. tũc alia rõ. per q̃ replicat Bart. q̃ lex ista non fuisset tũc facta de dubita bili, cum iam prius collegium catholicum fuisset approbatum, quia per aliquam l. ante ista non apparet de eius approbatione, quia non p epistolam victor. §. eo. illo a Iustiniano, qui fuit post Constantinum, ut declaraui §. super rubrica primæ constitutionis. Et idem dicas de l. j. §. de fum. trini. Fuit. n. Constãtinus primus Imperator Christianus, ut l. diui J. de naturali. lib. & sic diceret, q̃ l. 1. ff. de col. illi nõ ob. quia, vel ibi ad hibitum a cõpositorib. noui iuris fuit, vel ibi loquitur de religione quæ hr̃ erga Deum, quam gentiles pagani noscuntur habuisse, vt l. veluti. ff. de iusti. & iur. Item non obst. si dicas, statim, q̃ Cõstantinus fecit de Christianum, approbauit collegium catholicũ, quia possum negare, q̃ approbauerit illud, vt collegium, sed fidẽ Christi sic. Sed esto, q̃ sic fit, tamen de interuallo vsque ad promulgationem huius legis, nobis non constat. Item & supposito, longũ fuisset interuallum respon. populus. non ignorans, q̃ prius cassabant eorum iudicia, per quæ catholicis relinquebant, merito dubitans, vel titubans p viam legis a Cõstantino certiorari petiit, qui ad titubationem populi tollendam, hanc l. promulgauit. Item esto, q̃ collegium vniuersale catholicorum fuisset approbatum, per Christianitatis, & baptismi assumptionem, a Constantino factam, tũ adhuc speciali approbatione erat dignum, nec dicetur neglectum arg. ff. de publi. l. j. §. publicanus. & de iniur. l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. Item singula collegia clericorum, non erant per hoc approbata, quæ hanc l. prout in singularibus collegijs loquitur, vt sentit glo. erunt approbata, q̃ intelligo tunc extantia. sed postea facta non intelliguntur approbata, nisi quatenus de licentia summi Põtificis, vel antistitis loci appareat, vt in Auth. de monac. §. 1. colla. j. & in Auth. ut nul. sibi fa. ora. do. per totum. & extra de reli. do. c. fin. & in eodem tit. c. 1. lib. 6. & ita debet intelligi lac. But. dum dicit, q̃ per hanc omnia collegia pia intelliguntur approbata, vt tunc de extantibus intelligatur. Prętea esto, q̃ prius etiã omnia & singula, fuissent approbata, tũ dubitari potuit, an eis relinqui potuisset, uel saltem quantum homo optabat, cum leges permittẽtes collegijs approbatis relinqui, de laicalibus loquebantur, & sic de subiectis iurisdictioni ecclesiastícæ, videbantur prohibere. arg. ff. ad Treb. l. omnibus. a sensu contrario. l. cum prætor. ff. de iudic. & maxime, quia ecclesia in suis bonis multum erat priuilegiata, ut J. eo. l. placet. propter, quod res publica videbatur lædi. vt J. eo. l. sacrosanct. a Thesalon. in fi. quæ omnia remouerat Constantinus, per hãc l. nec ex hoc lædit̃r respu. sed potius conseruatur, vt J. de ve. iur. enu. l. j. in princi. cum si.
13 † Ex prædictis patet, q̃ omnes rationes in ꝓrium factæ, sunt subtilitæ, & q̃ materia militaris, legem nostram non attingit, quia in militibus est concessa libera testandi facultas, multum late lex processit, declarando militum priuilegia, hic vero lex strictius locuta, ad alium effectum & finem, nec vltra declarãdo processit, vel vltra se extendit, immo per l. generali J. eo. hæc declaratur, ut de
14 habilibus & inhabilibus loquatur, ut supra dixi. † Viso de personis, nunc uideamus de solennitate, ideo quæro, an solennitas te-
b stamentorum sit remissa his, qui collegio catholico relinquere uolunt. & glo. hic 4. vr̃ uelle, q̃ non. Sed Barto. J. Primo per hunc tex. dum dicit, nec sint cassa iudicia, nam iudicium idem est, quod voluntas. l. Thays. §. Lucius. ff. de fi. li. & per illa verba, liber sit stilus. nam cum stilus idem sit, q̃ ordo, ut J. de bo. va. l. si qñ. sequitur, q̃ tex. iste facit eos liberos, ab ordine, & sic a solennitate. Simile in milite, cui libera facultas est concessa, ut ff. de test. mil. l. j. in fin. & J. de test. mil. l. in testamento. & l. quanquam. Secundo, quia ubi p sonis habilibus, libera facultas est cõcessa, solennitas intelligitur remissa, ut aliquid operetur concessio, ut no. in l. si qñ. in princ. J. de mosti. test. Tertio, quia in vltima dispositione, facta inter liberos, sufficit cuiuslibet uoluntaris iudicium. infra fam. ercis. l. inter omnes. & de testa. l. hac consultissima. §. ex imperfecto, ergo magis in dispositione facta pro anima, arg. J. eo. l. sancimus. Quarto, quia militibus ad discrimen belli pergentib. fit remissio solennitatis, ut J. de test. mil. l. milites. & ff. eo. tit. l. Lucius. Sed cum quis relinquit ecclesiæ, uel aliter ad pias causas, existens in mortis articulo, sperat de proximo, quia sic restringit ipse listam, dum testator duellum facit cum diabolo, sagittas emittes aduersus eum in redemptionem animæ suæ. Quinto potest induci, quia monasterium hr̃ loco filij, in Auth. de san. epis. §. sed hoc de præsenti. & nedum per ingressum, sed in quacunque dispositione, ut notare vt quædam glo. singularis. ff. de uer. obl. l. si ita quis. §. ea. lege. Sed testamentum ꝑter solennitatem, testium valet inter liberos, ut d. §. ex imperfectio, ergo, &c. Sexto, quia legatum in minus solẽni voluntate relictum rõne affectionis debetur, ut ff. de fideic. lib. l. in testõ. & no. gl. J. de fideic. l. eam quam. Sed ecclesię religionis rõne, magna debetur affectio, ut J. eo. l. iubemus. & c. nonnulli. post prin. & ff. de iust. & iu. l. veluti. & de reli. & sum. fu. l. sunt personę. ergo, &c. Ego teneo glo. quam communiter omnes sequuntur. Primo, quia minime sunt mutanda, &c. ut l. minime. ff. de leg. ded nedum a nostris Doct. sed etiam a summo Pontifice, & cęteris, qui hoc magis debuerunt notare, hęc l. extitit interpretata, ut ex gat regularem numerum testium, vt ipse Papa, & clerici, quorũ fauorem respicit, attestantur, extra de testa. c. cum omnes. & c. relatum. ergo, &c. Secundo, quia casus est, non cauillando. tex. J. e. l. generali. dum ibi dicit, testamentum debet esse omni iuris ratione munitum, cum. n. ibi dicat omnia, nihil excludit. Tertio, quia facultas testandi concessa non operatur remissionem solennitatis, ubi aliud põt operari, ut J. de inoffi. test. l. si qñ. & ibi no. & patet. J. de test. testandi. & ff. eo. & l. si mutus. sed hic aliud operat, & alium effectum concedit, vt in solutione obiectorum in prece denti qõne declaraui. ergo, &c. Quarto per regulam traditam in d. §. ex imperfecto, a quo solum liberti excipiuntur. Nec est verũ, q̃ monasterium habeat loco filij, ut plene scripsi J. e. auth. si qua mulier. vel si hr̃ loco filij, hr̃ per ingressum, & non aliter, ut not. J. ad Treb. auth. nisi rogati, quicquid dixerit gl. in d. §. ea. l. Quinto, quia in minus solenni voluntate relictũ, nõ debet Imperatori, ut J. de test. l. ex imperfecto. & de le. 3. l. ex imperfecto. ergo nec eccłię, tũ q̃ frater, ut l. Auth. quo oportet epi. I pri. tũ, q̃ illa regit̃ d̃ iur cõi. ut l. x. eo. d. alie. feu. c. j. & princeps legib. ē solut°, vt l. princeps. ff. d̃ legib. tũ, q̃ idẽ ē i-ciuitate cui eccłia ęgparat, ut J. e. l. fi. Sexto, q̃ legatũ alimẽtorũ, q̃ i dubio ꝑsumit ad piã cãm relictũ, ut ff. d̃ trãsa. l. cum

ADDITIONES.

a Iudicium. Iudicium quot modis sumatur, adde l. 1. §. 1. in glo. ff. de dolo. Host. in summa 60. tit. & gl. in c. forus. de ver. sig.

b An solennitas testatorum, quod solennitas testamenti non requiritur in relictis pijs. adde c. cum esses. & c. 1. e. de testa. Pau. de Cast. consi. 181. incip. causa quæ utitur pergami. nec solennitas statuti. Bal. hic, & Pau. de Cast. consi. 33. quod incipit, omisso ordine.

l. cum hi. §. de alimentis. & melius in Auth. de eccle. tit. §. interdicimus. col. 9. non valet in minus solenni voluntate, vt J. de fideicom. l. j. nec legatum libertatis, vt J. de test. l. non dubium, §. j. Septimo potest probari per hanc l. deducendo ipsam, vt in præcedenti quæstione deduxi. & sic non faciet pro alia opi. sed contra, & ex his habes, tres rationes in oppositũ facere. Nec obstat alia dum dicitur, valet inter liberos, ergo magis pro anima: quia consequentia non tenet, eo quia ratio est diuersa. Nam inter liberos valet, ne de facili oriatur discordia, eos remittendo, quod patris fuit intentio, vt aliquid inter ipsorum haberet, quod habere non potuit, altero fratre nolente intentionẽ illam implere. Sic & aliàs aliquid statuitur, vt discordia inter fratres non oriatur, J. de bon. quæ lib. l. cum oportet. §. cum autem. Vel quia liberi ab intestato sunt successuri, sed non ecclesia, sic, & aliàs propter hanc rationẽ aliquid de iure relaxatur, J. de testa. l. hac consultissima, §. fi. & ff. de iniusto testamento, l. posthumus. ver. idem. & de cõtratab. l. si duobus. § si prius. Ad rationem aliam, de militibus ad discrimen belli pergentibus, respondeo, q̃ illa ratio suadet, vt Imperator idem statuere debuisset, in casu nostro, sed non propterea probat q̃ l. ista hoc statuat. Præterea, quod ibi conceditur militibus, in expeditione existentibus, denegatur militibus domi remanentibus, licet testentur in mortis periculo constituti, vt l. pe. J. de milit. testamẽ. Et est ratio, quia plenius & validius potuerunt prouidere. Ad l. in testamento. de fideicom. lib. respondit Guil. de Cu. q̃ ibi filij erant instituti, inter quos minus solenniter potest testari: Sed hæc solutio supponit, q̃ filijs minus solẽniter institutis legatum deberetur ecclesiæ, quod non videtur, per d. §. ex imperfecto. Ideo dico aliter, f̃q̃ in l. in testamento. legata erant repetita a venientibus ab intestato, & numerus testium erat sufficiens ad codicillandum, vel si non erãt repetita, vt videtur probare implicatiua etiam, dic q̃ ibi debentur naturaliter tantum, vt not. in l. cum quis, J. de iur. & fac. igno. Et in foro conscientiæ, vt J. de fidei. l. 2. Et quatenus ratio pietatis eos moueat, vt J. de necess. ser. l. cum quidam, §. filio. Hinc est, q̃ dicit ibi textus, pios filios manumitti debere, & hic rebus integris, sed postq̃ agnouissent, teneo etiam exequi, vt J. de test. l. non dubium. & de fidei. l. si inutiliter. Concludam ergo de iure nostro ciuili, q̃ regularis numerus testiũ requiritur in relicto ecclesiæ, vel ad piam causam. de iure vero canonico requiruntur tres, & quandoq; duo, vt extra, de test. c. cum esses. & c. relatum. & illud prætaleat etiã in foro secularis, vt no. glo. in d. c. cum esses. ius enim nostrum magis dubitauit de falsitatibus, quas cognouit de facili cõmitti. vt J. de test. l. iubemus, & l. nolumus. & de fidei. l. quęstionẽ. q̃ faceret ius cano-
15 nicum. † Quæro decimo, an hæc licentia sanis in mortis periculo
a constitutis,[a] sit concessa? Et dixit Bart. q̃ non, per hunc tex. in tribus partibus sui, videlicet propter verbum illud, Decedẽs, quod notat tempus prẽsens, quo quis est in actu mortis, vt ff. de man. test. l. qui duos. §. j. Item per illa verba (postq̃ iam aliud velle non possunt) ex quibus patet, q̃ in his loqtur hęc l. in quibus mors est sperata, & vita desperata. Item per illa verba (q̃ iterum non redit arbitrium.) Ego credo, q̃ etiam non cõstitutis in mortis periculo sit concessa, tum quia in omni tẽpore decedere dicimur, vt in Auth. de non alie. §. vt autem. ideo in sacra pagina viatores appellamur, & testatores quouis tẽpore appellantur deficientes, J. de test. l. testamentũ, & l. fi. in princ. & testari dicuntur propter mortem speratam, cuius diem ignorãt & horam. tum etiam, q̃ quouis tẽpore testamentũ fecerit, tempore mortis fecisse dicetur, ex quo moriens in ea volũtate perseuerat, vt probatur in l. vnum ex familia, in princ. de lega. 2. & no. per Doct. in l. post mortem, J. de fideiuss. Hinc est, q̃ eius vltima volũtas nuncupatur, & probatur J. de inoffic. testamẽ. l. cum quæritur, & ff. de admin. tut. l. cũ quidam decedens, & de leg. 3, l. cum quis decedens. Et hoc respectu dixit hic (postq̃ iam aliud velle non possunt) quid plura? tex. hic dicit (id bonorũ quod optauerit) licet enim partjcipium, Decedens, prǽsens notet, tũ illud verbũ, Optauerit, est tẽporis prǽteriti perfecti, & sic optio prǽsupponitur anteriori tẽpore facta, quod
16 quantũ distet a morte, non curauit l. ista, nec quęuis alia. † Quæro vndecimo, an instituẽdo ecclesiã, vel collegiũ aliquod catholicum, legitima possit auferri filijs, & cæteris: Et vr̃ q̃ sic, per ista verba (id bonorum quod optauerit) hic posita. Et in ꝓrium est veritas, q̃ sine alterius iniuria concessa debet intelligi hæc licẽtia, vt l. nec auus. J. de emanc. lib. & ff. ne qd in lo. pub. l. 2. §. si quis a Principe. & patet in milite, cui sic libera facultas est cõcessa, vt ff. de mil. testa. l. j. & tũ nõ põt ius alienum minuere, vt l. cũ filius. in fi. & l. si filius, in eod. tit. Item, quia ut æs alienum cẽsetur, quod ante omnia detrahitur, ut ff. de inoffic. testa. l. Papin. §. pacta. & §. qñ aũt pacta. Item, qa auferendo quartam filijs, est facere cõtra officium pietatis, ut l. j. & 2. J. de inoffic. testa. & p cõsequẽs quantum ad illã quartã & eius respectu institutio in ecclesiã collata, nõ posset dici pia, uel ad piã cãm facta, arg. J. qui po. in pig. habe. l. assiduis. Itẽ pro hoc satis uidetur casus J. eo. auth. si qua mulier. Item quia hoc non est de causis, propter quas legitima permittatur auferri filijs, ut patet in Authen. ut cũ de appel. cog. §. aliud quoque. Vltimo confirmatur auctoritate Beati Augustini dicentis, Qui nult Deum instituere & filium exhæredare, alium pro con-
filio quærat, & recipiat, non Augustinum, ut transumpriue p gl. J. tit. j. l. si quis ad declinandam. Non obstant ista uerba (id bonorum quod optauerit) quia restringuntur secundum prædicta, qa cum actũ prius concernant, arbitrio boni uiri intelligenda sunt, ut l. fideicommissaria libertas, ff. de fidei. lib. Ex his infero, q̃ filijs prǽteritis, uel exhæredatis contra ecclesiam instituram, dantur remedia cõmunia, quæ darentur contra priuatas, & singulares p sonas institutas. Ad quod facit J. l. generali, eo. tit. ubi exigitur testamentum omni iuris rõne munitum. Item, qa ecclesia regitur de iure communi, nisi appareat de priuilegio speciali, ut in tit. de
17 alie. feud. c. j. † Quæro duodecimo,[b] ad declarationẽ proxime di-
b ctorum, si ecclesia sit uniuersaliter instituta, filio uero iure legati tantum sit aliquid relictum, an filius contrauenire poterat? Et dixit Bar. q̃ non. sed ad supplementũ ãgit. Et hoc ideo, qa testamẽtum non est factum cõtra officium pietatis, quia de iure antiquo sufficiebat filium habere legitimam quoquo relicti titulo, ut J. de inofficio. testamen. l. cum quęritur. per consequens consilium Augusti, qui pietatem inspexit non vendicat sibi locum. Item inducit ipse J. cod. authent. si qua mulier. Item, quia q̃ filius habeat quartam iure institutionis, est de solennitate iuris ciuilis, quam asserit per hanc l. esse remissam, vt §. per eum dixi. Ego puto testamentum non valere, quia ecclesia regitur de iure communi, vt proxime dixi. nec est verum, q̃ hæc lex solennitatem iuris relaxet, vt §. latius declaraui, & maxime formalem, de qua loquimur. Item, quia in persona Principis non valeret, quia imperfectum, & J. de testa. l. ex imperfecto. de quo magis videretur, quia legibus solutus est, vt ibi dicitur. Item, quia §. aliud quoque. in Auth. vt cum de appel. cog. qui mandat filium in aliquo instituì, loquitur indistincte. Item, quia tex. J. eod. l. generale. exigit q̃ testamentum sit omni iuris ratione munitum. Nec potes replicare, q̃ lex illa de obseruantia iuris nouissimi non videatur cogitasse, quia imò generaliter loquitur, & per verba etiam futurum denotantia, & quia lex omni die loquitur, & est continuo in viridi obseruantia, vt J. de hæret. l. Arianus. Nec ob. authen. si qua mulier. quia ibi bona erant iam in ecclesiam solenniter transacta: sed misericorditer lex se habuit postea erga filios: nec verba Augustini repugnãt, cum exhæredare sit extra hæreditatem ponere, Sed filius, licet ei aliquid legetur, nihilominus extra hæreditatem est positus, licet non extra bona, vt J. de instit. & substit. l. 4. & de liber. præter. l. maximum vitium. circa medium. & J. de testamen. milit. l. si cum vel in vtero. §. fi. & Instit. de exhæred. lib. §. mater. & hoc de iure ciuili. Si autem ius canonicum aliter di-
18 sponat, illud seruà. † Quæro decimotertio,[c] an hæreditate non
c adita, & sine fraude, debeantur legata ecclesiæ, vel ad piam eausam relicta? Et Vber. de Bobio dixit q̃ non, per tex. ff. de rut. l. si nemo. & J. si quis omis. causa testa. l. 2. §. fi. vbi dicitur, q̃ libertates non debentur: & tamen sunt res fauorabiles, & piæ, & pro tãto fuit inuentum, vt bona adijcianẽ causa seruãdarum libertatũ, J. de milit. testa. l. fi. & Instit. de eo cui libe. causa bo. adi. per totũ. Ioan. vero in quæstionibus suis, non credo diuersum voluisse, dixit enim si testamentum de iure non valet. vel ex eo adiri hereditas non põt, vel bo. poss. pe. non põt, vel si põt, & hæres scriptus bona fide omittit, & tertius ab intestato succedit, procedit opin. Vber. vt d. l. 2. In casibus autem, in quibus legata, vel fideicõmissa deberentur, quamuis hæreditas non sit adita, vel adiri possit, quod no. J. de fideiuss. l. eam quam. legata ad pias causas debẽtur, & ita refert Ioã. And. super Spec. & de instru. edi. §. nunc aliqua. ver. sed pone. vbi Spec. etiam ponit istam q. Sed Bart. hic dicit q̃ indistincte debentur. Primo, quia in eis cessat solennitas iuris ciuilis per hanc l. Sed hanc rationẽ falsam esse, vt §. dixi. ideo non curandum. Prǽterea quǽstio supponit testamentum fuisse solẽne, ideo non procedit. Secundo inducit auctoritatẽ Apostoli ad Hebręos 8. qui dicit ad literam sic (vbi testamentum est, necesse est vt mors testatoris intercedat, quia testamentũ in mortuis cõfirmatum est) & ibi gl. exponit in mortuis, i. in morte. ex quo dicit Bart. no. q̃ testamentũ confirmatur, nec aditio requiritur. Sed hæc ratio nil valet: qa idẽ esset in legatis non pijs. vel Apostolus consideratuit ius poli, non fori, quo regritur aditio, vt oia impleãtur, vt J. de testa. l. omniũ. versi. ne qd sane. Vel meliùs, q̃ ibi Apostolus vult ꝓbare, q̃ necesse fuit Christũ, in quãtũ erat homo, pati, & mori, vt eius testm̃ in quo oẽs sumus instituti, hęret effectũ. Quia ante mortẽ testatoris, nõ põt adiri hæreditas, & iõ eo mortuo cõfirmatũ fuit testm̃, vt a modo vnusquisq; hominum hæres institutus, ad vitã æternã vocatus, ad ear hæreditatẽ, mãdata legis seruãdo, q̃ nõ seruanti imputetur, qa sibi est datũ liberũ arbitriũ.

Nec

ADDITIONES.

a ¶ Mortis periculo constitutis. Adde quis dicatur in mortis articulo constitutus, tex. in l. si pater, §. fina. & ibi Ange. ff. de fideicom.

b † Quæro duodecimo. Adde de hoc quæsito Guil. de Cu. in l. precibus, nu. 73. & quod ibi posui in addit. ad ipsum in uersi, non habet locum detractio, quartæ. C. de impub. & alijs substitut. Bal. plene in l. cum is, §. si mulier. de condictio. indeb. & Pau. de Cast. consi 131.

c † Quæro decimotertio. Adde ultra not. hic per Bal. nu. 52. uersic. super 9. q. eundem Bal. in lectura antiqua, huius l. in uersic. rei uendicationem. & in l. fina. §. donec. infra, de jure deliberan.

Nec aliqui sunt in eo legatarij, sed omnes instituti, & sic nec aliqui ab intestato vocati, quod secus est in casu nostro, quia aliqui instituti, aliqui legatarij, & aliqui veniētes ab intestato, aliqui nō vocati vllo modo. Tamen hic, & ibi requiritur aditio quo ad institutum, licet diuersimode, quia ibi verbo & animo, vel facto, ꝑ quod animus colligatur. ibi animo & opere, & nō temporaliter, sed continue & successiue vsq; ad finem vitæ, & tunc incepit hereditatem possidere. Tertio, quia relinquendo ad pias causas, videtur testator ea quæ reliquit, Deo pollicitasse, in euentu mortis: sed hæres vouentis quicunq; sit, tenetur obligationem voti soluere, vt ff. de pol. l. 2. §. ergo &c. Quod videatur Deo pollicitasse, probat ex diffinitione voti. Est enim votū alicuius boni Deo facta promissio, seu pollicitatio, vt d. l. 2. in fi. Sed hæc ratio non valet, quia falsum est, q̃ talia legata sint votum, cum non sint obligatoria personæ legantis. Sed hęres vouentis quicunque sit, ideo votum reale defuncti cogitur implere, quia defuncti obligatio ad eū est trāsitoria, vt d. l. 2. & sic illa lex potius facit in oppositū.

19 †Quarto dicit ipse, hoc pōt demōstrari saltem de iure notissimo quo disponitur, vt hæreditate non adita, ex eo, quia de legatis nō possit detrahi Falcidia, nihilominus debeantur legata, & fideicōmissa, vt in Auth. de her. & Falc. §. si vero expressim. & ī. de fideicom. auth. hoc amplius. Sed de relictis ad pias causas non potest

a detrahi Falcidia,[a] vt in authē. similiter, ī. ad l. Falc. ergo, &c. Hæc ratio colorata non vr̄ mihi vrgere: quia lex tunc prouidet, vt legata debeantur, cū hæres scriptus non adit ex eo, quia Falcidiam nō potest detrahere propter expressam testatoris prohibitionē, quo casu hæreditas non statim deuoluitur ad venientes ab intestato, sed ad nominatos in testamento secundū ordinē traditū, in d. auth. hoc amplius. At vbi legata sunt facta ad pias causas, ita q̃ non testatore, sed lege prohibente non pōt detrahi Falcidia, lex non prouidet, q̃ deuoluatur hæreditas ad alios in testamēto nominatos, & per consequēs neq; legata soluantur. Et si indagator speculatiuus, & subtilis replicaret, q̃ ad casum nostrū prouisionē illā debemus extendere, vt nō minus operetur prohibito legis, q̃ testatoris, cum illa seruetur, vt in Auth. de nup. §. disponat. vel vt non minus lex prouideat, in casu suæ prohibitionis, q̃ testatoris. aliàs daret causam irritandi deficientium voluntates, ad cuius ꝯrū semp anhelat, vt d. §. disponat. Ego tali replicationi respōdeo, q̃ illud locum haberet vbi omnia legata essent ad pias causas, & hæres non aditet, quia Falcidiam detrahere non posset, & tunc frustra tractaretur de legatis ad pias causas soluendas, cum hereditas tota primo deberetur ipsis legatarijs, vt d. auth. hoc amplius. Sed vbi pauca legata essent ad pias causas, vel si hereditas, nō, ob illam causam, sed q̃ forte morte præuento hæredē scripto non fuisset adita, vel locus nō fuisset Falcidiæ, & sic hæreditas immediate fuisset deuoluta ad veniētes ab intestato, procedit quæstio nostra. Nec ratio Bar. locū habet. Et sic firma manere vr̄ opin. dicti Vber. Sed tertio cōtra eam facit, quia ratione pietatis, & affectionis legata debentur, quæ aliàs non deberentur, vt ff. de fideicō. lib. l. in testamento. & no. gl. ī. de fideiussi. eam quam. sed nulla maior affectio q̃ ad seipsum, & animā suam: cum omnis charitas ordinata incipiat a seipso, vt l. preses, ī. de seru. & aqua. & scribitur Eccles. 30. Miserere animæ tuæ placens Deo. Sed legata pia, pro salute relinquētis animę fiunt, vt ī. tit. j. l. nulli. & de leg. 2. l. si quis a Titio. cum ibi no. Sed hæc ratio non vrget: quia vel in d. l. in testamento, legata fuerunt repetita a venientibus ab intestato, vel ibi filij non poterant ad libertatem prestandam compelli, vt l. nō dubiū, §. i. ī. de testa. quia tamen pietate moti præstiterunt, & sic voluntatē defuncti agnouerunt, compelluntur ad legatū pecuniariū, vt declarat i. §. in 9. q. in rissionibus obiectorū. ad glo. l. eam quam. dic, q̃ debenē rōne pietatis, i. quatenus pietas eos mouear: sed compelli non pōt, vt ī. de seruis. l. cum quidam. §. illo. videlicet

20 nisi prius agnouisset, vt dixi. † Sexto ad idē, q̃a hæredes scripti tenent liberare, & redimere testatorē captiuū, vt ī. tit. j. authē. si captiui. & in cor. vnde sumit. & si corpus, multo magis animā, a captiuitate diaboli. soluēdo legata ad piā cām facta. Sed dic, q̃ illud in scriptis hęredibus, nō in succedentibus ab intestato, in scriptis omittētibus. Ideo imputetur testatori, qui scire debuit venientes ab intestato non teneri, nisi ab eis tacite vel expresse legata fuissent repetita, ut in d. l. eā quam. Preterea de animę eius captiuitate non cōstat, an possit liberari, uel nō: sed a diuina ꝯcedit misericordia, dicente Psl. Insita. Apud te Dñe nullus iustificabit̄ homo. Cōcludo ergo opi. Vber. de iure tutiorem, licet alia nitatur ęqtate. Remediū tñ ꝯ primam dāt multi Doct. & Bar. vt legatarius ad pias causas faciat sibi adici bona, ad instar eius, cui libertas est relicta, ut Instit. de eo cui lib. cau. bo. adi. in rubro, & nigro. & ff. de fid. lib. l. 2. & ī. de ma. test. l. fi. Cum id quod ex pietate inductum est, & pro tēporalibus libertatibus cōseruandis, longe magis debeatur, ꝑ libertatibus animarū, ut ī. eo. l. sancimus. Sed hoc simile nō vr̄ tutū, tū propter ea quę proxime dixi: tum q̃a libertates minuūt legitimā filij, ut ff. de inofficio testa. l. Papi, §. quarta, & tamē legata alia, ad pias causas illā nō minuūt, ut s. dixi & no, per Doc. in auth. similiter. ī. ad l. Falc. Tū ēt, q̃a libertates nullo tēpore defalcabant, ut ff. ad l. Falc. l. sed si nō seruus. & l. eris alieni. Sed legata pecuniaria licet pia sint, ut ī. tit. j. l. si q̃s ad declinandā. licet hodie non defalcētur. & de fauorabili, igitur ad minus fauorabile, non uidetur argumētatio bona. † Quæro ultimo, si testator instituat ecclesiā in parte bonorū, an in alia parte dicatur decessisse intestatus, & loquor in pagano, q̃a in milite, uide quod not. in l. j. de mil. testa. Et cōni respōdit Bar. q̃ si de alia parte nihil dixit, ecclesia totū habebit: q̃a hoc est in priuato, ut l. i. §. si ex fundo. ff. de hære instit. & l. qui certarum, ff. de testa. mil. Aut dixit expresse, q̃ in alia parte volebat intestatus decedere & verba æqpollentia, ꝑtulit, puta iubens ecclesiam esse tacitam, & contentam. & dicit ipse, q̃ pro alia parte ipse decessit intestatus, & hoc quia testator voluit, & potuit ex priuilegio huius l. sibi liberam facultatem testādi concedentis ad instar militis, vt l. si miles vnū ex fundo, ff. de milit. testa. Ego dixi s̄. & repeto, q̃ materia militaris non attingit l. nostrā. ideo in mil. te sic testante, fateor eius opi. Sed in pagano dico ꝯrium: q̃a nō reperio eū priuilegiatū, ergo, &c. vt l. si nō speciali, & l. testādi, ī. de test. Nec ecclesiā quā hæc l. priuilegiare voluit: dico fore deterioris cōditionis, q̃ priuatā personā sic institutā. Ideo esset videndū, q̃d iuris, si paganus paganū instituit, in certa re, vel portione inbens eū tacitum, & contentū, de alijs portionibus nullā faciens institutionē. Et tenuit ahbi Bart. q̃ intestatus decedat, per l. quoties. §. si duo. ff. de heredib. instit. & ibi per eum. Sed ego scripsi contrarium in l. quoties, ī. de hæred. instit. vbi tex. & glo. videtur contra eum: & quam plures alios vbi tex. ibi allegaui. vnde vide quod scripsi. Et hæc sufficiant. Laus Deo.

ADDITIO.

a †Actum pium. Vide Gemi. in c. decet. & ibi gl. extra, de immun. eccle. lib. 6. dixi post Guil. de Cu. in apost. ad ipsum hic. nu. 6. in apost. in uer. in ecclesia.

¶Falcidia. Quòd Falcidia non detrahitur de legatis pijs. Adde Doct. in d. auth. similiter, in tex. alleg. & Bal. in l. ut in epistola. de fideiussi. & in l. 4. infra, ad l. Falc. & Pau. de Castr. consi. 131. & Alex. post Bal. in l. cum is, §. similiter. de cōdict. in deb. in Spec. de instr. edi. §. 12. uersic. sed cum deducto. quod limita uerum, nisi eidem personæ sit factum aliud legatum ad nō piam causam, quia tunc detrahitur. Ange. singul. in l. si seruus. ad leg. Falcid. & in l. non est. in fi. eod. tit. & in l. qui quadringenta. in fi. princ. eod. tit. secus si alteri. secundum gl. & Doct. in d. auth. similiter. & Ang. contra gl. in d. l. non est. Item uerum, quando superſunt aliqua de relicto ad piam causam, quia de residuo Falcidia detrahitur. Ang. sing. in d. l. si seruus. cum l. Iulia. Item nisi pius locus sit hæres, quia detrahit Falcidiam de alijs legatis, factis alteri pio loco. Ang. in Auth. de san. epis. & cler. §. sed hic de præsenti. & Lud. in d. auth. similiter. Itē uerum, siue hæres sit in mora, siue non, quia non detrahitur Falcidia. Bal. in d. auth. similiter. Item ad istam materiam uide Ias. de May. hic in 5. col.

LEX II.

1 *Corpora humana, an debeant sepeliri in ecclesijs.*
2 *Iudicia, quæ possunt in ecclesia celebrari.*

Nemo Apostolorum. Varias habet lectu.

1 bet. Casus. †Humana corpora non debent sepeliri cum corporibus sanctorum martyrum. h. d. secundum vnam lect. Vel humana corpora non debent sepeliri in ecclesijs. h. d. & ista videtur sentire q̃ extra ecclesiam in cimiterijs sepeliri poterant tempore huius l. sed de iure antiquo intra ciuitatem sepeliri non poterāt, vt ff. de sepul. viola. l. 3. §. diuus. Vel laici non debent sedere cum clericis in choro. h. d. secundum aliam, vel contractus non debēt celebrari in ecclesijs. h. d. secundum quartam. Contra istam vltimam facit, quia ꝑcurator constituitur in ecclesia, vt ī. de his, q̃ ad eccle. cōsti. l. p̄senti. §. cū aūt. Et in ecclesijs seruti manumittunt, vt ī. de his q̃ in eccl. ma. Quapropter distingue, aut ꝯhens nō pōt secure ecclesiā exire, & tūc pōt, vt d. §. cū aūt. aut secure pōt exire, & tūc si ꝯctus cōcernit actū piū, pōt intra ecclesiā fieri. vt d. l. j. & in Auth. gb. mod. nat. effic. legit. §. quantū. Nec obst. l. basilicam, in fi. ī. de oper. pub. quia ibi basilica ꝑ domo imperiali sumit, vel si pro ecclesia, dic. q̃ ibi loqtur de nuptijs iuxta vulgare, id est, vel

a conuiuijs nuptiarum. Si autē cōtractus nō concernit actum piū, [a] & tunc fieri non dēt, vt hic, factus tamē tenet, vt no. de immunit.

2 eccle. c. decet. † Extra quæro, quid de iudicijs. dic, aut sunt ecclesiastica. & possunt in ecclesia celebrari. Aut secularia, & tunc, aut pertinent ad iurisdictionem voluntariam, & possunt in ecclesia agitari, arg. ī. de his q̃ in eccl. ma. l. j. & 2. Aut ad contentiosam, & nō pūt, nec agitata valent, vt extra, de immu. eccle. c. decet. Salyc.

ADDITIO.

a †Actum pium. Vide Gemi. in c. decet. & ibi gl. extra, de immun. eccle. lib. 6. dixi post Guil. de Cu. in apost. ad ipsum hic. nu. 6. in apost. in uer. in ecclesia.

LEX III.

1 *Ecclesia vendi, nec reliquiæ mercari debent.*

1 Nemo. † Not. quòd ecclesia non venditur, nec reliquiæ

a sanctorum [a] mercantur. Quærit glo. an contra-

b faciens puniatur. [b] & dic quòd sic, extra ordinem, quod est verum, quando de sacro eas aufert, aliàs non punitur l. Iul. peculi. vt ff. ad l. Iul. peculi. l. sacrilegij pœnam. facit quod not. infra, de furt. l. si rem nondum. & vide quod ibi scripsi. Quærit glo. an va-

c leat contractus. [c] & dicit q̃ non, & bene, & quando. quod no. per hanc

ADDITIONES.

a ¶Reliquiæ sanctorum. Adde Bal. hic, q̃ non sunt in commercio. Item adde, q̃ nec in dominio. c. j. de reliq. & uener. sanct. Sicu. in c. nullus. in j not. de iure patr. & de materia reliquiarum, uide in tit. de reliq. & uener. sanct.

b ¶Puniatur. Adde Bal. hic, in j. q.

c † An maleat contractus. Vide per Bar. in l. prætor, in princ ff. de noui ope. nunci. & Mod. in l. non solum, §. morte. in addi. no. ff. de noui ope. nunci.

hanc glo. tu defendas aliam contra Iacob. de Are. in l. non dubium, infra, de legi. scilicet, vt ibi senserit glo. contractum haberi pro infecto, solum quo ad iuris effectum, quem alias sortiri solēt, non quo ad ipsum contrahere, quod est facti, & pœnam, quæ ex eo debet imponi, secundum Richard.

LEX IIII.

1 *Clerici plures iuxta ecclesiarum facultates sunt ordinandi.*
2 *Priuilegium clericis datum, ecclesiæ dicitur concessum. & nu. 3.*
4 *Clerico quòd quæritur, ecclesiæ quæri dicitur. & nu. 5.*

1 Non plures. Licet hæc l. sit localis, tamen eius effectus, & ratio est generalis. † No. duo. primo, q̃ clericorum pluralitas ordinanda est. secundo, q̃ ecclesiārum patiuntur facultates, concor. sunt in glo. 3. q̃ etiam tu no. ne plures teneas familiares, quam tuæ exigant facultates: & ne maiores facias sumptus, quam tui patiuntur reditus: alias vel ad inopiam irremediabilem deduceris, vel cogeris illicita lucra cōmittere, quæ nedum animam, sed famam, & interdum corpus

2 faciunt extinguere. † Secundo no. q̃ priuilegium datum clericis, contemplatione ecclesię intelligitur concessum ecclesiæ. In tex.

a ibi, præter numerum, arg. q̃ Doct. supernumerarij [a] in collegio non gaudeant priuilegijs Imperatorum. Item facit tex. cum glo. ad quæstionem. Statuto olim vniuersitatis cauebatur, vt nullus alius q̃ clericus ad lectu. sexti, & cle. possit libros illos legere. & statuto ciuitatis cauetur, vt Doct. legentes a muneribus personalibus, & collectis sunt immunes. Contingit q̃ cum electo alter Doctor legit sextum, q̃ immunitatē petit virtute statuti, an possit, & vr̄, q̃ non, quia attento statuto vniuersitatis supernumerarius vr̄, & sic priuilegium non dēt habere, vt in tex. isto. Hic sunt multæ glo. sed literales, ideo cæteris omissis solum vltimam re-

3 citabo, quæ dicit. † No. q̃ priuilegium concessum clerico, præsumitur causa ecclesiæ concessum. Et hoc deducit Iac. But. in arg.

b quod si alicui [b] concessum est priuilegiū, vt ipse possit eē de consilio, & ēt filij, postea ei adimatur priuilegium, vt videatur ēt filijs adempt̄ū, quibus propter patrē fuit concessum, vt magis attēdamus personā patris, q̃ personā filij, arg. ff. de vsu & hab. l. si habitatio. §. j. Sed ꝯrium puto verius. primo, q̃a ex concessione illa, in qua expressum de filijs est facta mētio, filij veniunt iure, ꝑprio ad similitudinem eius, q̃ est stipulatus operas sibi, & filijs, vt ff. de oper. l. l. si q̃s operas. & l. vt iureiur. §. si liberti. & not. in l. si nō sortem, §. libertus, ff. de condict. indeb. & eius q̃ accepit in emphyteusim pro se, & liberis, vt per Cy. no. ī. de ope. lib. l. si liberti. & ꝑ Bar. ff. de verb. oblig. l. quod dicitur patrem. Item, q̃a regula est, vt delictū patris non obsit filio, maxime in dignitatibus & honoribus, q̃a non ab eo immediate proueniūt, sed ab alio, licet ꝑpter eum, vt l. emancipatum, ff. de sena. & l. 2. ī. de lib. & eorū lib. Tertio, quia ex quo non fuerunt expressim remoti, videntur dimissi,

4 arg. l. cum prætor, ff. de iu. & melius ī. de cad. toll. l. j. §. finaūtē ad

4 deficientis. † Item inducit glo. vt acquisitiones factæ per cleri-

c cum [c] intelligantur factæ contemplatione ecclesiæ, & sic ecclesiæ quæranturr, vt in Auth. de eccl. tit. §. interdicimus. collat. 9. & ī. tit. j. authē. sententiā. vbi plenius tangit q̃ hic, sed non pfecte. Ideo dic. Aut quæritur de quæsitis ex vltima voluntate, aut ex contractu. Si ex voluntate, tunc facio duo membra principalia, quæ facit tex. in c. requisisti. extra, de testa. aut quærimus in prælato ecclesiæ, aut in clerico eiusdem ecclesię. Primo casu, aut constat de mente relinquentis, vel testantis, & illam seruat, vt l. cum quæstio. in fi. & l. cum virum, ī. de fideicom. & l. in conditionibus, ff. de cōditio. & demonstratio. Et mentem satis puto cōprehendi ex causa, uel ratione legādi, quæ cohæret personæ, uel dignitati, arg. ī. de leg. I. non dubium. cum ibi no. Aut aliter de mente non constat, & tunc aut prælato est relictum sub nomine proprio, aut sub appellatiuo tantum, aut mixtim utroque. Primo casu glo. in d. c. requisisti. dicit, quod contemplatione ecclesiæ personæ tantum dr̄ relinquere, ideo non deberetur successori in officio, & est ratio, q̃a nomina propria ad recognitionem tantum personæ, sunt imposita, ut ī. de ingenuis, & manu. ad recognoscendos. Secundo casu, s. quando sub nomine appellatiuo, licet quidam dicant, q̃ contemplatione ecclesiæ, ut l. annua. §. Titia. ff. de annu. leg. tamē tex. in d. c. requisisti. distinguit notabiliter: Aut fuit relictū ab extraneo, & tunc contemplatione ecclesiæ intelligitur relictum. Quod ibi pulcherrime limitat gl. uidelicet nisi diu, dilectionem, & amicitiam testator, cum illo prælato habuerit, arg. sumpto ex illo tex. Pro quo facit, quia talis amicitia habet uim fraternitatis, ut lucrum, ff. pro soc. & ita potest intelligi opi. Ioā. & Azo. posita in d. auth. licentiam. Aut relictum fuit a propinquo, & tunc contemplatione personæ dicitur relictum, vt ibi tex. & in d. authē. licentiā. vsq; autem ad quem gradum dicatur propinquus, ibi vide tex. cum gl. Tertio casu q̃ mixtim, tunc dico idē quod in præce-

3 denti, & multo magis si a propinquo, vel diutius amico. † Sed, vbi ab extraneo prorsus, tūc Iac. de Are. subdistinguit, vt attendat q̃d præcedat, arg. ff. de stip. seru. l. si seruus cōis, & eius quod no. glo. in l. cum ita, ff. de cōdit. & demōst. vt sic nomē dignitatis sequens adiectum intelligatur ad propriū præcedēs certificandū, & clarificandum, arg. l. quoties, §. si q̃s nomen, ff. de hęr. instit. & ecōtra ęquens proprium certificat antecędens appellatiuū, & ita forte loquitur d. §. Titia. licet gl. dicat vtrunque ibi fore appellatiuū, in ꝯrium non, vt sequens nomē dignitatis, vel officij magis attenditur, q̃ proprium præcedens. facit ff. de instit. l. fi. & de admi. tut. l. cū post. §. j. & de fideicom. li. l. Thays. & aliqualiter ī. de iure deliberan. l. cum aliquis. & maxime cum pōnamus isto casu extraneum non diutius amicum. Secundo casu principali, quando non prælato, vel administratori ecclesię, licet clerico, puta presbytero, vel canonico filio illius ecclesiæ. in qua alius præest relinquitur, & tunc siue proprio, siue appellatiuo nomine, videtur contemplatione personæ relinquere, vt d. c. requisisti, §. quod est notandū. Et pro hoc accedat authē. presbyteros. ī. tit. j. & tex. cum glo. in l. ciuibus. & l. cum senatus, ff. de reb. dub. & ī. de aduoc. diuer. iud. l. causa restituendum. Ideo & de eo testato, & ab intesta. succedunt, propinqui, quod no. in d. c. requisisti. & inter viuos donare potest, vt d. auth. presbyteros. De acquisitis autem ex contractu, tunc si ex re ecclesiæ, vel propter rem ecclesiæ, vt fructus fundi, vel pensio domus, causa vectura nauis, & sic de cæteris, & tunc hæc sunt ecclesiæ, vel quæruntur ecclesiæ, vt ī. eo. l. placet. & l. sacrosan. & l. iubemus. ī. & auth. si quas. & auth. perpetua. ī. tit. j l. 2. & hoc de iure ciuili. De iure canonico prælati habentur, vt vsufructuarij, & cum infirmantur in vsuarios trāsformantur. presbyteri vero, & clerici suos faciunt cum in horreis reconditi sunt, vt c. præsenti. & ibi glo. ordinaria, extra, de officio ordinarij. lib. 6. Si autem ex opera sua, puta ex scriptura prout multi faciunt, tunc si esset dedicatus illi ecclesiæ, licet seculari, ita quòd subiectus ei dici posset, nec ab ea recederet, secundum glo primam. ī. in authē. ingressi. licet errauerit in aliquo, tunc quæreret illi ecclesiæ, vt ibi vult glo. Facit quod de bonorum possessione dicitur, in l. liber homo. in princip. ff. de acquiren. rerum domin. Si autem non esset dedicatus illi ecclesiæ, vt regulariter presbyteri seculares, tunc ecclesiæ non tenetur operari vltra diuinum officium, & cōseruationem rerum, & iurium ipsius. Dico quod sibi quærit, vt sæpius allegata authent. presbyteros. & ideo illud donare poterit, & alia facere quæ ibi dicuntur. Accedat l. sacrosan. in eodem titu. & hoc etiam tenet Iacob. Butriga. in l. secunda. infra, titu. j. licet variauerit in authent. licentiam. infra, eodem titu. & ibi hoc latius examinabo. Si extra rem, & operam quærit, vt quia aliquid est ei donatum, & idem dico, vt dicta authent. presbyteros.

d Et nedum si presbytero, [d] sed etiam si prælato ecclesiæ sit datum in l. sacrosan. infra, titu. j. & not. glo. in d. cap. requisisti. versic. nec est contrarium. & in bonis istis morientibus eis sine hęrede ex testamento, vel ab intestato succedit ecclesia illa, cuius erant prælati, vel clerici excluso fisco, vel camera Romana, vt in dicta authent. licentiam, in fin. & in Authent. de eccle. titu. §. si quis autem episc. quod not.

ADDITIONES.

a †Doctores supernumerarij. Vide Feli. in c. consitutus. nu. 24. ad fi. c. uersi. item an de iure. extra, de rescript.

b ¶Quòd si alicui. An priuilegium concessum patri, & filijs, si postea pater fuerit priuatus, filij censeantur priuati, hic uide, adde an transeat ad uxores uiduas. Bar. in l. 2. infra, de Epis. & cler. & uide no. in l. magistros, inf. de profe. & med. li. 10. item adde an transeat ad nepotes, si filius efficiatur infamis no. in l. diuo Marco. inf. de quæstioni. Item adde q̃ priuilegium patris censetur esse filio attributum per Soc. consi. 252. inci. uisis instrumentis concessionū, uer. j. quod nepos. in 2. parte. char. 147. item an priuilegium personale concessum patri extendatur ad filios, & hæredes per præfatum. & Soc. in cōs. 59. inci. uisis priuilegijs uer. 2. hæc conclusio, cum uer. seq. in j. parte. char. 102. item an concessum filio comprehendat nepotem, in d. consi. uersi. præterea. licet circa col. 3. Item adde quòd licet aliquando priuilegium transeat de persona in personam, tamen quādo est causa immediata priuilegij, semper extinguitur una cum persona, ut per præfatum Soci. consil. 116. incip. non potest negari. circa medium. 7. col. in prima parte, char. 185.

c ¶Acquisitiones factæ per clericum. An quæsita per clericum censeantur facta contemplatione ecclesiæ, & an possit de eis testari, uide Ioan. And. in c. nemo. de his, in nouella. de reg. iur. in 6. & tex. in c. j. de testa. & in c. relatum. el 2. Inno. in c. cum in officijs. extra, de testa. Ioan. And. in c. præsenti, & ibi gl. in uerb. reseruatis. extra, de offic. in ordi.

d †Et nedum si presbytero. Adde tex. in l. annua. §. a Titia. & quod ibi posui, in addi. ad tex. in apostil. in eo. uer. ff. de an. lega. Bart. in l. 2. ff. de reb. dub. Ital. in auth. similiter, in f. ad leg. Falc. & Panor. in c. requisiti. nu. 3. & quod ibi not. in apost. ad ipsum. in uer. non intuitu ecclesiæ, fel personæ. extra, de testa.

LEX V.

1 *Vsurpare, verbum, in mala proprie, in bona improprie sumitur parte.*
2 *Prædia ecclesiarum, munera, & superindictum, tribuere tenentur. & nu. 3.*
4 *Ecclesia propter hoc non transfertur, si tributa non tribuantur.*
5 *Clerici an, & ad quæ imposita suis prædijs teneantur.*
6 *Exceptio excommunicationis in iudicio seculari, quando possit opponi.*

a Placet. [a] Primo ponit exordium, in quo pollicetur. Secundo declarat pollicitum. Tertio punit contra facientem. Secunda ibi, priuilegia. Tertia ibi, si quis. Secunda subdiuiditur in plures, vt in prima gloss. nota. Casus. A sordidis muneribus, & superindictis, & etiam ab extraordinarijs ecclesiæ sunt immunes, pœna excommunicationis, & perpetui exilij,

ADDITIO.

a ¶Placet. Adde quòd l. ista est canonizata in decre. 16. q. j. in §. placet. & ibi per Archid. & de hoc per Bal. in c. constitutus. extra, de rescript.

1 exilij, contra facientibus imminente. h.d. †No. quod, vsurpare, de
sui proprio significato in malã partẽ sumitur, quandoq; tamen
in bonã partẽ. sed tunc improprie, vt j. de sta. lib. vrbis Romanæ.
2 l. i. lib. 11. & j. de fide instru. l. Iolemus. †Item no. quod prædia ec-
clesiastica a sordidis muneribus absoluuntur. Contra quod opp.
glo. de l. fi. j. de exac. tributu. lib. 10. fol. tribus modis, vt in gl. vltima
vera, prout l. illa contradicit, in fi. in hac parte. Sed contradicit, &
in alio §. quo ad translationem fiendam in fiscum, & tunc sol. vt
3 j. dicam. † Item not. q̃ ecclesia non tenetur ad superindictum, &
videtur tex. iste dicere, q̃ priuilegium sit ecclesiæ. Contra quod
oppo. glo. quia nullus alius tenetur soluere, vt j. de superindi. l. i.
lib. 10. Sol. vt in glo. quam declara, q̃ a nullo exigitur sine Princi-
pis mandato, vt in contrario. Et intellige mandato generali quã-
tum ad personas, puta exigas a quocunque, sed hoc mandatum
generale ad ecclesiam, velut priuilegiatam non extenditur, vt
hic, & si mandatum esset speciale cõtra ecclesias iure nostro va-
leret, sed canonico secus. Et tunc quæro, an hoc superindictum
sit ordinarium, vel extraordinarium. Et gl. hic in fi. sui dicit, q̃ est
ordinarium per d. l. j. de superindi. In contrarium facit ea, glo. in
princ. quæ dicit, q̃ erat quoddam superimpositum, tempore fer-
tilitatis, & sic non videtur regulare, vt ordinarium. & pro hoc fa-
cit allusio ipsius vocabuli. Item quia si esset ordinarium non ex-
cusaretur ecclesia, vt hic sequitur, ibi, præter canonicam illatio-
nem; Quapropter Iac. But. dixit, q̃ duplex est superindictum, vnũ
quod præstatur per lustra, & indictiones, & ab illo velut ordina-
rio, non excusatur ecclesia. Aliud est extraordinarium, quia præ-
uideri non potest, & ideo superindictum nuncupatur, & ab hoc
ecclesia excusatur. Ego aliter dico, videlicet, q̃ superindictũ per
lustra, & indictiones præstabat tẽpore huius l. & extraordinariũ
a appellabatur, & ideo ecclesia,[a] & cæteri immunitatem habentes
ab extraordinariis, ab illo erant immunes: hodie post hanc l. tale
superindictum factum est ordinarium, & in numero ordinario-
rum positum, & ideo excusati ab extraordinariis, ab illo non in-
telliguntur hodie excusati, vt est casus in l. j. §. de indicto. lib. 10.
Et ideo hæc lex videtur hodie correcta in hac parte, nisi intra il-
lud superindictum, aliquid vltra ordinatam trãslationem causa-
liter adderetur, quia tunc ab illo vltra posita ecclesia esset immu-
nis, vt hic, & ita põt verificari hæc glo. in princ. & id quod §. dixi
4 per Iac. But. † Item not. q̃ ecclesia non patitur translationem, ob
cessationem tributorũ. Contra quod oppo. glo. de l. de his. j. tit. j.
fol. duobus modis, prima vera. Sed extra, ad idem opp. de l. fi. j. de
exactione tributorum. lib. 10. Sol. vt in contrario, & primo q̃ hic
de prædijs, ex quorũ fructibus fit eucharistia, sed truffa est, quia
oia sunt ad hæc deputata, & de meliori frumento, & vino, debet
postea eucharistia confici. Secundo q̃ translationẽ non patiũtur,
vt hic, sed assignationem loco pignoris sic, vt ibi. Est etiam maio-
ris præiudicij translatio, quia de vno in alium transfusio, vt ff. de
noua. l. i. in prin. Sed assignatio, de proprio significato, non signi-
ficat dominij translationẽ, vt ff. de leg. 2. l. cum pater, §. pater plu-
ribus. & no. per Iac. de Are. ff. de verb. sig. l. assignare. Hęc tamen
sol. non placet, quia si causa assignationis sit habilis ad translatio-
nẽ dominij, patere põt, ex subiecta materia, vt ff. locati. l. si vno. &
ex precedentibus, vel sequentibus, vt l. si seruus plurium. in fi. de
lega. i. tunc talis assignatio, licet improprie notat translationẽ do-
minij, vt ff. de rei vend. l. itẽ si verberatũ, & de euict. l. Lucius. & de
assigna. lib. 1. i. §. assignare, cũ d. l. fi. dicat publice vendicentẽ, quod
translationẽ dominij notat, vt j. de bo. vac. l. j. & de delatoribus
l. oẽs, & de exactione tributo. l. 2. lib. 10. sequitur q̃ versic. assignare.
postea sequẽs intelligitur quo ad dominij translationẽ, vt d. l. j.
§. assignare. Tertio igitur soluit glo. ibi, domo diuina, i. Imperatoris, sic j. eo. l. ad instructionẽ, sed q̃ ibi põt stare proprie pro ecclesia, ideo sequẽdo Dy. & Iac. But. dic quod hic de prędijs, q̃ fuerũt ecclesiæ tẽpore huius l. ibi de prędijs tributarijs, postea in ecclesiã per priuatũ trãslatis, quæ transeunt cũ onere suo, tanquam affecta, alias ff. de lega. 2. l. peto. §. fratre. Opp. successiue ꝯ tex. iste vẽ innuere, q̃ quod sarcina repentina aduentus Principis sit canonica, vt probare vẽ relatiũ, quã, hic positũ: sed hoc est falsum, vt
p̃bat verbũ, repẽtina, hic positũ, & l. neminem, j. eo. fol. vt in glo.
sup ver. aduẽtitiæ. q̃ legit tex. per subauditũ. Oppo. q̃ nec ad ordi-
b nariã teneat[b] j. tit. j. fol. vt ibi, & sic remittit gl. Opp. auth. itẽ nul-
la, j. tit. i. Sol. quod illa corrigit istã, ut glo. Melius dic, q̃ ibi loqtur
de extraordinario, ut p̃bat illud uerbũ, imponãt. ibi positũ quod
respicit futurũ cõitatis, & alias concernit personas non Principẽ,
nec quę imposita sunt a lege cõi concernit l. illa. unde tributa te-
nẽtur sicut olim, & q̃ istorũ pleniori doctrina dic, quod ecclesia,
uel clerici nõ tenent ad sordida. Itẽ nec ad extraordinaria, nisi in
repẽtino Principis aduẽtu, ut hic, & j. eo. l. iubemus, & l. neminẽ.
Et nisi extraordinariũ eẽt impositũ p̃dio priua. ut terraticũ quod
ante solutionẽ eẽt translatũ in ecclesiã, qa transiret cũ onere, ut
C. sine cẽsu, uel reliq. l. oẽs. nec auth. itẽ nulla, j. tit. j. ad hũc casum
se extẽdit, ut p̃bat uerbũ, imponant, ibi positũ. & ibi per Iac. But.
5 † Similiter uẽ quod clerici non tenentẽ ad extraordinaria p̃dijs sui
p̃prij patrimonij imposita, qa in eis censentẽ, ut priuati, & ad sui li-
bitũ ea alienare possunt. facit j. tit. j. l. de eis. sed in ꝯrium est uerita
tis, ut ibi d. c. am. In ordinarijs autẽ dic, aut sunt personalia, & illa
agnoscunt, ne diuinum turbetur officium. Item quia illa in clerici
sunt sordida. Aut sunt mere realia, vt sunt tributa cõmunia, &
illa agnoscunt, & ad ea tenentẽ, vt hic: aut sunt mixta, & illa agno-
scunt quatenus rem concernunt, secundum Iac. But. licet Cy. cõ-
trarium, & male ex quo munus est ordinarium, arg. j. eod. l. iubemus nullam. & l. neminem. vbi ad mixta tenetur, & quia munus reale separari põt a personali, ideo personale nõ habet impedire reale, alias secus, arg. l. certi condictio. §. quoniam. & quod ibi no. ff. si cert. pera. Aut proprie non sunt realia, quia non ex re proueniunt, quod datur, nec p̃prie personalia, quia corpus nõ afficiũt, & per consequens nec p̃prie mixtum, sed est munus impositũ p̃sonæ p̃p res, vt quod glibet soluat tantum pro libra æstimationis bonorum. Et hæc quãdoq; sapiũt naturã ordinariorũ, puta si singulis mẽsibus solueretur certũ quid, sine temporis præfinitione. Quandoq; sunt mere extraordinaria, puta si ex casu repẽtino imponatur collecta, vt no. s̃. in gl. super verbo, ad hinc l. & in rescrip. §. fi. ff. de mune. & hon. quas glo. tene cordi. & ab his quouis modo, ecclesiæ sunt immunes, vt hic. & authẽ itẽ nulla. j. tit. j. ex qua videtur q̃ hodie ad datia, & gabellas, ecclesia non tenetur, nisi quatenus imposita essent pro refectione viarũ vel murorum, vt j. eo. l. ad instructionem, vel pro defensione bonorũ ipsarũ, Et hoc forte voluit hic dicere glossa dum dicit, quod hic per illã authen. corrigebaẽ, & vide remedia quę ponit Bart. in d. l. & in rescripto. §. fi. & adde quod dixi in authẽ. itẽ nulla. tit. j. Vltimo oppo. quod conueniens est q̃ puniaẽ leuiori pœna, q̃ deportationis, j. tit. j. l. si ecclesiæ. gl. remittit ad ibi no. sed dic melius, secundum Iac. But. quod vbi cõtra violatores priuilegiorũ ecclesiæ, nõ est imposita certa pœna, tunc habet locũ pœna generalis imposita per d. l. si ecclesiæ. vbi autẽ est imposita pœna specialis, illa specialis habet locum, & non generalis, arg. ff. de verb. obligat. l. doli clausula. & de pẽn. l. sanctio legum. & c. graui, extra, de regul. lib. 6. specialis autem diuersimode reperitur posita, quia si propter indebitam exactionem hẽt locum pęna huius l. si propter illicitam emptionẽ, hẽt locũ pęna l. iubemus, §. sane, cũ authẽ. seq. j. eo. si propter falsam interpretationẽ, habet locũ l. 2. j. de legi. & sic de cæteris. Quæro, qa tex. dicit perpetuę deportationis, an simplex rescriptũ in ꝯrium emanatum liberet a pęna. dic, vt dicam j. eo. l. iubemus,
6 §. his tabellionibus. † Itẽ quero, an exceptio excõicationis, posit
c opponi in iudicio seculari, & dicunt Doct. q̃ sic, nã & ius ciuile
excõicationẽ canonicam hic approbat, & sic oẽm eius effectum
probare videtur, arg. l. 2. ff. de iurisdic. omn. iud. & l. illud, ff. de acq.
her. & pro hoc casus extra, de sentẽ. excõ. c. decernimus. lib. 6. vbi
patet q̃ excõicatus nõ p̃põt ferre testimonium in iudicio seculari.

ADDITIONES.

a ¶Et ideo ecclesiam. An ecclesia teneatur ad collectas. Adde Barb. in l. rescripto. §. sciendum, ff. de mune. & ho. & in gl. fi. in c. fi. extra, de uita & honesta. cler. Spec. in c. de cler. coniug. l. fi. in uer. huiusmodi autem. & uer. seq. Item adde Ias. May. hic, qui plene.

b †Nec ad ordinariam teneatur. Vide Bal. plenissime disputantem in l. fina. & in auth. sed periculum, in f. sine censu uel reli. & in l. neminem, in f. eo. Bar. in l. 3. infra, de pig. & in tit. de pa. Constan. in glo. in uer. munitione. & consil. suo incip. si aliqua, &c.

c ¶Item quæro, an exceptio excommunicationis in foro seculari possit opponi. Adde glo. in uerb. ecclesiasticis. in c. pia, de excep. in 6. Spec. in tit. de exce. in §. 2. uer. porro. ibi, & no. quòd iudex.
†Adde no. in c. decernimus, de senten. excom. lib. 6. & dic, q̃ si incidat coram iudice seculari, quòd debet remitti ad forum ecclesiasticum, etiam si a principio non fuit opposita, ut notaui in apostil. ad Guil. de Cu. hic. nume. 10. in uersic. uidetur quod sic post Gemin. in c. fi quis. lo 2. nu. 10. in uersic. ecclesiasticum. de excep. lib. 6. & post Panorm. in c. pastoralis. nu. 12. uer. an exceptio excommunicationis, extra, de except.

LEX VI.

Omni. Casus. Innouata contra canones hic inualidantur, & eius est interpretari cuius est condere, vel conditæ rei auctoritatem impartiri. hoc dicit. Ibi, Antistitis, qui prædictos canones fecerat vna cum Imperatore, vel de eius licentia, secundum Iacob. Butrig. Oppo. quòd Ecclesia Constantinopolitana non habeat priuilegia Ecclesiæ Romanæ: quia tunc esset par, & æqualis, sed hoc falsum: quia subest Ecclesiæ Romanæ, vt supra titu. 1. epistola victor. Solut. vt in glo. quod hic dicit de ciuitate, in contrario de ecclesia. & propter hoc alleg. in Authen. de eccle. tit. in princ. & quod no. in Authen. vt Ecclesia Romana. in rubr. vbi dicitur, quòd Ecclesia Constantinopolitana est secunda sedes post Romanam. Et adde ibi in gl. dum dicit, & facit, scilicet, q̃ eius sit interpretari, cuius est condere. Iac. But.

LEX VII.

1 *Ecclesiæ, an ad viarum & pontium refectionem teneantur.*
2 *Ecclesia, & domus diuina, qualiter differant.*
3 *Ecclesia, an ad construendos ciuitatis muros tribuere teneatur.*

Ad instructiones. Casus. Ad refectionẽ itinerũ, & põtiũ, domus diuinę & ecclesiæ non sunt immunes. h. d. †Quærit glo. an pro quolibet itinere teneantur. dicit & bene, q̃ nõ, qa solũ pro publico, & sic regali, vel prętorio: nõ prouinciali, vel priuato, arg. ff. de loco & itinere pub. & ne qd in lo, pu. l. 2. §. fi. Quærit gl. an pro pontibus de nouo faciẽdis teneaẽ, & dicit q̃ sic. & bene, qa tex. est in Auth. de eccl. tit. §. ad hęc. col. 8. & est rõ, qa tam in nouo faciẽdo, q̃ in facto reficiendo, reficiendo. est hic eadẽ ratio: aliàs esset fauorabilior refectio, q̃ de
2 nouo factio, vt ff. de itine. actuq; priu. l. 3. §. pe. † Quæro, qa copu-
la dẽt stare inter diuersa, quę differentia sit inter domũ diuinã. &
ecclesiã. Solu. vt in 3. glo. q̃ hic diuina sumitur pro imperiali. Ex
quo collige, q̃ Imperator debet, vt Deus terrestris venerari, &
a Deus in terris appellari.[a] concordat j. eodem l. iubemus nullam.
3 †Quero, an ad constructionem murorum ciuitatis teneantur. di-
xit gl. q̃ nõ, vt j. de exac. trib. l. fi. sed illa potius facit in oppositum.
Sed pro gl. magis facit j. de excu. mu. l. maximarum. lib. 10. vbi dĩ
q̃ constructio domus est munus sordidum, ad quod ecclesia nõ
tenetur s̃. eo. l. placet. & hanc tenet. Primo, quia ecclesia stare nõ
p̃ōt sine vijs, & pontibus: sed sine muris sic. Sed sequẽdo Iac. But.
dic, aut muri sunt ad ornatũ, & non teneantur: aut ad necessitatẽ
p̃ tuitione ciuitatis, & teneantur j. de ope. pu. l. omnes. & l. ad por-
tus. & quia tunc eadem est ratio, q̃ in vijs & pontibus. Nec obst.
d. l. maximarum, quia de alio ædificato, vt de domo pu. in qua re-
ponebantur arma publica ciuitatis, vt ibi per glo. notatur.

ADDITIO.

a ¶Appellari. Et adde quòd qui ei non obedit, morte moriatur c. 2. extra, de maiorit. & obedien.

LEX VIII.

Sacrosanctæ. Ecclesia sub p̃textu priuilegij sibi cõcessi, non debet priuatos a muneribus defensare. h. d. Not. q̃ sub prętextu liciti non dẽt cõmitti illicitũ, concor. j. eo. l. seq. & j. qui legitimam personam l. momentaneæ.

LEX IX.

1 *Priuilegio abutens eodem priuari debet.*
2 *Doctores nonnulli, falsi prophetæ dicuntur.*
3 *Licentia superioris requiritur, si de vna ad aliam religionem transeatur.*
4 *Clericus non deseruiens, priuilegio clericorum, quando gaudeat.*
5 *Scholaris mercator, scholarium priuilegio, an potiatur.*

Qui sub prætextu. Primo ponit exordium. Secundo declarat illud applicando ad speciẽ. Tertio inferendo prouidet ecclesiæ. Quarto circa prouisionem dubium remouet. Secũda ibi, nec argentariorũ. Tertia ibi ideoque. Quarta ibi, subrogatiue. Casus. Implens diuinum officium solo nomine, non dẽt gaudere priuilegio clericis concesso: imò alius debet subrogari loco eius, de voluntate tamẽ
1 priuati illius, h. d. † Not. q̃ priuilegium meretur amittere, qui con-
a cessa abutitur[a] dignitate. concor. ff. de pecu. l. liber. & ideo scho-
laris, qui non facit ea quæ scholaris tenetur, non dẽt gaudere pri-
uilegio scholaribus cõcesso. Idem de eo, qui est in matricula ali-
b cuius artis, nec artẽ exercet.[b] facit j. de milit. test. l. scriniarij. Item
no. q̃ sub prætextu liciti, non dẽt ad illicitum transiri. concordat
ff. de offic. præsid. l. illicitas. §. veritas. cum fi. in gl. alleg. Item q̃ ex-
cluditur a professione, qui munus refugit occasione religionis, vt
in glo. Item no. tex. nec argentariorum contra falsos Prophetas,
de quibus in Euangelio inquit, qui veniunt in vestimentis ouiũ,
& intus sunt lupi rapaces. volunt apparere, & reputari, sed non sic
2 esse. †Hoc faciunt Doct. plurimi qui scholares attrahunt conui-
ijs, enxenijs, & sermonibus blandis, vt ex scholarium pluralitate
reputentur magis. q̃ ex scientiæ profunditate. Sed ab his caue-
te, quia licet vos a principio recipiant blande, tamen eritis morsũ
velut a colubro, in fi. vt inquit Boetius in suo libello, de scholasti-
3 ca disciplina. †Vltimo no. q̃ de vna regula seu religione non trã-
c situr ad aliam[c] sine licentia superioris sui, circa quod glo. antepe.
distinguit. Aut vult transire ad strictiorem, aut ad latiorem. dic vt
in ead. & plenius, extra, de relic. c. licet. Scias tamen q̃ bona iam
quæsita monasterio, a quo descendit, remanent penes eum, sed
post transitum quæsita debentur posteriori, vt in Authẽ. de mo.
§. si non relinquens lo 2. & de sanctis. episc. §. simonia. in 4. char.
4 †Quærunt Doct. an vere clericus, qui non seruit, gaudeat priuile-
gio clericorum, & dicunt ipsi, q̃ priuilegio quod ei immediate
tribuitur propter seruitium, vt fructus præbendæ, non debet gau-
dere, vt hic, sed priuilegio quod ei tribuitur in honorem clerica-
tus, vt priuilegium fori. bene gaudet. facit ad prædicta j. tit. j. l. ge-
neraliter. Et dicit Iac. But. q̃ clericus existens in studio, dẽ seruire
ecclesiæ studendo. Nam impinguari videtur, vt postea vberiorẽ
fructum reddat ecclesiæ, & sic dicitur esse in eius seruitio. ff. so-
lu. matrimo. l. diuortio. §. non solum. Sed melius facit de legat. 2.
l. quæsitum in prin. Non studens autem non dicitur ecclesię ser-
uire, ideo non debet præbenda gaudere, licet sit ei priuilegium
concessum, vt ad certum tẽpus moratus in studio fructus præbẽ-
5 dæ recipiat. Et hoc etiam sentit hic Cy. † Quærit Guil. de Cu. an
scholaris etiam mercantiam exercens, vt quendam vidi in stu-
dio Paduano, debeat gaudere scholarium priuilegio. Et respon-
det q̃ debemus attendere ad id, quod principaliter intendit, vt
ff. de statu homi. l. quæritur, de auro & argen. lega. l. & si non sint.
§. perueniamus. & no. in fi. ff. ex quib. caus. maio. l non videtur. Si
hoc non appareat inspicienda est potius causa quæ nocet, argu.
ff. de fun. instru. l. q̃situm, §. si eius, & ad Silla. l. si quis in graui, §. si.

ADDITIONES.

a ¶Qui concessa abutitur. No. quòd priuilegium per abusum perditur, ad quod adde 6. q. 3.

b ¶Nec artem exercet. Adde Bal. in auth. habita. nu. 17. & in apostil. in uersic. sequitur, in tex. scholaribus, infra, ne fil. pro pat. Iac. Rebuf. in l. j. nume. j. & in apostil. in uersic. non intrat scholas. uel etiam post Bart. infra, de colle. illi. lib. 10. & dixi in apostil. ad collec. in prooem. Decret. nu. 7. uersic. si uagatur in studio. & ibi Bal & Felin. col. 16. uersic. secundo limita. & Panormit. in c. quidam, nu. 1. & in uer. scholaris, extra, de priuileg.

c ¶Non transitur ad aliam. Vide in no. in c. sicut. extra, de iureiu. in gl. j. gl. in c. intelleximus, in uer. curam. extra, de ætate & qua it. & quid si unus transiuit de uno monasterio ad aliud, de quo exiuit iterum, & uult redire ad primum. uide Bal. quòd non possit in l. cum in adoptiuis, infra, de adopt.

LEX X.

1 *Rescripta publice vtilitati contraria non valent.*
2 *Delictum prælati, an noceat ecclesiæ. & nu. 3.*

Iubemus. Primo prouidet. Secundo rescriptum contrarium annullat. Tertio extendit. Quarto ponit. secunda ibi, nec si cœleste. tertia ibi, q̃ etiam. quarta ibi, quicquid. Nauis ecclesiæ, vel cuiusuis personæ etiam in dignitate positæ non excusatur ab onere ferendi res, neque personas pro vtilitate reipub. & nauis subtracta publicatur, & rescripta excusatio-
1 nem concedentia sunt nulla. hoc dicit. †No. rescripta vtilitati pu-
blice aduersa, non valere, concord. l. rescripta. j. de precib. Imper.
offer. Item negligentia prælati nocet ecclesię. Item q̃ Imperator
Deus est in terris. Corrige tex. ibi, duorum millium, subaudi ma-
xime: nam idem si minus, vt j. de na. non exc. l. j. lib. 11. & in l. fi.
in eo. tit. vbi lex ista ponitur ad contextum. ibi non valere. dic nisi
rescriptum haberet clausulam derogatoriam ad hanc l. per Doc.
2 j. si contra ius vel vtil. publi. l. fi. † Oppo. q̃ delictum prælati non
habeat nocere ecclesiæ, sicut nec tutoris pupillo, vt j. de iud. l. j. p-
perandum. §. pe. & j. vnde vi. l. meminerint. Sol. q̃ damnum pati-
tur ecclesia a principio & prima facie, sed nõ in effectu, qa dam-
num resarcietur ab administratore, vel prælato, vt in contrarijs.
Hæc sol. non conuenit l. dictæ meminerint. Item quia nec dam-
num vllum patitur a principio, vt j. eo. l. iubemus. §. œconomus,
secundum glo. & quod ibi contrahendo, & bene quantum ad §.
œconomus. sed quantum ad legẽ meminerint, Sol. aliter vsq; ad
fi. glo. s̃. q̃ hic omnes clerici delinquerant. ibi solus administrator.
3 Sed in casu nostro diuinat. †Ideo pro veritate latius habenda, cũ
a quæritur an factum prælati,[a] vel administratoris noceat ecclesię.
Quia aut in quærendis, aut in quæsitis. Primo casu, prę iudicat ne-
gligẽdo, vt in Auth. cũ de app. co. §. si quis de prædictis, & in Auth-
ẽ. de san. epis. §. si qs rapuerit. Aut per sactũ remittendo, & nõ p̃-
iudicat, de quo dic, vt j. de trãsact. l. ples. & de pac. l. pactũ curato-
ris. Secũdo casu dic. aut q̃ritur, an ei p̃iudicet negligẽdo. & dic, q̃
sic, vt j. eo. l. fi. cũ auth. ibi posita. aut sibi præiudicet cõtrahendo.
& dic, q̃ nõ, si solenniter contrahat, vt j. eo. l. iubemus. & authẽ.
hoc ius porrectũ. cũ seq. Aut an præiudicet delinquendo, & tunc
aut delinquit ecclesia ipsa, i. capitulũ solenniter conuocatũ, quod
totam ecclesiã repręsentat, & ei p̃iudicet, vt hic glo. in fi. no. & est
ratio, quia delictũ proprium nocet, vt j. si aduer. delic. l. j. Aut de-
linquit administrator solus, & tunc aut pœna imposita, & impo-
nenda p̃ōt imponi administratori: puta si pœna sit pecuniaria, &
tũc ipse solũ punitur, qa ex alterius culpa nõ dẽt quis damnũ pa-
ti, vt j. vnde vi. l. meminerint. aut pęna illa primitus in administra-
torẽ nõ cadit, vt in casu nostro, qa nauis publicanda, nõ est sua, &
tunc nocet ecclesiæ, vt hic. licet damnum sibi illatum repete-
bat ab administratore, vt ff. de eo, per quẽ fac. est. l. fi. & hic. in glo.

ADDITIO.

2 ¶An factũ prælati. An prælatus noceat ecclesiæ, & an pater nõceat filio ex suo delicto Bar. in l. 3. ff. de interdi. & rele. & in l. si quis patris. ff. ad l. Cor. de fal. ¶ Adde Card. in clem j. in 5. opp. de restit. in integ. Panorm. in c. si diligenti, nu. 24. & in apostil. in uersic. nocet ecclesiæ. extra, de foro competen. & in c. cum uenisset. nu. 17. ubi etiam in apostil. in uersic. uita sua. extra, de instit. & de hoc per Alex. consi. 23. uolu. j. & post collec. in c. plerunque, nu. 4. in uer. nocet ecclesiæ. extra, de rescript.

LEX XI.

1 *Gualdana Imperatoris, quod accipit, quando iuste alienet.*
2 *Ciuitas absque scitu Principis, quando possit collectas imponere.*

Neminem. Casus. In aduentu principis ecclesia, & eius prædia non sunt immunita. hoc dicit. Expone tex. vt in glo. Oppon. quòd imò excusentur, vt infra tit. j. l. 2. solu. vt dixi supra eod. l. placet. Oppon. de l. fi. ff. de mune. & hon. fol. glo. quod fallit in militibus, & veteranis, vt ibi: credo tamen. quod id quod ibi dicitur, locum non habeat in repentino
1 aduentu Principis, vt hic. † Quærit glo. an quod accipit gualdana
Imperatoris iuste alienetur ab ea. & arguitur primo, q̃ sic, postea
determinatur oppositum, quia suum non est. Sed præmunire se
debent: & si quid deest, debent a Cõmunitatibus terratum exi-
gere. ita dicit gl. quam vt tollas aliqua dubia supple, q̃ a commu-
nitatibus terratum debẽt exigere, antequàm perueniatur ad gra-
uamen singulorũ. vt ff. q̃ cuiusq; vni. l. j. §. q̃ si nemo. Sed vbi ni-
hil esset in communi, debet collecta imponi, vel si tempus nõ pa-
titur, dẽat ab habẽtibus recipi, & postea collecta imponi, vt eis sa-
2 tisfiat a q̃bus receptũ est, arg. j. de ope. publi. l. oẽs. lo 2. † Et q̃ ciui-
tas, absq; scientia Principis, p̃ vtilitate ciuitatis, possit collectam
imponere, no. gl. menti tenẽda. in d. §. quod si nemo. & Iac. de Ra.
ff. de reg. iur. l. 4. §. actor municipiũ. & Dy. ff. de ali. leg. l. 3. in prine.
Sed p̃ vtilitate Reip. Ro. vel ẽt hodie Impij, nõ pōt sine Principis

licentia,

licentia, vt l.j.§.de superindicto.lib.10. Nec ob. ff.de mun.& hon.
2 I munerum, §.præterea. vbi videtur casus quod ciuitas [a] aliquod munus reale non possit imponere sine Principis authoritate, qa ibi non prohibet, vt ciuibus imponat, sed nec forensibus. nam ratione rerum, licet ibi possessarum, non tenentur forenses subire onera, quæ imponuntur propter res, quia nec commoda, & honores ciuitatis percipiunt. ergo nec in collectis grauari, arg. l. eum qui in prin. ff. de iureiu. onera autem mere realia tributorum, vel onera, conseruationem rei, & fructuum concernentia, in terraticum pro itineribus, & pontibus reficiendis, subeunt prædia etiã forensium, vt §. eod. l. administrationes. & ff. de cen. l. forma. §. si quis aurum. licet Rog. aliter text. illum intellexit, vt ibi not. sed male, vt ibi per Doct. Quod autem dixit ciuitatem posse collectam imponere, absque Principis scientia, intelligo quãdo Princeps habet sua regalia separata a repu. singulari illius ciuitatis, alias si talis sit Princeps qui sibi vsurpet, vt propria omnia ciuitatis cõmoda, vt hodie in multis partibus Italiæ, tũc nõ puto posse ablq; illius sciẽtia. & hoc tene cordi, quia sunt quotidiana. Salyc.

A D D I T I O.

a ¶Quod ciuitas. Adde Salyc. sup. in l. cunctos populos. in 6. col. de summa Trin. ¶Et dixi de hoc plenissime, & remissive in lib. consuet. Belg. in tit. de iust. & illius effectus. ledroit. de indire. in gl. in eo. uersic. ubi tract. an, & per quos, quibus, & quando collecta possit imponi.

L E X XII.

1 *Lex ciuilis canonicæ legi subiecta est.*
2 *Caposoldum de pecunia monasterijs debita non detrahitur, nec de salarijs Doctorum minuitur.*

Priuilegia. Primò confirmat priuilegia ecclesijs concessa. Secundo annullat rescripta eis cõtraria. Tertio præcipit eleemosynas de publico fieri. secũda ibi, omnes. tertia ibi. & quia. Casus, priuilegia retro ecclesijs cõcessa cõfirmantur omni contraria cõsuetudine, vel lege cessante, & eleemosynæ retro factæ roborantur, & in futurum fieri mandantur.
1 h.d. † No. ꝓ lex canonica derogat ciuili, & sic lex subest canoni, vt in glo. Circa, ꝓ dicunt Doct. aut quæritur in spiritualibus, & lex succumbit canoni. vt hic, extra, de constit. c. ecclesia Sãctæ Mariæ. aut in temporalibus, & idem si obseruantia l. fouet peccatum, vt ꝓ possessor malæ fidei præscribat, vt extra, de reg. iur. c. 2. lib. 6. Si vero peccatum non fouet, adhuc idem in terris subiectis ecclesiæ. in terris vero non subiectis ecclesiæ, sed imperio. adhuc idem si litigetur in foro Episcopali, secus si in foro seculari, quia tunc inter laicos præfertur l. canon. vt extra, qui fil. sint legit. c. per venerabilem, & not. per glo. extra, de reg. iur. c. 2. lib. 6. sed inter clericum, & laicum canon debet præferri, vt extra, de foro cõpet. c. ꝓ clericis. cum ibi not. circa quod vide ꝓ plenius dicam
2 in authẽ. quæ sequitur. † Item no. ibi, immunitatem præstari. quia hic habes, ꝓ thesaurarii non possunt detrahere caposoldum de pecunia, quę singulis annis debetur ex forma statutorum monasterijs ciuitatis. Sic etiam non debet detrahere de salarijs Doctorum. vt j. de aduo. diuer. iud. l. post duos. in fi. & j. de profes. & medi. l. medicos. & l. fi. lib. 10. Opp. quantum ad salaria, de quibus hic dicit. l. ista seruiat de vento. quia nullam certam quantitatem p̃fert, ff. de iu. do. l. cum post genere. & de verb. obliga. lita stipulatus, in princ. Sol. dupliciter, vt in glo. primo ꝓ hoc sit speciale, sicut in annuo legato, & legato ad refectionem vię. Secundo confitendo contrarium, & hoc dixerunt quidam, vt in glo. Tu dic aut solita præstatio salariorum semper fuerat vniformis, & tunc hæc l. disponit de certo habita relatione ad illa quæ de præterito fuerant præstita, vt j. de aduoc. diuer. iu. l. quicquid. & de sent. quę sine cer. quanti. l. 2. & ff. de regul. iur. l. in summa. aut fuerat disformis, quia quandoque maior, quandoque minor, prout tempora processerant, & tunc debentur secundum quod procuratori fisci, & cæteris videbitur conuenire, argumen l. quidam scripsit, de leg. 2. & de annu. leg. l. si cui. Et si quæratur qua actione petantur, dico, quòd condictione ex hac largum. ff. de condict. ex lege, l. j. non exprimentibus anterioribus, argumẽ. l. si certis annis, infra, de pact. & de act. & obligat. l. obligationum fere, l. placet. & hoc nisi successores in Imperio contradicant, quibus non potuit promulgator huius l. imperare, arg. j. de legi. l. digna vox. cum simil.

A V T H E N T I C A.

1 *Consuetudo quæ tollat legem sibi in futurum derogantem.*
2 *Libertas quæ omnibus ecclesijs competat.*
3 *Pœna auth. cassa & irrita. quando locum habeat.*
4 *Priuilegium libertatis, an possit statuto contrario, ab eo qui illud concesserat, reuocari.*
5 *Statutum declinans forum Potestatis priuans protectione communis, an valeat.*
6 *Statutum disponens occidentem eum qui iurisdictioni communis non subest, in centum libris, quando sit contra libertatem ecclesiæ.*
7 *Testamenta in archiuo publico non reperta, quando valeant.*
8 *Statutũ, quod clericus litigans in seculari foro id obtineat, quod laicus contra clericum in foro ecclesiastico, qualiter intelligatur.*
9 *Statuta clericos ligantia quæ sint. & nu. 10. 11. & 12.*
13 *Clericus, an possit testari absque præsentia parochiani.*
14 *Filia tempore mortis patris monacha cum masculo concurrens, an succedat*
stante statuto. & c.
15 *Alienatio facta a laico in clerico, vt valeat quæ requirantur.*
16 *Statutum quamoncta solui debeat precium rerum disponens, an liget clericos.*

a **Cassa & irrita.** [a] Materiam habet quotidianam, & nõ modicum latam, & dubiam, nec eatenus lucidatam, Deo tamen duce, eam sic in præsenti attingam, ꝓ cæteris dabo ingressum perueniendi ad portam veritatis. Et in ea author seruat hunc ordinem: quia primo, annullat statuta iam facta. Secundo fienda. Tertio punit. secunda ibi, & de cætero. tertia ibi, & si contra hæc. Tertia subdiuiditur in duas, quia primo, pœnam imponit, secundo illam propter contemptũ, & perseuerantiam augmentat. Secunda ibi, sed si per annum. vel aliter subdiuiditur, vt primo puniat, qui post hanc l. similia attentauerunt. secundo punit eos, qui prius attentata de capitularibus amouere neglexerant per annum. Et hanc diuisionem sentit gl. fin. dum dicit, ꝓ hic de anno quo facta fuit ista constitutio. Casus. Statuta [b] contra libertatem ecclesiæ, vel personarum ecclesiasticarum sunt ipso iure nulla, & de volumine statutorum removenda, pœna seruantibus illa, & contemptoribus imminente. h. d. Super text. ibi, per Italiam & quancunque aliam prouinciam, vt in gl. ibi, de capitularibus. Ex hoc collige, quod non suf-
c ficit clausula, in fi. voluminis apposita [c] dicens, ꝓ si qua statuta essent in illo scripta contra libertatem ecclesiasticam, non valeant, secundũ Bart. Et in hoc casu certi, sed vbi verisimiliter poteſt de statuto dubitari, an sit contra libertatem ecclesiæ, illam clausulã
1 puto statuentes excusare. ibi decernit. † Et sic no. ꝓ hæc consuetudo non tollit legem sibi in futurum derogantem. concor. j. de fur. authent. nauigia, aliàs tradita est regula, vt consuetudo tollat legem, vt ff. de legi. l. de quibus, in fi. & dic ibi per Doct. & j. quæ sit longa consuetu. l. 2. ibi statuto. in 10. col. in tit. de statu. & consue. contra libertatem ecclesiæ, vt vltra pœnam excõmunicationis, incurrunt ipso iure, extra, de sent. excõ. c. nouerint. Ibi per annum computandum a die promulgationis huius constitutionis, secundũ gl. vel a die quo sciuerint statutum esse contra statutum ecclesiæ, quia aliàs non possunt dici contemptores huius constitutionis, vt exigit tex. iste. Facit l. si ignorans. ff. loc. & sic exponẽdo, ver. iste põt referri ad vtrunque dictum. in princ. l. Et secundũ hoc no. ꝓ perseuerantia in delicto augmentatur seu adijcitur pœna. Facit ff. de pœn. l. capitalium. §. solent. & §. famosos. & ff. de adult. l. mariti. §. sex mensium. cum ibi no. de quo plene scripsi in l. seruos. j. ad l. Iul. de vi. No. ꝓ habes in summario, & in apostillis supra dictis. Ideo ad declarationem materiæ accedamus; in cuius protecutione tractabo materiam, quãdo statuta dicantur cõtra libertatem ecclesiæ, & hoc per 10. q. Secundo tractabo an, & quando statuta quæ non sunt contra libertatem ecclesiæ, ligent clericos, & materiam prosequar postea vsq; ad fi. Quæro primo in genere, quãdo statutum dicatur esse contra libertatem ecclesiæ, vel ecclesiasticæ personę. & rndet Inn. in c. nouerint. de sent. excõ. ꝓ tunc est contra libertatem, qñ est ꝗ priuilegia eidẽ a principe, vel a summo Pontifice concessa, sed Bart. dicit non curare, an statuantur cõtra eius priuilegium, an contra ius cõe competens pariter laicis, & ecclesijs seu clericis, asserens proprie contra libertatẽ esse, quãdo aliud statuitur, per quod clericus timidior, q̃ prius cõtra iura, efficiatur. Et dix: probari ff. quarũ re. act non da. l. j. §. quæ honorandæ, sed p eundẽ tex. mihi vr fortificari opi. Inn. nã ꝗ naturam beneficij libertatis seruo concessæ, facta erat ibi p dñm stipulatio. Et ideo prima opin. tutior, quę probatur in d. §. q̃ honorandæ. & hic & in d. c. nouerint. nam text. iste bene dicit ꝗ libertatem ecclesię, quia vult notare aliqd specialiter concessum fuisse ecclesiæ, quod laicis nõ erat cõe, arg. l. cũ prætor, ff. de iud. & p hoc vide simile in rubro, & nigro j. de Rep. Ro. li. 11. vbi sic rubricatur, vt demonstretur aliquid specialiter iudici in fauorem ciuitatis Rom. quod alijs non cõmunicatur, vt ibi patet in nigro. Nec repugnat iste tex. dum dicit, earumq; personas, quod dẽt intelligi respectu libertatis ecclesię, vt, pbat illa cõiunctiua, ꝓ cuius effectus est trahere vnũ de copulatis ad naturã alterius j. de impub. & alijs subst. l. quis. & de fundo instructo. l. Seia. §. Caia. & cõiũcta nõ disiungere. Quãuis aũt assentiã Inn. vt hic loqtur, qñ statuitur cõtra priuilegia ecclesię, nõ tñ me restringo, vt ipse ad priuilegium duntaxat concessum a summo Pontifice, sed generaliter a quouis concessum intelligo, vt dicam in 2. & 4. q. Dico ergo, ꝓ statutũ tũc est ꝗ libertatẽ ecclesiæ, qñ p ipsum directo, vel per

A D D I T I O N E S.

a ¶Cassa & irrita. Ad materiam huius auth. adde Innocẽ. in c. nouerint. extra, de sent. excom. & gl. in c. grauem. extra, eo. tit. & Bar. hic, & Doct.
b ¶ statuta. Adde Soci. consi. 56. incip. uiso decreto. circa prin. in 1. parte, char. ea. ubi hoc idem inducit, & allegat.
¶Et quæ dicantur esse contra libertatem ecclesiasticam. Vide Bal. hic nu. 1. in 3. quæsito, & in apostil. in uer. ecclesiasticam libertatem. Phil. Franc. in c. j. & ibi Do. Pet. in repet. d. c. in 11. q. princ, de constit. lib. 6. Bal. no. in l. de quibus. ff. de legi. & Ioan. de Imo. in l. non amplius. in princ. de leg. 1.
c ¶Non sufficit clausula in fine voluminis apposita. Tu uide de huius dicti ueritate Bart. in l. Imperator. §. fi. de pac. & Pet. de Anchar. in c. canonum statuta. uer. sic etiam quæro. extra, de constit.

per indirectum aliquid disponitur, propter quod ecclesia, seu p̃sona ecclesiastica timidior efficiatur, quam libertas ex priuilegijs validis eis concessa exigit, & requirit; Et pro hoc induco tex. istũ. & j. tit. j. auth. statuimus. & sæpius alleg. §. quæ honorandæ. & q̃
2 not. qa sic late non reperies hæc declarata. † Quæro secundo, an hæc libertas dẽat vniuersaliter omnibus ecclesijs competere, an sufficiat si solũ illi ecclesiæ competat, quam statutum, vel cõsuetudo concernit. Respõ. Innoc. in c. nouerint. quod dẽt vniuersaliter omnibus ecclesijs competere, aliàs si vni vel certis tantũ, non vendicaret sibi locum d. c. nouerint. alleg. tex. ibi qui simpliciter, & indefinite dicit, ecclesiæ, sic, & hic, licet indefinite loqtur. Sed cõtra Innoc. vr̃ tex. j. eo. l. decernimus. qui de priuilegijs singularibus aliquarũ ecclesiarum loqtur. Itẽ quia priuilegium quantũcunq; singulare, intelligitur concessum animo priuandi qualibet l. sibi contrariã, aliàs non esset priuilegium, vt ff. ad munic. l. j. ad fi. Et sic priuilegium concedendo, tollit princeps populis potestatẽ statuendi contrariũ, vt l. 3. §. diuus. ff. de sepul. viol. & p tãto mandatur iudici seculari, vt in eius foro seruet priuilegia clerico. j. tit. j. authẽ. clericus. Et ex his concluditur statutum contra priuilegia secularia certarũ ecclesiarũ non valere, similiter & pœna eius l. vr̃ locum habere. Nam si priuilegiũ foret vniuersale, nõ propterea condentes statutũ, & populus confirmans, agunt derogare priuilegijs ecclesiarũ, in suo territorio non existentium; sed intra, arg. l. fi. ff. de iurisdict. omn. iud. & de tut. & cura. da. ab his. Cum ergo hæc l. puniat statuentes, & contẽptores, sequitur ꝓ de delicto intra territoriũ tantũ punit. Et sic, siue priuilegium sit generale, siue singulare illius ecclesię, pœna huius auth. debet locũ habere. Et ex his patet, ꝓ opi. Innocẽ. non vr̃ tuta, nn tamen maiora tribuamus clericis, q̃ ipse eorum præsul, & custos interpretatus fuerit, dicere possumus, ꝓ priuilegium vniuersale exigitur, vt pœna excõicationis, de qua in c. nouerint. Et pœna huius auth. locum habeat sibi vendicare, sed respectu pœnæ annullantis statutum, velut contra l. factum, hẽt locum l. decernimus, j. eo. & ratio ꝗ posita Nec obst. ratio proxime facta, quia quãdo priuilegium vniuersale violatur, delictum censetur grauius: ideo grauius punitur, vt j. de pœ. l. fancimus. & §. de Episc. & cler. l. clerici.
3 & extra. de homi. c. sicut dignum. † Quæro tertio, an pœna huius auth. locum hẽat, quando statueretur contra priuilegia post hãc legẽ a Principe, vel summo Pontifice cõcessa. Et in d. c. nouerint. dixit Inn. ꝓ sic. & licet nil alleget, ratio est clara; qa lex omni die loquitur, & in viridi obseruãtia semper est j. de hęret. l. Arrianus. & sic omni die inualidãtur talia statuta, & præcapitularibus mãdantur aboleri, per hanc auth. Quæro quarto, si statuatur contra priuilegium non a Principe, vel a summo Pontifice concessum: sed a Rege qui in partem priuilegium concessit Ecclesijs cathedralibus totius sui regni, vt pro earum prædijs non teneantur ad refectionem pontium, & viarum. contra l. ad instructionẽ. §. eod. An Cõmunitas al qua statutum faciens, vt sua ecclesia cathedralis teneatur, incidat in pœnam huius authẽt. Dico ꝓ non, per ea quæ dixi in 2. q. ad finem. non tamen valebit statutum, tanquàm contra libertatem illius ecclesiæ, vt j. eod. l. decernimus. Item qa Cõmunitas illa non potuit tollere priuilegium a suo superiore concessum, vt ff. de arbit. l. nam magistratus. & ff. ad Trebell. l. ille
4 a quo. §. intempestiuum. † Quæro quinto, quid si priuilegium huiusmodi libertatis fuerit concessum ab eo, qui nunc statuit contrarium. dicit Bar. §. l. proxima, ꝓ statutum non valet, per illa m. l.
a ego puto tenere, quia tollere [a] l. suam nemo vetatur, vt j. de leg. l. fin. & ff. de legat. 3. l. si quis, in princ. testamenti. Et pro hoc facit specialiter j. eo. l. fi. vbi Imperator priuilegium præscriptionis cẽtum annorũ reduxit ad quadraginta. Nec l. proxima probat contrarium. nam licet Imperator mandat eleemosynas retro factas in futurum solui, nõ propterea dicit, medio tpe reuocatas debere solui. Nec ex eo mandat solui, quia reuocari non possit: sed quia res vr̃ sibi honesta, & pia. Quæro de exẽplis, qñ statutum sit contra libertatẽ ecclesiæ. Et vnum indubitatum pono, successiue de aliquibus quæram: exemplum recipe, si statuto cauetur, ꝓ clericus conuentus coram iudice seculari, si declinauerit eius forum, sit exutus a protectione cõmunis, & ei ius non reddatur. Indubitanter hoc statutũ est ꝗ libertatẽ ecclesię. Nam pp priuilegiũ fori in opponendo, factus est timidior qd est concessum sibi a summo Pontifice, & a Principe in priuilegium, extra, de foro cõpet.
5 c. si diligenti. & j. l. i. auth. statuimus. † Quæro septimo, quid si sta-
b tutum [b] disponit, vt declinans forum Potestatis, sit exemptus a protectione cõmunis: & Potestas de iniurijs ei illatis non habeat cognitionem, nec iurisdictionem. Iac. But. videtur velle, ꝓ statutum valeat, nec dicatur contra libertatem ecclesię: sed potius iurisdictionem Potestatis limitare, qui vt priuatus iurisdictionẽ nõ habet, nisi quatenus per statuta sibi tributur. Sed certe contra libertatẽ ecclesiæ est ex eo capite, quo declinantẽ forum eximit a protectione cõmunis, vt proxime. Et licet verba statuti, per quæ tollitur iurisdictio Potestati, non videantur cõtra libertatem ecclesiæ, quia nõ derogant alicui priuilegio clerici, sed tm̃ iuri communi: tamen credo, ꝓ limitatio ista non valeat ipso iure in casu nostro, duplici rõne. Prima, qa adiecta in pœnam alicuius rei impossibilis de iure, & a iure improbatæ. & sic non debent tenere.

j. de his quę pę. nomine. l. i. in fi. Secunda, quia si prima pars velut contra libertatem ecclesiæ est ipso iure nulla, & sic habetur pro non apposita, quicquid consecutiue ex illa venit, haberi debet, p
6 nullo, & pro non appositio, vt j. de leg. l. non dubium. † Quæro octauo, de statuto Perusino disponente, ꝓ si quis occiderit non suppositum iurisdictioni communis, puniatur in centũ libris, an inquantũ concernit clericũ, dicetur cõtra libertatẽ ecclesiæ. Bar. dixit, quod sic, per ea quæ no. per ipsum in j. q. Ego idem, sed non p eius rationẽ, sed quia clerici habẽt ex priuilegio, vt iniuriæ eis illatę, cæteris grauius puniantur, vt j. tit. j. l. si quis in hoc genus. sed attento dico statuto, punirentur leuius. & sic statutũ est ꝗ libertatẽ clericorũ & habẽt locũ quę in j. q. dixi. † Quæro nono, statuto
7 cauetur, vt testamẽta non valeant, nisi in archiuo publico posita, reperitur testamentũ in dicto archiuo nõ positum, in quo ecclesia est instituta, an valebit. Dico, ꝓ sic, qa statutum inquantũ cõcernit ecclesiam, non valet, vtpote cõtra eius libertatem, & priuilegium, quod ad solennitatem testamentorum duos vel tres testes tantũ exigit, vt extra, de testa. c. cum esses. & c. relatum. Et ex hoc põt inferri, ꝓ legatarij, ex illo testamẽto petant legata ab ecclesia, quia ex institutione valida debentur. Et pro hoc induco in simili, j. de testa. authẽ. quod sine. in fi. nec potest ecclesia inualiditatem testamenti, ex quo velut valido se iuuit, allegare j. de fur. l. i. Nec obstat j. de testa. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. vbi testamentum imperfectum, quod valet quo ad liberos, non valet, quantum ad personam extraneam eis admixtam, quia ibi solennitatem iuris cõmunis non habebat, in casu nostro sic. Item in casu nostro valet, vt testamentũ solenne, ibi secus. Præterea ille §. est in parte correctus per d. authẽ. quod sine, & hic vbi ecclesia est instituta. Sed vbi priuatus foret institutus, ecclesiæ autẽ esset quid relictum, expiraret legatum, quia ex testamento ex quo non potest adiri hęreditas, & sic succeditur ab intestato, legata nõ debẽtur, vt j. si quis omisi. causa test. l. 2. & ff. de reg. iur. l. si nemo. Nec habet obstare, ꝓ dicatur in piam causam factum, vt plene scripsi §. eod. l. j. 13. q. Et hoc nisi a venientibus ab intestato, legata forent repetita, qa tunc ex codicillo petet ecclesia, quia licet quo ad cæteros sit minus solennis, quia in archiuo non positus, quo tamẽ ad ecclesiam est solennis, quia statuto illo non ligatur, vt dixi. Et tunc ad hunc casum bene facit d. §. ex imperfecto. Et
8 quia hęc subtilia, ideo in ea bene no. † Quæro decimo, de viribus statuti Florentini disponentis, vt clericus litigans in foro seculari, id cõsequatur ꝗ laicum, & nõ plus q̃ cõsequeretur laicus ꝗ clericũ in foro Epãli. Circa quod dico, ꝓ inquãtum concernere posset priuilegia clericorum a Romano Põtifice, vel ab Imperatore cõcessa, statutũ non valeret, per ea quę dixi §. in j. & 2. qõ. Sed inquãtum concernere põt, puisiones aliquas cões laicis, & clericis, & per statuentes inductas, dico illud statutum tenere, per ea quę scripsi §. in 4. q. Et vt res lucidius appareat, pono rem in exemplo, retento præfato statuto, pone, ꝓ alio quodam statuto cauetur, vt inuentus portare vuas de alterius vinea, domino inuito vel ignorante, teneatur pro quolibet racemo, soluere domino solidos decẽ, contingit, ꝓ laicus inuentus portare vuas de uinea cuiusdam clerici, cõuenit ab illo, vt soluat p̃dictã pœnã decẽ solidorũ, laicus excipiẽdo dicit, se nõ dẽre condẽnari, nisi ad ęstimationẽ dãni de iure cõi, ex eo, qa Eps nõ seruat illud statutũ laicis ꝗ clericos. Vnde clerici nõ plus debẽt cõseq a laicis, in foro seculari. Et hoc vigore statuti primo loco §. scripti. Certe puto ipsum bene excipere, & dictũ statutũ hẽre locũ, cũ statuentes potuerint legẽ suã in dictis casib. tollere, seu restringere, ut ff. de leg. 3. l. si qs in prin. testamẽti. & latius dixi in dicta qõne. Itẽ dico, ꝓ si pstõne synodali cauerẽt, ut nullus clericus posset se in ꝗctu obligare vltra summã decẽ librarũ, sine licentia Epi, uel eius uicarij. Nã licet forte inter clericos tm̃ illa pstõ, eẽt restringẽda, quod tñ nõ affirmo, posito tñ qd̃ ubi clericus se obligaret laico, locũ hẽret, & seruaret in foro Epi. Sit dico, ꝓ laicus q̃ se, vltra dictã summã obligasset clerico, defendi dr̃ in foro seculari uirtute statuti p̃allegati, p qd̃ clerici ad ęqualitatẽ seruãdã in iudicijs sunt redacti, & ad obseruãtiã edicti sũmę ęqtatis, positi ff. ꝓ qſq; iur. & j. de fru. & lit. expẽ. l. fi.
9 Et hęc sufficiãt de statutis cõcernẽtib. libertatẽ ecclesiæ. † Nũc q̃ro de statutis, quæ sunt ꝗ ea, q̃ sibi & cæteris a iure cõi sunt conces-
c sa. An illa ligent clericos, [c] licet cõtra libertatem ecclesiasticam non dicãtur, ut in j. q. dixi. & Bar. in sua repetit. sup l. j. §. de summa Trinit.

A D D I T I O N E S.

a ¶Quia tollere. Adde Soci. consi. 241. incip. circa primam difficultatem. uer. secunda fuit opi, in 2. parte. char. 124. ubi hoc idem allegat, & tenet.
b ¶Quid si statutum. Adde Soci. consi. 122. incip. præstantissime Doct. in fine cõsiij. in j. par. char. 193. ubi hoc idem allegat, & firmat.
¶Adde ultra not. hic per Bar. & Bal. & in 2 post. ad utrunque Fel. in c. j. col. j. uersic. secundo concludit. Card. Alex. extra, de maiorit. & obed. Tho. Ferra. plene in suo tract. cautelarum. caut. 28. incip. prouisum reperitur. & in stylo præla. parte 4. arresto. 179.
c ¶An illa ligent clericos. Adde Soci. consi. 81. incip. in præsenti consultatione, circa fi. 3. col. in j. parte, char. 149. & consi. 241. incip. circa primam difficultatem, uersic. circa primam causam. & uersic. aut v. uolumus. in secunda parte, char. 121. & uer. v. quia, char. 123. & uer. aut v. char. 24. ubi hic inducit, allegat, & declarat.

Trinit.& fide cathol.distinxit. Aut statuta specialem mẽtionem faciunt de clericis, vel eorum bonis,& tunc non ligant eos, imò statutũ vitiatur,vt extra,de constit.c.quæ in ecclesiarũ.& c.ecclesia Sanctæ Mariæ. Aut de eis expressam,seu specialem mentionem non faciũt, & tunc dicit ipse ꝙ statuta bona, & honesta ratione introducta,ligant clericos,& ab eis ẽt in foro Episcopi sunt seruanda.& alleg.c.cũ venissent.extra,de eo qui mit.in poss.caurei ser. vbi vero non bona nec honesta ratione fuissent inducta, tunc nec a clericis, nec ab Episcopo, sunt in eius foro seruanda. extra,de re iud.c.cum causam. & ibi bona glo.de hoc. Sed Ioan. de Lig.in suis reportatis primum,& vltimũ fatetur, sed medium negat,dicens casum in oppositũ esse extra,vt lite pend.c.ecclesia Sanctæ Mariæ. vbi statutũ erat generale, & bona ratione introductum, & tamen non ligauit monasteriũ, vt ibi colligitur ex positione casus, quem facit glo.similiter. & d.c.cum causam. Et pro hoc accedat ratio conditi posita,in c.ecclesia Sanctæ Mariæ. extra,de constitu.quæ magis debet attendi quam termini ipsi, vt ff.de leg.l.non pōt.& ad l.Aquil.l.illud.& de iure patron.l.adigere,§.quamuis.Ad c.cum venissent.Respon.ipse,quod ibi de consuetudine concernente processum iudiciarium , vel si concernit actũ extraiudiciarium. dicit ipse, quod ibi erat cōmunis clericorum,& laicorum,vel si non cōmunis dicit ipse,ꝙ legatus de latere illam approbauit. Quid dicemus,Certe opi.Do.Ioã.teneo,tamen per eam non puto veritatem in singulis casibus haberi,ideo decreui plures quæstiones super hac materia formare , vt veritas
10 lucidius in singulis possit aperiri.† Quæro ergo primo,de statutis concernẽtibus processum, seu dantibus ordinẽ iudicio, & instantiæ. Dic, quod ligant clericos, vt quoslibet alios forenses, vt ȷ.tit.j.l.cum clericis,in fi.& ff.de testa.l.3.in fi. Et pro hoc d.c.cum venissent.secundũ vnum intellectum,de proxime datis, per Do. Ioan. quod illud verbum,procedere. ibi positum videtur approbare.Et ex his infero,quod statutum terminans instantiam infra triginta dies, vel pauciores ligat clericum agentem in foro seculari. Similiter statutum Bonon. quo cauetur, vt si ab actore non subdito iurisdictioni potestatis peratur satisdatio de soluẽdis expensis , si ipsum contingat in expensis condemnari , & non præstatur , non teneat processus,ligabit clericos. Nil enim per dicta statuta de iure ipsorum petit , nec per secundum statutum onus vel grauamen inducitur, proprie loquendo: sed reo prouidetur, vt sine difficultate cōsequi valeat condemnationis effectum , ab actore non subdito. Et hoc intellige secundum cōmunem opinq̃ est,ꝙ clerici actores non priuilegiantur in satisdationibus iudiciarijs,vt l.generaliter,ȷ.tit.j.quam dixerant correctam per tex. in Auth.de sanc.Episc.§.si quis autem pro pecuniaria. quod si verum esset,statutum illud velut contra clericorum priuilegiũ,non teneret, vt in i.q.dixi.Ille tamen §.loquitur in reo, vt in d.l.gene-
11 raliter. †Quæro secundo, de statutis concernentibus actum probatoriũ seu modum probandi , puta statutum prohibet creditũ , vel eius solutionem,vltra certam summam probari per testes,an illo statuto clerici erunt alligati. Et dixit Do.Ioan.de Calder.qui hanc quæstionẽ disputauit , ꝙ nedum si agant pro debito ecclesiæ:sed etiã proprio,probat per ȷ.scripta argumenta. Primo,quia clerici non sunt suppositi iurisdictioni statuentium,vt ȷ.tit.j.l.placet.& authen.clericis,& sic illorum statuto non possunt ligari, vt ff.de iurisdict.omn.iud.l.fi.& ff.de tut.& cur.da.ab his.l.j.in fi.Secundo , quia ipsi vt maiores non possunt arctari legibus inferiorum,Instit.de iure naturali,§.plebiscitum.& extra,de foro cōpet. c.si diligenti.Tertio,quia sicut in his quæ cōcernunt processum, attenditur locus iudicij, vt §.proxime dixi. Et in his quæ concernunt litis decisionem attenditur locus contractus , vel delicti , vt
13 ff.de euict.l.si fundus. & de vsur.l.j. Sic cum de iure concernente personam, quare qualitas personæ cohærens debet attendi,& secundum ius illius iudicari,& in quocunque foro agatur, alleg.de iure patron.c.j.lib.6.& de pritil.c.porro. Ego induco de iure nostro,§.eo.l.placet.sic deducendo. Clerici non tenentur ad munera personalia,vt ibi. & tamen ad illa nō vocantur,vt clerici, sed vt ciues, vel vt quilibet ratione personæ sufficiens . Simile in tutela quæ defertur agnatis , vel cognatis , qui ad successionem pupilj vocantur, vt in authẽ.sicut.de legi.tut. & tamen clericus in sacris constitutus, licet ad successionem pupilli vocetur, nō propterea ad tutelam astringitur. ȷ.tit.j.l.generaliter, & authẽ.presbyteros. Ad prædicta etiam facit ȷ.vbi sena.vel cla.l.3. & de postul.l. quisquis.& de iniur.l.fi. Cum ergo probatio cōcernat personam,cui onus probandi incumbit , sequitur quod ius super hoc ipsi competens debet seruari in quocunque foro. Sed indubitatum est ꝙ clericis competit ius probandi creditum,vel eius solutionem per testes cuiusuis summæ, ergo &c. Quarto, quia hoc statutum est iniquum, quia contra communem l.diuinam, canonicam, & ciuilem, ergo seruandum tantum in subditos statuentium, vt ff.ꝙ quisq; iuris.l.j.in fi.non contra clericos,vt c.cum causam.extra,de re iudic.Quinto inducit quasi pro casu,extra,de foro competen. c. quod clericis. vbi causæ clericorum contra laicos mandantur iure canonico terminari,etiã in foro seculari. Sexto inducit quæ not.Cy.infra,quæ sit longa consuetudo. l.2. in quæstio.antepen. vbi simpliciter dicit,ꝙ cōsuetudines laicorum non ligãt clericos. Quid dicemus, certe ista credo, indubitanter vera, vbi statutum scriptum esset in personam. puta quod nullus possit probare per testes &c. Nam tunc actor clericus illo statuto nō ligabitur. Sed vbi esset in rem scriptum , puta creditum non possit probari per testes,dubito,non propterea discedo a decisione tanti Doct.sed potius disputationis, & veritatis magis indagandæ causa,non obticeo aliqua mihi in prædictis occurrentia. Confiteri enim volo, quod statutum illud non ligat nec afficit clericum , vt in fide suspectum , tanquàm sibi non suppositum . Sed laicum,vt pote sibi suppositum ligat,& afficit,& de eius fide minuit,& detrahit.Ex hoc infero , ꝙ si clericus clericum producit in testem,statutum locum non habebit. Si vero clericus laicum producit:tunc videtur statutum locũ habere : quia per ipsum videtur affici fides huius laici, ne sibi vltra tantam summam credatur, cum ipse sit qui probat,& quia fidem iudici facit,vt ff.de probatio.l.quinquaginta.& de testi.l.3.§.eiusdem.& § sequenti.& Lob carmen.§.fi. licet clericus producens concurrat ad fidem fouendam iudici , mediante attestatione producti,vt ȷ.de probatio. auth.at qui semel. Constat autem quod quandoq; producẽs potest esse suspectus , & non productus & contra,vt probatur hic.& ff.de edend.l.si qs ex argentarijs,§.j.& Authen.de testi.§.si vero ignoti. & nota.per Iac.But.§.de eden.in authẽ.si quis in aliquo documento. Et quãdoque vterque, vt in authẽ.qui semel. Sinautem laicus producat clericum: & tunc licet iste casus sit mihi dubitabilior præcedenti ex eo , quia fides immediate videtur colligi ex attestationibus producti,vt ll.supra alleg. tamen adhuc videtur laicum repellendum. & non,quia clericus productus sit affectus, sed,quia laicus producens obstante statuto, non est audiendus. Nam ipse particeps probationis est, vt ȷ.de probatio. l.actor. & ff.in eod.tit. l.ei qui dicit. Et causã nocẽs in materia maxime indiuidua magis est attendenda q̃ ea quæ prodest.ff.ad Sillan.l.si quis in graui.§.fi.& de fund.instruct.l.quæsitum.§.si quis.Cogitabis.Vnũ tamen non omitto, videlicet, ꝙ statutum illud non porrigit vires suas ad ea, quæ non possunt aliter probari q̃ per testes . & hoc ne omnimoda probatio auferatur,aliter sibi de modo probãdi prouidere nō valenti,vt ȷ.de iure fisci.l.facultas.lib.10.vt est interesse quod petitur quod principaliter,id est,quantũ interest, nisi per testes possit probari:non enim per scripturam cōtractus pōt apparere quãtum interst,cum postea demum incipiat interesse . & ita contuluit Iac.But.vt refert Bart.ff.si cert.petat. l.certi condictio.§.quoniam. vbi est vna glo. bene faciens ad prædicta. Nunc accedo ad statuta concernentia decisionẽ causarum,vt sunt statuta solemni-
12 tatem actuum,seu gestorum inducentia. †Et quia ista quandoq; geruntur ab vno,quandoque a pluribus, videamus primo de his quæ geruntur ab vno tantũ , seu quæ a voluntate vnius tantũ dependent. Et primo quæro de statuto, ꝙ prouidet circa formã rei localiter fiendæ seu iam factæ reparandę : puta quando dat formã,& modum ædificijs: puta vt ædificantes porticum,vel viam, tantæ latitudinis dimittant:Certe tale statutũ ligabit clericos,argumẽ.§.eo.l.ad instructionẽ. cũ ibi no.coniuncta l.in totum,ȷ.de ẽdi.priu. facit ȷ.de predijs va.l.fin.lib.11. Et propterea dico,quod statuta Notarij de fango , quę sunt edita in Bonon. circa stratas cloacas,& immũditias extra electas, habẽt ligare clericos.& etiã statuta de aqueductibus, & discursorijs earum . Ad quod ẽt ȷ. de aqueduc.l.oẽs.lib.11. Verũ ad eorũ obseruantiã,per vicariũ Episcopi debeãt cōpelli,& pœnæ p eius officiũ debẽt exigi,non per iudicẽ laicũ,in eos potestatẽ non habentẽ. Inquilini tamẽ,& eorũ coloni sic.Consiliũ tũ est vt Notarius recipiat licentiã ab Episcopo,& eius authoritate pœnas exigat:& ad obseruantiã pdictorũ clericos cōpellat , ex commissione eiusdem.† Secundo circa actũ ab vnius voluntate tantundẽ pendentẽ;quero,de statuto prohibẽte testari absq; pōtia Parochiani:& aliter factum inualidat testũ.Et vt̃,ꝙ clericus volẽs testari,debeat pręsentiam Parochiani adhibere,cũ statutũ bona, & honesta rōne sit factũ, ne falsitates in vltimis excogitẽtur eulogijs, ut ȷ.qui testam.fac.poss.l.hac consultissima.in fi.de testa.l.iubemus.ergo a clericis seruandũ,vt in c.cũ uenissent.extra,de eo qui mit.in poss.cã rei seruan.In priũ facit extra,ut lit.pẽd.c.ecclesia Sanctę Marię. attẽta positione casus,quã facit ibi gl.& c.cũ cãm. extra,de re iud. Et ratio conditaquã pōderat tex.in c.ecclesia Sãctæ Marię.extra,de cōstit.uideli, cet,qa nō sunt statuẽtibus subditi;licet enim in terminis ibi positis facta fuerit de clericis mẽtio specialis,tũ idẽ ut̃ dicendum,ubi est facta mentio generalis : tum,qa eadẽ ratio;locũ hẽt in utroq; casu;tum quia specificata,& verbis generalibus expressa equiparantur,ut ff.de uulg.& pupil.l.Lucius. & ȷ.de impub.& al.js subst.l.precibus.ad fi.& ibi no.in ulti.glo.& in l.in testamẽto, ff.de milit.test. Item,qa hoc est grauosum,& onerosum clericis,de iure cōmuni sine eo testari ualẽtibus,ergo,&c. & hoc puto uerius. Et pro hoc accedant rōnes quas scripsi pōst Ioã.Cald.§.proxime q.3.quę ad hoc possunt adaptari. Non ob. c.cum uenissent. quia rn.ut secundũ Ioan.de Lig. scripsi §.in uersic.nunc quero,&c. Et idem dico, si laicus instituerit ecclesiam uel clericũ, in sacris ordinibus constitutum,& multo fortius per ea,quę scripsi §.in i.parte. in 9 quęstio. Similiter idem dico,si statutum annullaret testamentum : quia in archiuo publico non positum , ut ibi scripsi.

Et

14 †Et ex his infertur ad statuta,causam intestati cōcernentia,quorum aliquo cauetur , vt filijs masculis extantibus , filiæ fœminæ non succedant patri ab intestato, vt statutum illud non vendicet sibi locum,si tempore mortis patris filia cōcurrens cum masculo sit monacha.Et idem si cauetur statuto , ut extantibus agnatis vsque ad tertium gradum,cognati licet intra illam gradum,non succedant.Nam cognatus intra gradum illum , & in sacris cōstitutus non erit exclusus:sed in iure communi remanebit per rationes,& iura supra alleg. Et ita vidi determinari per valentissimos Doct.in persona domini Viti de Alidoxijs ep̃i Imolen. Et prædicta intellige,qñ tempore mortis defuncti,ille de cuius exclusione tractatur,erat clericus in sacris constitutus. alias si post mortẽ clericus esset effectus,de iure remaneret exclusus, & ei non prodesset superuenięs clericatus,quia tempore delatæ successionis , iam erat per statutum legatus exclusus. Vnde clericatus superuenięns,ius alteri iam quæsitum tollere non potest,ut ȷ. de emanc. lib.l.nec auus.& ff.ne quid in loco public.l.2.§.si quis a principe. accedat quod dicimus,ꝙ casus superuenięns non annihilat, nec imperficit,vel destruit rem quam suo esse, consummatam reperit,vt ff.de his qui sunt sui vel ali.iur.l.patre furioso.2.respon.& ȷ.
15 qui test.fac.pos.l.furiosum.cum si.& ȷ.de sen.pas.l.fi.†Quero modo de statuto concernente actum gestum a pluribus , vt sunt ꝯctus,& rem subijcio,in exemplo. Statuto cauetur vt in alienatione rei immobilis fienda a minore annis 25. cōsensus alicuius de ꝑsius agnatione debeat interuenire, alias ꝯctus non valeat. Pone,laicum minorem annis 25 rem aliquam alienasse clerico,titulo venditionis,vel donationis , sine alicuius sui agnati consensu, an valebit,& sub breuitate dico,ꝙ non,quia alienans est suppositus iurisdictioni statuentium , ergo sibi prouidere potuerunt , & eum suo statuto alligare;tum etiam quia ex isto statuto nullum ius deperit clerico, tum etiam quia dignitas recipiens , non tollit legem prouidentem danti pp imbecillitatem cōsilij,ut ȷ.e.l.generali.& ȷ.de testã.l.ex imperfecto.& nedum in vltima voluntate,vt ibi,sed nec inter viuos ut ȷ.de dona.l.pe.Et idem puto eȝ.si clericus minor donaret laico maiori,ratione æqualitatis seruandæ.ut ff.quod quisque iu.l.1.& ȷ.de fruct.& lit.expen.l.fin.& etiã, quia militia non tollit l.pp imbecillitatem cōsilij personæ cui cohæret,vt ȷ.de test.mili.l.si Rufinus.& l.fi.Quinimo illas roborat , & confirmat vt probatur ȷ.de donat.inter vir. & vxo.l.2. coniuncta.ff.man.l.si vero non remunerandi.§. si vero adolescens. Facit ꝙ no ff.de do.l.affectionis. Vbi autem clericus ȝheret cum clerico,adhuc idem putarem pp rationes prædictas,& etiam quia priuilegiatus ȝ pariter priuilegiatum,non vtitur priuilegio suo,ȷ.ad
16 Treb.auth.nisi rogati.cum si.eȝo tñ suo, inter eos ius reddere de benti.hoc relinquamus. † Quæro , an statuta prouidentia in qua moneta solui debeat rerum precium,vel pensiones prædiorum, vel quo tempore ligent clericos.& br̃ dico sic,quia ex quo specifice in ꝯctu de his vel super his,non aliter est conuentum, tacite est actum,ut ꝛm consuetudinem loci fiat solutio, & sic habet tacita conuentio, vt pars ꝯctus est seruãda,quia ipsius ꝯctus est supletiua,vt probatur ex dictis,per gl.in l.ædem.ȷ. loca. & hoc nisi clerici ꝯriam constitutionem haberent. & ꝛm prædicta posset intelligi sæpius allegatum c.cum venissent.de eo,qui mit.in posc.cã rei seruandæ. Et ex his infertur , ꝙ licet quis beneficio clericali gaudens,domum locauerit vni scholari, locatio illa intelligit̃ facta cum priuilegio inquilinatus scholaribus concesso.Et hęc sufficiant de præsenti repetitione per me Bartholomeum de Salic de Bon.ll.minimum Doctorem,publicata,& publice pronuncia ta. Mccclxxviii.die mẽsis Nouembris in fœlici studio Bononiæ. Laus Deo.& Christo saluatori nostro. Amen.

LEX XIII.

Generali. Iure isto quælibet persona quantumcunquẽ dedicata de bonis suis poterat in vltima volũtate disponere.h.d.Not.tex.ibi omni iure ratione munitum. ꝙ dicit,glo.& testium.quod est verum de iure nostro, sed de iure canonico sufficiunt duo , vel tres in relictis ecclesiæ vel ad quamlibet causam piam,ut extra.de testa.c cum esses.&c.relatum.clerici tamen in sui testamenti factione actiua, non reperiuntur priuilegiati:ideo reguntur iure communi.Sal.

AVTHENTICA.

1 *Nec, dictio. cuius sit naturæ.*
2 *Argumentum entimematicum iure probatur.*
3 *Monasterium ingrediens,an dicatur se,& sua dedicare.*
4 *Bona filij familiæ monasterium ingredientis,an transferantur.*
5 *Ingressus monasterij,an vitietur si ingrediens sibi,quicquam ex pacto,retinuerit.*
6 *Bonorum adiectio quando quis se,& sua dedicat,quid operetur.*
7 *Bona ingredientis monasterium,cuius sint,ingressu uitiato.*
8 *Ingrediens monasterium si cuipiam ex contractu,vel delicto sit ligatus qualiter teneatur.*
9 *Ingressus religionis,an vitietur libello,vel precario.*
10 *Vsusfructus bonorum ingredientis monasterium cuius sit.*
11 *Ingrediens monasterium quando possit retinere feudum.*

a Ingressi. [a]Hanc auth.publice repetij, legens in studio paduano,& secdm ordinẽ quẽ tenebo narratione omissa continuo,seu adapto primo auth.ad l.codicis hoc modo, videlicet in l.generali §.eo.permittebatur, ꝙ mulier dedicata posset testari ꝙ postea per auth.istã correxit Imperator. ideo Guar. post illam l.posuit hanc auth. sumptam ex cor. de mona.§.illud. collat.1. Rationes aũt huius correctionis dicebat dñs meus esse potuisse,quia nō poterat mulier dedicata hoc facere sine sui,vel condedicatarum personarum mala præsumptione, vel suspicione cuius occasionẽ Imperator voluit remouere.arg.l.fiqs cũ seq. ȷ.de postu.vel ne laici videntes, ꝙ dedicati sua proprijs non relinquebant monasterijs perniciosum sumerent exemplum , ut nec ipsi relinquerent,ꝙ forte relinquere affectassent. Tali autem pernicioso exemplo voluit Imperator occurrere,sicut alias ȷ. de ꝓbat. l.exemplo.& de fur.l.si quis seruo.iõ hanc auth. condidit. & quia hæ rōnes non tidebantur concernere casum , qñ aliam ecclesiam instituebant hrdem,iõ adiecit tertiam rationem , videlicet ne detegatur vnum altare,& maxime proprium,ad aliud cooperiendum.ut ȷ.de fideic.l.cum acutissimi.& ad Treb.auth.nisi rogati,& qui potio. in pig. ha.l.assiduis. Hæ rationes sunt bonæ, si dicamus olim bona transferri in monasterium, sicut hodie,sed quia puto,ꝙ olim non transferebantur,ut no.gl.in Auth. de non alien.§.sinautem creditor.& vr̃ probari in auth. hæc constitutio interpretatur priorem.colla.6.ideo vr̃ tutior rō,ut dicamus,quod olim ideo permittebatur testari , quia bona non transferebantur in monasterium,& sic dñs remanebat,hodie secus.Et hæc rō probatur,per tex.nostrum,quinimo vt puto monachi dedicati poterant de monasterio exire,& priuatam vitam eligere, ꝙ forte per Auth.de monach.permitti vr̃ eis,ut in corpore c.§. si quis autem semel.& §.si vero relinquens.Sed postea magis fuerunt coarctati,ut nec uolentes uitam monasticam relinquere possint,ut in decre.17.q.3.c.1.19.q.3.c.propositum monachi.ꝙ forte fuit de mẽte iuris nostri in Auth.hæc constitutio interpretatur constitutio. de monachis. col. 6. dum dicit,ꝙ corpus & animam dedit Deo. Diuido modo tex.nostrę auth.in tres partes,quia primo dictum, secundo illatio,tertio ratio.Vel primo dictum antecedens,secũdo consequens, tertio probatio consequentiæ. Secunda ibi , nec
1 ergo.Tertia ibi,utpote casus,dedicatiuus ingressus monasterij aufert dedicandi potestatẽ,de bonis disponendi.h.d.† Expone tex.
b ibi nec ergo hæc dictio,nec.[b] licet sui nã sit implicatiua. ut l.fi filiæ.ȷ.de dona.ante nup.& ibi no.& probatur in l.& quia.ff.de iurisdic.om.iud. & Auth.de fideiuſ.sed ſi nec hic,tñ ſm aliquos nō implicat:sed simpliciter negat.vt l.falsus.ȷ.de fur.sed verius est vt implicet,quod nedum de eis testari,sed nec ȝhere possint.Ibi testãtur.hoc expressum non hr̃ in cor. de mona. sed in dicta auth. hæc cõstitutio interpretatur &c.ibi nec dñi.si hæc dictio,nec implicatiue ſm sui naturam summatur,aliam rationem ab expressa implicabit,uidelicet quia non dñs rerum , nec uolũtatis proprie. & libere,q̃ & qualem habuit ante ingressum,quia nedum bona, sed etiam se transtulit.ut hic in princ.Et intellige,ꝙ nedum bona præsentia transfert,sed etiam futura,cum erunt quæsita.ut patet in glo.in Auth.de non alie.§.sinautem creditor. & hoc operatur votum paupertatis,& renũtiatio seculi,ut hic.& in c.cum ad monasterium.extra.de sta.mona.Et ex hoc patet falsam esse opinio. quorundam patauinorum dicentium,ꝙ bona postea quæsita nō transferuntur in monasterium. & sic monachus tanq̃ eorũ dñs postea posset testari,& hæc probantur, per no. per glo.in l.intercidit.ff.de condi.& demon.sed illa loquitur in testamenti factione passiua,non actiua,ut hic,nec quæ ex passiua quærit, negat;il
2 la glo.monasterio quæri.†Not. ꝙ ar. entimematicum est in iure validum.concor.ȷ.de ser.fug.l.1.Item ꝙ per ingressum quis trãsfert se,& sic corpus,& animam,ut dicit tex.in cor. hæc constitutio interpretatur constitutiones de mona.ꝙ facit , ut capite dicat minui.De quo dicam in auth.seq. Item ꝙ non dñs non testatur, concordat gl.in l.qui se patris.unde liber.ȷ.Item no.ꝙ lege correcta singulari,& euidenti & necessaria ratione corrigitur lex.i.dictum ex ratione illa illarum ut hic.Nam olim testabantur qa dñi remanebant,quia autem per Auth.de mon.fuit statutum,ut omnia transferantur & quærantur monasterio,cōsecutiue correctũ fuit,ut non possint testari.Ad idem facit,ꝙ excusati uniuersaliter a muneribus extraordinarijs excusati ꝛtelligãtur a superindicto, quia inter extraordinaria erat numerarum,& cum postea fuit factum ordinarium excusatio cessauit, ut hic hr̃ ȷ. de indict.l.1. lib. 10.& dixi §.eo.l placet.Ad idem faciunt omnes ll.quæ permittũt argumentari ab antecedẽti destructo. vt ȷ.de fur.l.apud antiquos. & ibi per Cy.& ff.eo.tit.l.quidam tabularum.& ibi gl. Ad idem quia sublato fundamento non potest ædificium permanere. ut ȷ.de interd.l.1.& in Auth.de mon.§.illud.ergo ad idem omnes le

ges

ADDITIONES.

a Ingressi. Adde quod hęc auth.est canonizata.19.q.4.in c.quia ingredientibus vbi vide.

b ¶Dictio nec.Quod dictio,nec,sit implicatiua,adde Bartol.in l.sæpe.ff.de verbor.signifi.& in l.si ita quis.ff.de verbor.oblig. Tu vide Bart.in l. si finita.§.si de vectigalibus.n.10.ver.& sic dictio,nec.& in apostil.in eo. ver. ff. de dam. infect.& in l.2.§.quod dicitur.ff.de dam.infect.& Bal.in auth. cui relictum. ȷ.de indi.vidui.tol.

ges quæ dicunt, ꝙ cessante ratione l. cessat eius dispositio. vt ʒ. c. l. illud. & de lib. præte. l. i. & ff. de pa. l. quod dictũ. & ff. ad l. Aqui. l. illud. & de iure pat. l. adigere. §. quamuis. cum si. ad idem facit, quia emancipati olim conferebant omnia suis propter iniuriam quam eis faciebant. vt ʒ. de coll. l. si emancipati. i. resp̃o. & l. ea demum. & ff. de colla. bono. l. j. in prin. sed cum postea emancipati ferunt a iure ciuili solum profectitia suis tenentur conferre, quia iniuriari non dicuntur suis. vt l. fi. ʒ. de colla. ergo patet ꝙ correcta ratione legis corrigitur dictum ex ea illatum. & pro hoc quia si non tenet id ex quo, nec id quod sequitur ex eo, vel ob id, vt ʒ. de leg. l. non dubium. & pro ista parte accedat, quod no. gl. ff. de dona. causa mor. l. fi. in gl. 2. Non ob. quod no. glo. in l. tam is. §. j. ff. de dona. causa mor. quia illa ratio, quam gl. ibi sensit, non erat ratio, quare filius prohiberetur testari, etiam cum uoluntate patris, & sic non erat illa ratio necessaria, & illatiua prohibitionis, factionis testamenti. sed erant aliæ etiam rationes, vt dicam in l. seniũ. qui testa. fa. pot. Nec obstat quod dicunt quidam, ꝙ olim filius fa.
a non poterat testari, quia non habebat bona, & tamen hodie habet bona, & sic correcta est ratio. & nihilominus remanet dictũ, vt nec hodie possit. ut l. pen. ʒ. qui testa fa. quia salua reuerentia dicentium, illa sola nõ erat ratio, sed etiam integritas personæ, quæ
3 & hodie durat patria potestate durante. † Transeo ad apparatum nostrum, & contra primam partem tex. op. quod per ingressum monasterij, quis non dedicet se, nec sua, quia aliàs sequeretur, ꝙ ingrediens causa orandi, vel visitandi amicum transferet bona, cuius contrarium uidemus quotidie, & merito, quia deficit animus, & uoluntas, sine quibus non fit translatio. ff. de acquir. poss. l. qui iure familiaritatis. & ff. si cert. peta. l. si ego. quinimo certus modus professionalis exigitur, per quem ingredientes vouere debent paupertatem, honestatem, castitatem, & obedientiam, sine quorum uoto, nec fui, nec bonorum fit translatio. ut d. c. cum ad monasterium. extra. de sta. mo. Sol. vt hæc intelligantur secundũ prædicta, & sic hic loquitur de ingredientibus solenniter, ita ꝙ renunciant seculo tacitè vel expressè. quod facere dicuntur, professionem solennem faciendo, & hoc vult glo. ʒ. usque ad uer. idẽ ergo. Opp. ꝙ etiam per ingressum factum animo morandi in perpetuum, & solenniter, non transferuntur bona. vt in Authen. de san. epis. §. præsbyteros. & ʒ. tit. i. l. sacrosanctæ. Sol. vt in ea. glo. usque ad fi. quia prædicta loquuntur, quando quis ingreditur monasterium monachorum. ibi, quando capellam secularem. Quo casu gl. dicit idem si ingrediens capellam secularem renuciat expressè vel tacitè seculo, secus si non renunciat seculo expressè, vel tacite, vt in ʒrio, & sic vr glos. hoc probare per istum tex. qui dicit, ingressi monasterium. &c. Sed monasterium appellant Vltramõtani, etiam quamlibet ecclesiam secularem, ergo &c. Sed aduerte quia Io. An. vr reparare istam gl. in c. quod a te. extra. de cle. coniug. ex eo, quia tunc capella secularis non differt a monasterio, cuius ʒrium volunt leges prædictæ, quæ earum presbyteris permittunt proprium habere. Pro huiusmodi gl. defensione, est aduertendum, ꝙ actus professionalis, quem faciunt monachi, formã traditam a nostro iure non habemus: sed credendum est, ꝙ præsupponat actum professionalem quem ius canonicum declarat: scilicet, ꝙ voueat quis paupertatem, castitatem, & obedientiam, & in c. cum ad monasteriũ. extra. de sta. mona. & p hãc professionem dr̃ tacite quis, non specifice, renunciare seculo, & multomagis si expressim adiciat, ꝙ seculo renuciat. Dico ergo, ꝙ si quis ingrediatur cã orandi uel amicum visitandi, non differũt monasterium vel ecclesia secularis, sed qũ ingrediatur animo commorandi ibi perpetuo, dico, aut expressim dedicat se, & sua, & adhuc non differunt, ga bona expressa in dedicatione transferuntur: aut de bonis expressam non facit mentionem, & tũc aut renunciat expressim seculo, & etiam non differunt, quia etiã bona dicuntur transferre, quia hæc sunt opposita bona retinere, & seculo renunciare. & sic renunciando seculo, non dr̃ bona velle retinere, ex quo nõ apparet expressim de ʒrio. Aut de bonis nullam facit mentionem, nec expressim seculo renunciat, & tunc p actum professionalem, & solennem transferuntur bona in monasterium, sed in dedicando se capellæ seculari, actus sic arduæ professionis non exigitur, quia non uotum paupertatis, nec obdientiæ nisi sit superior in ecclesia; Et ideo simplex sui dedicatio non egreditur personarum, ideo perpetuo ad illius ecclesiæ seruitium tenetur, licet bona tñ habere, quia non reperitur prohibitum, & ita intelligo dictum Io. An. Tertio opp. ꝙ bona nõ transferantur, ut l. 2. ff. de pollici. sol. vt in gl. in princ. l. ꝙ se transfert, & proprie, sed bona nõ proprie, ut in ʒrio, sed improprie sic, ut hic. Caue, quia glo. non vr̃ bona, cum ẽt bona transferantur, & proprie quo ad dñium, & possessionem, ut ff. de preca. l. si adoptauero: & facit ʒ. eo. l. fi. iõ reprobata glo. rñ. ad l. 2. in princ. ff. de pollic. ꝙ ibi in simplici voto rerum, hic personæ simul, & rerum. Vel sustinendo glo. dic, ꝙ glo. non negat rerum translationem, immo supponit illam, sed impropriam asserit, ideo quia sine alia apprehensione, & manuali traditione transferuntur, ex l. potestate, & fictione. Nã regulariter translatio fit per traditionem, vt l. in traditionibus. ʒ. de pac. Vel aliter, quia glo. non considerauit dedicationem rerum respectu translationis dñij, sed respectu quasi cuiusdam consecrationis, quasi dicat, ꝙ per ingressum solennizatũ per votum, quis consecrat se Deo, vt l. quisquis emersio. ʒ. ti. j. sed non bona, vt l. 2. ff. de pollici. quę etiam de consecratione loquit. Et istam puto mentem glo. per ll. quas allegat, & per aliam gl. q̃ sic intelligit. ʒ. eo. l. iubemus nulli. §. sane. la 1. signata super verbo, sacrilega. Quarto oppo. extra glo. ꝙ bona nullo modo transferantur, quia non nudis titulis, sed traditionibus, &c. ut ʒ. de pac. l. in traditionibus, & de rei ven. l. seruum. Sol. ibi in singulari acquisitione. de qua dic in communi, ut ibi no. sed in ecclesia dic, vt ʒ. eo. l. fi. hic in vniuersali, in qua dic, ꝙ hæreditatis aditione, quærit dñium sine possessione, vt l. cum hæredes. in princ. ff. de acq. pos. ex ꝯctu vero societatis dñium, & possessio mediante socio, ut ff. pro socio. l. 2. & 3. ex translatione vero personæ trãsfertur etiam utrunque. ff. de adoptio. l. si pr̃. & de preca. l. si adoptauero. sic & hic per ingressum solennem monasterij, ex quo collige, ꝙ non debes dicere in hac vniuersali translatione esse speciale fauore ecclesiæ. Quinto opp. ꝙ nõ omnia bona transferantur, vt in Authen. vt nulli iudicum. §. adulteram. transumptiue, ut in auth. sed hodie. ʒ. de adulte. Sol. vt in ea. glo. in fi. videlicet, ꝙ ibi ingressus est inuitus non spontaneus, & sic ibi deficit animus, & cõsensus, & solennitas, ut in primo ʒrio dixi, & hæc vera intra biennium, intra ꝙ maritus potest sibi cõciliare, sed postea, vel ante mortuo iam marito induitur habitu monastico, & inuita & in pœnam delicti. ideo tunc successit alia solutio, ꝙ ibi non erat monacha, licet vitam duceret monasticam, & hanc posuit gl. in auth. seq. & hæc communis, & uera, licet aliqui dixerint ꝙ illa corrigit istam, & male. Sexto oppo. extra glo. ꝙ bona nullo modo transferant, vt in cle. exiui de paradiso. §. cæterum. & §. non autem. sol. quod prædicta in monasteriis quæ possunt habere proprium in cõmuni, sed in monasterijs mendicantium, & maxime Beati Francisci, ꝙ in altissima paupertate est fundatum, loquuntur ʒria, ut extra de relig. do. c. 1. & tunc insurgit dubium, quid de bonis ingrediẽtium tunc erit. circa ꝙ dixit Iac. But. probabiliter dici posse, vel ꝙ Papa debeat illa habere, vel venientes ab intest. primum probat, quia se vel bona dedicando, dr̃ illa dare Deo, cuius Papa est Vicarius, licet de sui clementia, & ordinatione illa dimittat monasterijs habentibus proprium in communi, ut hic. vbi autem non possunt habere proprium in communi, non potest dici ꝙ eis relaxet, igitur apud se retinet. Secundum probat, quia ingressus dr̃ ciuiliter mortuus, ut ʒ. tit. 1. l. Deo nobis. & cum hæc mors ciuilis consummauerit effectum naturalis, eo ꝙ nec ipse bona retinet, nec monasterium accipit, sequitur ꝙ venientes ab intestato in eis succedunt. Et quod qñ mors ciuilis consummauit effectũ naturalis, de ea ut de naturali debeat iudicari, probatur ʒ. de donat. inter vir. & uxo. l. res vxoris. Alij dixerunt ꝙ venientes ab intestato debent habere, sed æstimationem debent monasterio dare, argu. l. sed si res. de lega. 1. & l. fideicommissaria. §. si seruo. ut sic ęstimatio conuertatur in necessitatem conuentus, & allegant quandam extrauagantem Nic. quarti. f. Papæ, quæ incipit. exiit qui seminat. §. ad hoc. Sed istorum opi. non est bona: tum quia monasterium non est in his bonis legatarius, & sic cessant ll. prædictę: tum etiam quia res immobiles legatæ eis non debetur ex testamento, ut plene probaui §. eo. l. j. Alij dixerunt, aut bona tendunt ad thesaurizationem, & monasterio non debeantur, alias secus, per eandem extrauagantem, ut no. Cyn in vlt. q. in l. Deo nobis. Sed isti non declarant cur primo casu debeantur, & remanet primum dubium. Præterea illa distinctio locum habet, qñ aliquid transfertur titulo singulari, non vniuersali, vexationem habente, vt in cle. exiui de paradiso. §. cupientes. & §. quia igitur. sed monasterium vexaretur in debitis per soluendis, & actionibus ꝯ se recipiendis, ut ʒ dicerur. ergo istorum opi. nõ est bona. Teneo ergo cum Iac. But. distinguendo, aut ingressus nullam mentionẽ specialem fecit de bonis, & tunc illa habent venientes ab intestato. Primo quia ciuiliter est mortuus, ergo, &c. ut §. declaraui. Secundo, quia ubi primus uocatus est incapax, sequens in gradu admittitur, ut ff. de contratab. l. 1. §. quidam. & de bon. quæ lib. l. si necẽ. §. si deportatos. sed monasterium ut successor prius uocat, ut notauit glo. 2. fi. in auth. seq. ergo illo penitus incapace, venientes ab intestato, ac si monasterium non esset, debent succedere. Tertio, quia nulla coniectura potest haberi, nisi ista, ergo, &c. arg. l. conficiuntur. & l. si quis cum nullum. ff. de iure codi. Primum patet, quia non sibi uoluit retinere, ideo paupertatem vouit, & seculo renunciauit, nec in monasterium voluit transferre, ex quo in cõi proprium sciebat se nõ posse habere, nec l. disponit, ut in tale monasterium trãsferantur. Similiter nec præsumẽdum, ꝙ ea pro derelicto voluerit habere, quia hæc species est fatuitatis, quæ nõ est præsumenda, ubi alia possit haberi coniectura, ut ff. de acqui. rer. do. l. qua ratione. §. fin. & quia habere pro derelicto est primo occupanti donare, ut ff. pro derelic. l. j. at donare est perdere, ut ff. de probat. l. cum debito. & de dona. l. filiasfa. in princ. ergo, &c. Aut

b ¶ Sub quo conueniatur. Sed quid si fuerit degradatus, an debeat tradi puniendus iudici seculari. dic quod sic. nouimus, de uerb. sig. c. 2. de pę. in 6. Bal. in l. j. inf. si fer. ex fac. suo. & c. cum non ab homine. de iudi. & traditus dicitur factus de foro laici, ut ibi no. ante c. at si clerici. in fi. de iud. unde debet uiuere clericaliter & horas dicere. 21. dist. c. dictum. & adde Spec. de compe. iud. §. 1. uersic. in quibusdam. sed ab extra quæritur, an percutiens Episcopum degradatum incidat in canonem, si quis suadẽte. dic quod sic. 17. quæstio. 3. glo. & Docto. in cap. 1. de pę. in 6. uide glo. in c. accedens. 54. distinct. cap. 2. & d. c. dictum. 81. distinct.

AVTHENTICA.

1 *Clericus in nulla causa ad iudicium seculare trahi potest.*
2 *Clericus coram quo iudice trahatur de delicto ante clericatum perpetrato.*
3 *Clericus forum seculare declinans, quando careat protectione communis.*

Statuimus. Primo prohibet. Secundo statutum pęna-
1 le annectit. secunda ibi, quod si fecerit. tertia ibi, sancimus. Casus. †Hodie clericus non potest coram iudice seculari in quauis causa trahi, nec ei iustitia denegari sub pœna hic statuta. h. d. Opp. de authẽ. clericus. Solu. hæc illam corrigit, vt in glo. sed dices tu: imò non, quia hic dicit quod non trahitur cõtra Imperiales sanctiones inter quas authẽ. clericus. est vna quæ permittitur in casibus. Et ego fateor ex illis solis verbis, sed alia posita sunt hic in tex. s. & canonicas sanctiones. at ille prohibent, vt nullo casu trahi possit etiam si renunciauerit foro, vt in c. si diligenti. extra. de foro competẽ. ex quo potest dici, quia etiam de iure ciuili clericus non possit hodie renunciare priuilegio fori.
2 † Quæro extra glo. quid si non erat clericus tempore perpetrati delicti. Dic aut ante accusationem est clericus, & videtur quod fori priuilegio vtatur quasi ex solo delicto non sit præuentus, vt hic, & d. c. si diligenti. sed Guil. de Cu. §. eod. authen. sed neque. & ff. de constituta pecunia. l. quod sic effecti. §. j. & Dy. ff. de excusa. tuto. l. item Vlpianus. & Bar. ff. de pe. l. j. dicunt, quod si in fraudẽ facit se clericũ, q̃ exceptio fori sibi bene non prodest, vt l. hos accusare, in prin. ff. de accusibi dum dicit, si non retractandi, &c. & de adult. l. si maritus. §. j. aut fecit sine fraude, & tunc exceptio fori ei profit. In dubio secundum Guiliel. fraus pręsumitur si statim clericum se fecit, arg. ff. de priuil. credit. l. ventri. vel si diffamatus erat de crimine, vt ff. de his, qui mort. sibi consci. l. fin. Canonistæ volunt, quod ei profit ex quo clericus ante accusationem reperitur. Si vero post accusationem priuilegium fori superuenit, Doc. nostri dixerunt, quod iudex ipse laicus prosequitur in cognoscẽdo, & non culpabilem absoluit. Culpabilem vero remittit ad Episcopum degradandum, & degradatum iudex condemnat, vel priuat cõdemnatum, vt puniatur secundum varietatem, q̃ dixi s. in auth. clericus. Sed Spec. in tit. de reo. circa princ. dicit quod coram iudice seculari causa finietur: sed ecclesiasticus exequetur, vt extra, de foro competen. c. significasti. & de rapt. c. j. Idem videtur tenere Ioan. And. extra, de ob. ad ra. c. j. Adde quod iudex secularis etiam lite pendente ad nullam executionem corporalem cõtra ipsum clericũ procedere potest, puta incarcerationis, vel torturæ, sed ecclesiasticus hoc faciet. Ad realem vero posset etiam laicus, vt extra, de foro competen. c. sane, ex his infertur quod si Episcopus non vult eum degradari non poterit supplicium pati.
3 †Pone quod statuto cauetur, q̃ clericus declinans forum seculare sit exemptus a protectione cõmunis, & Potestatis, an si clericus conuentus dicat domine libenter litigarem, & coram vobis responderem si possem, sed non possum velle, vt in c. si diligenti. confirmatum de iure ciuili, vt in auth. statuimus. an dicetur forũ declinare. Dicit Iac. But. quod non: quia non dicit se nolle, sed nõ posse, inter ista autem est differentia, vt ĵ. de leg. l. ab administratione. & de lega. 2. l. cum filius. §. non videtur. Sed pone, quod statutum vltro prosequitur, l. vt possit impune offendi, & de tali offensione ei ius non reddatur, & pone q̃ forum declinauit, & postea offensus fuit, & accusat offensorem, qui excipit, quod ei ius non reddatur. Dicit Iac. But. quod exceptio non est admittenda: quia statutũ in ea parte non valet, per authẽ. cassa. s. tit. j. Secus dicit ipse si statutũ sub alia forma loqueretur puta, & Potestas de tali iniuria nullam hẽt cognitionẽ, nec iurisdictionem cognoscẽdi: quia tũc Potestas requisitus a clerico de iustitia ministranda se legitime excusat, dicendo, ego libẽter facerem si iurisdictionem haberem, sed non habeo in casu isto: quia sic mihi limitata est a cõmuni, & statuto, & sic non incidet in pœnam huius auth. in fi. quia loquitur in iurisdictionem habente. Ego puto, q̃ Potestas iurisdictionẽ habeat ex potestate generali sibi concessa de criminibus cognoscendi & puniendi, &c. nec ista exceptio, vel limitatio facta in casu isto, valeat ipso iure, tanquàm adiecta in pœnam alicuius rei impossibilis de iure, & a iure improbata, vt ĵ. de his, quę pen. nom. l. j. in fi. Secũdo, quia & in hac parte statutũ est cõtra libertatem ecclesiæ, arg. l. j. §. quæ honorandæ. ff. quarũ rerum act. nõ datur, quod declara latius, vt dixi in auth. cassa. circa princ.

LEX XXXIII.

1 *Episcopus, an sit sub patria potestate. & auth. seq. nu. 1.*
2 *Clerici alienare, & testari possunt de quæsitis ratione clericatus. & nu. 3.*

Sacrosanctæ. Clerici etiam in parentum Potestate cõstituti lucra occasione clericatus p̃
1 uentitia sibi quærunt, & pro libito de eis disponunt in vltima voluntate, vel inter viuos. h. d. † No. q̃ Episcopus est in potestate patris, vt prius erat. contra, quod oppo. gl. 2. de authẽ. sed Episcopalis dignitas. solu. quod illa corrigit istã, & bene: quinimò scias, quod glo. iuris canonici tenet, quod ordo diaconalis liberet a potesta-
2 te, vt no. glo. in c. indecorum, de ætate, & qualit. † No. secundo, q̃ vndecunq; quæsita occasione clericatus, vt eleemosynę, & legata pro Missis cantandis, & orationibus dicendis, ipsi possunt alie-
a nare, & de ipsis testari,[a] contra quod opp. glo. de auth. licentiam. Sol. vt in glo. 4. quod illa in prælatis, & administratoribus corrigit
3 istam. † No. tertio, q̃ illa bona nõ tenentur fratribus conferre. Itẽ nota, q̃ de eis possunt testari patre excluso. Sed huic obstat auth. presbyteros. sed illa corrigit istam. Item not. q̃ ab intestato succedunt filij patre excluso, cui ob. ff. de ca. pe. l. 2. solu. vt in gl. fi. q̃ hic speciale, q̃ intelligo habito respectu ad ius antiquum, sed de iure codicis fi. fa. liberos habet hæredes, vt ĵ. com. de suc. l. fi, & de bo. quæ lib. l. q̃ scitis. Vltimo oppo. de l. 2. §. eod. sol. vt ibi.

ADDITIO.

a ¶ Et de ipsis testari. Adde Bal. hic, & Bar. in c. cum clericis. supra, eodem. & Abbas in c. quia uos, de testi. & in Spec. de sta. mona. uersic. 52. & 58. item adde, quod potest testari de bonis, quasi castrensibus non de ecclesiasticis, nec de aduentitijs. Hostien. in summa, de test. §. fi. Bal. & Doct. in auth. licentiam. in j. col. in uersic. modo reuoco in dubium. infra, eod. item potest testari de patrimonialibus, uel de quæsitis ex artificio, uel ex Doc. d. c. quia uos. & c. relatum. de testa. quia in eis etiam ab intestato succedũt ei proximiores exclusa ecclesia d. c. relatum. & c. 1. & 2. de succe. ab intest. item adde, quod capellanus non potest testari de oblationibus, & reliquis quęsitis ex confessionibus, & ministrationibus sacramentorum cum talia dicantur quæsita propter ecclesiam, non propter se, licet labore suo, cum non potuisset ea facere, nisi propter ecclesiam Doctores. in c. præsenti, de offic. ord. in 6.

AVTHENTICA.

Sed episcopalis dignitas. Casus. Episcopalis dignitas, & cæteræ hic nominatę liberant a patria potestate ad pficuũ, nõ ad damnum. h. d. Opp. de l. si pater filiũ. ff. de ado. solu. vt in glo. si quod hic speciale, ne inducta in fauorem redundarent in lęsionẽ, vt l. quod fauore. ĵ. de leg. Et ex hoc D. Pet. dicit, quod si consuetudo esset, vt morienti sine liberis in potestate succedat fiscus in certa portione, & moriatur quis habens filium Episcopum, non aliter emancipatum, quòd fiscus ei non succedat, quia in potestate habetur cum de suo cõmodo tractaret, vt hic. Quæro, an prius liberentur, quàm sint in administratione, dic quòd non regulariter, vt ĵ. de decu. l. fi. lib. 10. & de offic. præfect. præto. Alexã. fallit in consulatu, & patriciatu, vt hic in tex. & glo.

AVTHENTICA.

1 *Episcopi, & cæteri prælati, de quibus bonis possint testari.*
2 *Episcopi bona, quomodo probentur ante Episcopatum vel post adepta, & generaliter, quæ ad successores, & quæ ad amicos, parentes, vel agnatos, transmittat, & nu. seq.*

Licentiam.[a] Casus. †Episcopus & cæteri prælati pos-
1 sunt testari de bonis propriis, non de contemplatione ecclesiæ quæsitis. h. d. Et no. q̃ hæc authen. loquitur de secularibus, non autẽ de religiosis, quia illi non habent proprium, sed vsum nec testantur, vt s. tit. j. authẽ. ingressi. & hoc sen-
2 tit glo. & ibi expresse dicit Ioan. And. in c. j. extra, de testa. † Quæro modo, quomodo isti successores Episcopi probabũt ante Episcopatum quæsita. dixit Ioan. quod eo ipso, q̃ contrarium nõ probatur. Et est ratio, quia præsumptio est quod prius quæsierit, vt l. si defunctus, ĵ. arb. tutel. sed illa modicum facit, quia ibi est quæstio, an post tutelam de bonis pupilli dicantur quæsita: ideo pro Ioan. vt ante præsumantur quæsita fortius facit, vt ff. de oper. nouncia. l. non solum. §. sciendũ. ver. sed vt, p bari. vbi actor probat, quantũ post nunciationem fiat ædificatum. facit etiã l. quoties. §. si iusiurandum. in fi. ff. de noxa. in contrariũ facit iste tex. & aliæ leges hic alleg. in glo. 2. Sed ad hũc tex. patet responsio per verba Ioan. Ad alias vero leges respõderi põt, q̃ in vxore loquuntur, & ibi constabat quæsita post matrimoniũ, vt igitur sinistra suspicio euitetur de bonis viri quæsita præsumũtur. Iac. de Are. dixit, q̃ ille probet, qui agit. & sic ecclesia probet si successores possident, quæ postea quæsita fuerunt, vt l. j. alleg. Si vero ecclesia possidet, tunc successores Episcopi, qui agunt, probent prius quæsita, arg. l. Arethusa. ff. de sta. ho. & l. matrẽ, ĵ. de probat. & quia regula dictat, vt actor probet cãm suæ intentionis, vt in eo. tit. l. actor. idem secundũ Hostiẽ. vt no. Ioã. And. in d. c. j. hæc puto vera, nisi tẽpore mortis Episcopi res illæ erãt intra domos Episcopatus, in quibus habitabat Episcopus: qa post mortem exportatæ p̃sumẽdæ sunt
b ecclesiæ,[b] quæ vt persona repręsentata dicitur domus possidere: at ea, quæ sunt intra ædes ab aliquo possessas, præsumuntur esse illius, vt ĵ. ne vxor pro marito. l. 2. & de ptiuil fil. l. j cum ibi no. iõ
3 hoc solum sufficeret tũc ecclesiæ probare. † Sed quæro nũc, pone q̃ eorũ quilibet fatetur post episcopatũ res illas quæsitas, sed ecclesia dicit, q̃ ex rebus ecclesię, vel ad ecclesiã spectare: aduersarius dicit, q̃ ex rebus proprijs Episcopi, quis probare debebit, si non apparet, vnde pecunia ex quibus sunt emptæ, processerit. dicit Iac. But. aut bona non habebat, ex quorũ fructu possit dici ea quæsisse: & tunc præsumantur ex bonis ecclesiæ, arg. eius, q̃ no. glo. ĵ. de bon. quæ lib. l. cũ oportet. in princ. Nec obstat l. si defunctus, ĵ. ar. tu. vt in seq. q. dicã. Aut bona propria habebat ex quorũ fructibus possit dici hęc quæsiuisse, tunc dicit ipse, quod tam ex proprijs, q̃ ex bonis ecclesiæ dicetur quæsiuisse, sed de redditibus ecclesiæ antea deducetur tantũ, quantũ ad alimenta est necessariũ ipsi prælato, cum ecclesia illũ alimentare teneatur, & de superfluo, & de bonis proprijs fiet computatio pro rata, arg. ff. de petit.
4 hære. l. sed fi lege. §. quod autẽ quis. † Quæro tunc, si bona nõ habebat, sed erat industriosus iste Episcopus, vel administrator, q̃ erat bonus scriptor, & ponamus, quod ipse scripsit sibi libros. vel erat bonus Doctor, qui ex lect. vel consiliis quęsiuit, an de eis poterit disponere. dixit Iac. But. quod nõ, q̃ operari debet ecclesię, a qua percipit alimenta, arg. l. q̃ in vxore, ĵ. de negoc. gest. & ĵ. de reli. l. q̃ nulla. & de ope. lib. l. pen. Et ex hoc dicit non obstare l. si defunctus. ĵ. arb. tu. quia tutor non tenetur operari pupillo, similiter nec filius patris: & ideo quærit sibi ex sua industria, & labore, vt d. l. cum oportet, in princ. Mihi videtur, q̃ ista ratio non vrget: quia operari non debet ecclesiæ, nisi circa diuinum officium, & conseruationem suorũ iuriũ, & bonorum, vt l. qui sub prætextu. §. tit. j. & propter hoc alimenta percipiũt ab ecclesia, & non simpliciter, vt alimenta, sed vt fructus, & redditus sibi concessos. Itẽ non semper ex eo, q̃ quis alimentatur operari tenetur, vt probatur in l. Scio. in prin. & l. Męuia. ff. de annu. lega & l. Caio. §. Imperator. de alimen. leg. & Illis liber. ff. de condit. & demõ. & sic nõ obstant ll. alleg. in ꝓtium. Præterea ad omnẽ operã honestã tenetur vxor viro. ideo ex quanis opera lucrũ ei quæritur, & pro hoc facit authẽ. presbyteros. quæ sęqtur, sed iste tex. fortius mihi obstat in ver. cæteris, qui regulam facit, vt cætera quæsita alio modo reseruentur dominio ecclesiæ, a qua excipiuntur tantũ casus pręcedentes. quapropter dicere possum. quod ipse quæsita ex opera teneatur reseruare dominio ecclesiæ, vt hic. Alij sacerdotes, & clerici secus, vt in auth. presbyteros. ratio diuersitatis potest esse: q̃ in administratione sunt onerati: ideo in alio nõ grauãtur, vt l. eum qui. ff. de iureiurã. Et quia eis sunt plura commissa, ideo ab eis exiguntur, vt s. eod. l. presbyter. Item, quia l. cogitat, q̃ non sic sint feruẽtes in sibi cõmissis administrationibus propter proprũ commodũ, & lucrum, quod sibi facere voluerunt, & per consequens ex negligentia dãnificetur ecclesia: ne igitur hoc eueniat voluit, q̃ quæsita ex opera reseruentur ecclesiæ, cuius prælatura, & administrationem habẽt, & hoc de iure nostro, sed de iure canonico solũ quæsita contemplatione ecclesiæ reseruant, cætera sibi quærunt, & de eis testantur, nisi sint religiosi, vt dixi. & patet 12. q. i. si manifeste. & q. 5 c. j. & ibi glo. dicit, quod hæc autẽ locũ
5 non habet hodie. † Reuertor ad glo. 3. & quæro, quid si a cogna-
c to[c] intra gradũ quartũ quæsiuit Episcopus tit. donationis, an ad successores transmittat. dic q̃ sic, vt in prin. gl. vsq; ad ver. de quar-
6 ta. † Quæro tunc, quid si ab aliquo de cognatis vltra quartũ gradũ ei donatum fuerit, dicit glo. q̃ tunc contemplatione ecclesiæ non iure cognationis videtur recepisse, ideo ecclesię quærit. Ioã. & Azo. dixerunt, q̃ etiam si non cognatis det q̃ idem. Quasi dicant, siue cognatus vltra quartum gradum, siue extraneus idem est, vt prælato quæratur, & sequitur in glo. dummodo contra ecclesiam probetur, quod non contemplatione ecclesiæ fecerit. & hãc tenet gl. Tu dic melius, q̃ si ille a quo quæ siuit, sit intra quartũ gradũ, contemplatione personæ non dignitatis, vel ecclesiæ in dubio præsumitur fecisse. & intelligo agnationis, vel cognationis, vt hoc voluit Ir. licet tex. in corpore dicat ex genere sibi coniuncto: nam illud verbũ, ex genere, potest intelligi late, scilicet ex genere agnationis, vel cognationis: & maxime, quia text. in corpore dicit, quibus ab intestato succedere poterunt: at constat q̃ differentia agnationis, & cognationis in successione ab intestato est sublata, ergo &c. extra autẽ quartũ gradum dicunt quidam, q̃ idem asserentes, quia hoc videtur sentire glo. Ioã. & Azo. vt ex serie huius glo. patet. Et pro his facit tex. in c. requisisti. extra, de test. qui latius loquitur, & simpliciter quando propinquus ei legauit, nec gradum distinguit. Ego dico, q̃ ipsi volunt contra, vt si intra gradũ, præsumatur, q̃ contẽplatione personæ fecerit, extra gradũ, non præsumatur contemplatione personę, sed ecclesiæ fecisse, nisi contra ecclesiam probetur, quod contemplatione personæ fecerit: quia forte aliqua verba, hoc significãtia dixerit, alias si ita Ioã. & Azo. nõ intellexissent, frustra sibi accissent illa verba, & hoc probetur contra ecclesiam, & c. requisisti. restringe secundum istum tex. Verum, quia vltra quartũ gradũ existens pro extraneo iudicatur, ideo limita, vt in extraneo dixi in l. non plures. §. tit. j. Vlterius ad declarationem prædictorum quæro, si quis extra coniunctos intra gradum, vel extraneus diutius amicus beneficium recepit ab eodem Episcopo de bonis ecclesiæ, & postea simpliciter donat, vel legat illi episcopo, an contemplatione ecclesiæ, vel personæ, & sic coniunctionis, & amicitię dicetur fecisse. glo. est hic singulariter notanda, quia remunerationis causã & contemplatione ecclesiæ dicatur fecisse, arg. l. sed & si ille. §. cõsuluit, ff. de petit. hęre. & prout gl. facit, quia pręsumptio dissoluẽdæ obligationis ad antidora est in specie, alia vero coniunctionis est in genere. species autem derogat generi, vt in c. generi. extra, de reg. iur. lib. 6. & hæc sufficiant. aliqua alia prædictorum declaratiua scripsi in l. non plures, quæ non repeto.

ADDITIONES.

a ¶ Licentiam. Quod Episcopus non possit testari de bonis ecclesiæ, adde c. cum in officijs. & ibi Doct. & glo. & Ioan. And. de test. 12. q. j. si manifeste. 22. q. 5. nulli dubium. c. obitum. & c. fixum. ubi dicitur uerum de acquisitis post acquisitam ecclesiam, uide in Spec. de sta. mo. uer. 23. secundum Auth. de eccl. tit. §. interdicimus. & Doct. hic in c. quia uos. de test. 12. q. 3. quicũque. in c. 2. & ibi glo. ordi. de suc. ab intest. & c. j. eod. tit. & c. j. de pecu. cler. sed de fructibus sic, & eos relinquere seruitoribus pro mercede, sed non coniunctis etiam pro bene meritis, ut per Spec. in tit. de sta. mo. uer. 58. sed coniunctis pauperibus dare potest libere. An. Abb. in c. exhibendum. de cohab. cler. & mulie. & Bal. in marg. uer. clericus. uer. 16. 20. q. 2. Episcopus. 12. q. j. ex his non diuitibus, quibus dare præsumitur ex indistinctu carnis. glo. ibi & Bar. in l. tutor petitus. §. j. de excusat. tut.

b ¶ Præsumendæ sunt ecclesiæ. No. q̃ bona Episcopi præsumuntur esse ecclesiæ, nisi contrarium probetur. Arch. c. statutum. §. assessorem, de rescrip. in 6. Innoc. in c. cum in officijs. de test. c. j. 2. & 3. de pecul. cler. Hostij. in sum. eod. tit. §. fi. Bal. in l. si quis presbyter. sup. eo. & hic & glo. in l. etiam, de donat. inter uir. & uxo. in Spec. de statu mona. uer. 58. 12. q. 4. c. j. Bart. in l. facultas. inf. de iure fisc. lib. 10. Bal. in c. j. de lite in do. & Fede. nisi sit acquisita ex opera sua. Innoc. ubi sup. item etiam si sunt feu. Bal. in c. j. de cleri c. qui inuesti. feu.

c † Quid si a cognato. Tu dic quod si bonus amicus reliquit Episcopo, quod pręsumitur reliquisse respectu sui, & non respectu ecclesiæ, ut plene per And. Barbat. in c. requisisti. extra, de testa.

AVTHENTICA.

1 *Clericus de castrensi peculio disponere potest.*
2 *Clericus parentes, vel liberos, an possit exhæredare. & nu. 3.*

Presbyteros. Hæc authẽ. sumpta est ex tex. de sanct.
epis. § presbyteros. Pro euidentia dic, q̃ clerici, de quibus hic loquitur, habere possunt bona tripliciis speciei. Quædam vt laici, quia non contemplatione ecclesiæ mediate, vel immediate, nec clericatus causa. & ista si sunt aduentitia patri quæretur vtusfructus, quia per sacerdotium non sunt liberati, vt hic, & sic l. cum oportet. in prin. ĵ. de bon. quæ lib. in eis locum habet, quę ab hac l. non corrigitur. Quędam habent contẽplatione ecclesię immediate, & de eis etiam non loquitur hic, sed

sed l.2.§.eo.l.licet, de iure canonico secus, vt statim subiiciã. Quædam habent contemplatione ecclesiæ, sed mediate, vel proprius contemplatione dignitatis suæ, vt sunt sibi legata, vel data, p̃ missis, & orationibus dicendis: & ista sibi quærunt quantuncunque sint in potestate, & peculium quasi castrense nuncupatur, sicut q̃ sita aduocatis ex aduocationibus suis, vt j. de aduoca. diuer. iud. l. aduocati. & in eis parentes non habent vsumfructum, vt d.l. cũ oporter. §. exceptis. & de eis testari permittitur, vt hic, & successorem possunt habere ab intestato, vt §.eo.l.sacrosan. Hodie autẽ fructus beneficiorum sacerdotum, & aliorum clericorum nõ religiosorum, nec administratorũ, ſ. Episcoporũ cum sint percepti, & reconditi sub dominio eorũ sunt, & in numero quasi castrẽsis peculij censebuntur, & de eis inter viuos, & in vltima voluntate disponunt, vt in c. presenti. extra, de offic. ordin. lib. 6. & ibi glo. q̃
1 forte processit etiã de mente istius tex. Casus. † De quasi castren-
a si [a] peculio possunt clerici, licet in potestate sint, tam inter viuos, quam in vltima voluntate disponere liberis, & parentibus legitima portione seruata. h. d. Not. vnde dicitur clericus, vt in glo. 2. Quæro primo, quomodo hæc authen. veniat ad l. codicis. Respõ. secundum Iac. But. dupliciter. Primo adiectiue, quia l. codicis, nõ de omnibus clericis, sed de presbyteris, & diaconis loquebatur. hæc addit de subdiaconis lectoribus, & cantoribus. Secũdo, correctiue in eo, quod ibi non dicebatur, q̃ liberis, & parentibus le-
b gitimam [b] deberent præbere. † Quæro secundo, an parentes, vel
2 liberi a clericis exhæredati possint agere querela, & glo. hic firmat quod non, vt legum correctio euitetur, cũ de iure codicis nõ subijceretur testamentũ de castrensi, vel quasi querelæ, vt j. eo. l. cũ lege. & de inoffic. test. l. fi. & j. qui testa. fac. possunt. l. fi. Ad hũc tex. respondẽt, q̃ per cõdictionem ex hac l. petũt legitimã, & hoc sequutus est Iac. & nonnulli alij sequuntur, & glo. idem tenet ff. de inoffic. testa. l. testamentum. & l. aduersus. Sed ꝓrium tenet in eod. tit. l. Papi. ff. si quis a patre fu. manu. super rubrica. & j. de inoffic. testa. l. fi. j. ad Trebel. authẽ. in testamento. & hanc opin. sequutus fuit Iac. de Rauẽ. & hanc opi. teneo, pro qua dico esse casum in Authẽ. cum de appellatio. cogno. §. si tales. dum ibi dicit: sed reciso testamento, &c. non loquitur iste text. in emancipato tantũ, sed in suo, & sic in testante de castrensibus, vel quasi, vt patet in pluribus locis, in §. & hoc idem, qui antecedit ad quam cõfirmationem se hẽt dictus §. si tales. & hoc colligo dum ibi dicit text. in rebus, in quibus habent testandi licentiam, & idem dico, quod vult ille text. vt conformetur illi, & patet ex sui serie dum
3 præcipit, vt testentur secundum legem. † Et not. q̃ dicit, præcipimus, & non promittimus. nam de præcepto est, vt exhæredentur cum causa legitima, quæ probatur per hæredem, & si relinquatur. q̃ iuri institutionis relinquatur, sicut econtra parentes facere debent de liberis, vt d. §. & hoc quidem. hoc probat limitatiua, & aduersatiua, quæ sequitur ibi, sicut tamen &c. quæ aduersando restringit præceptum, & potestatem testandi. hoc confirmat illud verbum, ferant, quod sequitur. non enim dicit aduocent, sed quod ferant, quod subaudiendum est in testamento illo, & ideo dico, q̃ subijcitur tale testamentum querelæ iuri dicendi nullum ex causa præteritionis, & cõtra tabulas intentandi, vt scripsi in repetitione mea in auth. ex causa, j. de liber. præter. vel exhæredatis.

ADDITIONES.

a ¶De quasi castrensi. Adde quod dixi in l. sacrosanct. supra, eod. tit.
b ¶Legitimam. Tu uide Bal. in l. in quartã, ubi plene ponit, a quibus petitur legitima. ff. ad l. Falc. & Ang. in l. si pater, inf. de insti. & substit.

LEX XXXIIII.

a **Omnia.** [a] Primo confirmat priuilegia hospitalibus concessa. secundo addit noua. secunda ibi domus. Casus. Priuilegia hospitalibus retro cõcessa hic firmantur, & noua conceduntur, vt res hospitalium gaudeant priuilegiis concessis, & concedendis rebus maioris ecclesiæ. h. d. & notabiliter. No. quòd Idocus fuit primus hospitalarius.

ADDITIO.

a ¶Omnia. Tu uide pro intellect. huius l. Moderniores, in c. j. extra, de in integ. restit. licet de hac materia ibi tractantes, non legant istum tex.

LEX XXXV.

1 *Iudex non tenetur ad domum subditi ire causa reddendi iuris.*

Iubemus. Primo de adscriptitijs, secundo de seruis, tertio dat iurisdictionem præsidibus. secũda ibi, seruos. tertia ibi, omnes. Prima in duas, quia primo de clericatu seculari. secundo de monachatu. secunda ibi, idem. Casus. Adscriptitij non possunt clericari, vel monachari, sine domini voluntate. serui vero, nec cum domini volũtate, & Episcopi, & cæteri clerici præsidibus prouinciarum, incusati sub eis debent respõdere, nec debet prẽses ad eorum domũ accedere, sed illos coram se facere comparere, põt tamẽ cãm etiam loco, in quo illi degunt delegare. h. d. Prima pars corrigitur per authẽ. adscriptitios. secunda per auth. si seruus. tertia fuit correcta per auth. clerici. & auth. sta-
1 tuimus. §, eo. † Not. q̃ iudices non debẽt ire ad ius reddendum ad domũ subditorum: debent autẽ dignitatẽ augere, & non minuere. vt l. obseruandum. ff. de offic. præsid. Contra hãc vltimam partem opp. q̃ iure naturali non conueniat: quia illo iure dominia, & subiectiones non erant distincta, vt l. j. §. ius naturale, & lex hoc iure, ff. de iustit. & iure. Sol. quod hic sumitur ius naturale pro diuino, vt in glo. super verbo, naturali. Oppo. secundo, de l. omnes. §. eo. Sol. vt hic. in gl. fi. in prin. vsque ibi, sed hoc. Opp. de auth. clericus. & auth. statuimus. sol. vt in ea. glo. vsque ad fi. Quæro, circa primam partem, an adscriptitij sint seruij, vel liberi, dic, q̃ liberi, vt hic probatur quod declara, vt in glo. super verbo, prohibemus.

AVTHENTICA.

1 *Seruus, vel adscriptitius, an possit domino inuito clericus effici.*

Adscriptitios. Casus. Adscriptitij pũt hodie clericari, per substitutum tamen possunt
1 seruire. h. d. † Gl. quærit, an contra domini volũtatem possint clericari. & dicit q̃ sic, vt in Nouellis. eo. §. si adscriptitius. & Iac. But. dicit posse probari, per hunc tex. quia cum possit præter eius voluntatẽ, vt hic sequitur, q̃ ẽt ꝗ̃ eius voluntatẽ potest, quia cũ tractetur de eius præiudicio, dicitur ꝗ̃ eius voluntatem fieri, vt l. qui vas. §. vetare. ff. de fur. quod est notãdum. & pro hoc dicto habes gl. in l. falsis. j. de fur. sup verbo, citra. &, pro hoc facit, quod de trãseunte ad arctiorem religionem, dixi in l. sub prætextu, §. tit. j.

AVTHENTICA.

1 *seruus qui semel fuit, non potest fieri ingenuus.*

Si seruus. Hæc auth. corrigit §. seruos. Et nota, q̃ loqui-
2 tur, quando seruus clericatũ, l. sequens cũ auth.
1 verum, loquitur, quando monachatur. † Oppo. quod per ordinationem in clero non efficiatur ingenuus, quia semel seruus non efficitur ingenuus, vt l. homo liber. ff. de sta. ho. Sol. vt in gl. j. in fi. quia hoc operatur fauor cleri. Opp. contra secundam partem, q̃ dño non incumbat onus probandi seruilem fortunam, quia per discessum, vel fugam serui, dñs non perdit possessionem eius, vt l. 3. §. si seruũ, ff. de acq. possess. igitur dẽt seruus probare se ingenuũ, non dñs seruũ, vt l. circa. ff. de probat. Solu. vt in gl. super verbo, probare. in prin. quæ dicit, quod sufficit probare ante ordinationem cũ possedisse. non aũt seruitutis proprietatẽ, vt in contra, quod fatetur Iac. But. si arguitur possessorio, nõ petitorio: quia se dominũ probare deberet. Oppo. q̃ imò dñs probet se dñm, vt in Auth. de mo. §. hoc aũt. Solu. vt sequitur in ea. glo. vsq; ibi, sed q̃s. sed Iac. But. dicit, q̃ si dñs agit petitorio, debet se dñm probare: si possessorio, tunc si recuperandæ sufficeret probare, se possedisse tẽpore ingressus monasterij, sed adipiscendę, vel retinendæ sufficeret, quia monasteriũ possidet, vt in gl. Quæro tunc, vsq; ad quẽ gradum clericatus loquatur hęc l. nã. vsq; ad subdiaconatum, vt in gl, & ideo factus sacerdos, remanet sacerdos, & peculium domino restituitur, & diaconus domino redditur, vt 54. dist. c. si seruus. de quo dic plenius, extra, de fer. non ord. c. 2. & ibi per Inno. Tamen vnum not. q̃ sacerdotium liberat a potestate dñi, & non a potestate patris, vt ea. auth. presbyteros. & l. sacrosan. §. eo.

LEX XXXVI.

Seruis. Casus. Serui possunt cum licentia domini monachari, sed vitam monasticam deserentes ad prioris
domini seruitutẽ restituũtur. h. d. Opp. de l. presb. §. seruos. sol. gl.

AVTHENTICA.

Episcopalis. Non potest breuius summari. Opp. de auth. sed neque. §. eo. vt in glo.

AVTHENTICA.

Verum. Seruus liberatur a iugo seruitutis. h. d. Op. quod abbas statim possit ponere cuculam, vt in auth. eod. §. si quis autem. Solu. vt in glo.

LEX XXXVII.

Repetita. Casus. Insinuatio, siue publicatio testamen-
torum, debet fieri in vrbe, coram magistro
census, non coram alijs iudicibus, nec ecclesiarum defensoribus. h. d. No. tex. ibi, absurdum est, &c. Opp. quòd etiam coram defen-
a sore ciuitatis, vt infra, de test. l. omnium. solu. vt in glo. 4. vsque ad
verſic. cum sit. Quæro de modo publicandi. [a] dic, vt l ea. vsque ad ver. quia ergo. Quæro, qua ratione defensores ecclesiarum sibi vsurpauerant, dic vt in ea. vsque ad fi.

ADDITIO.

a ¶De modo publicandi. Quomodo fiat publicatio testamenti. adde Bart. in l. 2. uer. item quærit. hic Cy. inf. quemadm. testa. aper. ubi etiam dicit, quomodo fiat publicatio attestationum, & in l. fi. inf. de re iud. in 2 colum. uer. quæro qualiter. & in d. l. publicati. in 1. col. & adde Spec. in tit. de instr. edi. §. omnino. in ulti char. uer. & no. q̃ tex. & uer, & no. q̃ in publ. sed an fiat uiuo testatore. Bal. in d. l. publicati. in ulti. q. q̃ sic. q̃ uerum est si testator eo uiuo aperiri uelit, quod potest, aliàs non, nisi post mortem testatoris. l. 2. ff. quẽ admo. testam. aperi. & l. 2. & ibi Ang. & Pau. de Cast. inf. eo. tit. & ibidem per Do. Alex. ad fi. uer. tangit. Ange. hic, & Bar. in d. l. 2. §. si dubitetur. in 2. col. in uer. quæro, an aliquo casu. ff. eod. tit. & adde Bal. in l. 2. ad fi. inf. de test. & an ad instantiam hæredum, uel legatarij. Bal. in l. publicati. 7. q. de test. q̃ ad instantiam utriusque, licet dicat, pronunciari contrarium in legatario.

LEX XXXVIII.

1 *Dolus bonus est admittendus.*
2 *Falcidiam euitat quis captiuos, vel pauperes instituerit.*
3 *Institutio pauperum, quando sit indiscreta.*
4 *Alimenta, de quibus sint legatarijs præstanda.*
5 *Episcopus nomen, & eius hæredis habere dicitur.*
6 *Pauperes in quos debeat erogari, quales esse debeant.*
7 *Legatum in certam piam causam, non potest in aliam mutari.*

Si quis ad declinandam. Primo validat testamentum, in quo captiui sunt instituti, vsque ibi, sed si pauperes. Secundo validat testamentũ, in quo pauperes sunt instituti. vsq; ibi, sed si quidem. Ibi tertio reddit ad primum casum, declarans eius effectũ ibi, aut. ibi quarto reddit ad secundũ casum, declarans eius effectũ, quãdo vnus xenon est in ciuitate tantũ vsq; ibi, licentiã. Ibi quinto. in vtroq; casu declarat, per quem actiones moueãtur, vsq; ibi, sinautẽ ampliores. Ibi sexto, circa secundũ casum remouet dubiũ, quando plures xenones sunt in ciuitate, declarans cui debeatur, vsq; ibi, sinautẽ nullus. Ibi septimo, aliud dubiũ remouet, dum nullus xenon est in ciuitate, vsq; ibi, hæc tamen omnia. Ibi octauo, restringit præcedentia, quando testator non sensit de certo xenone, vsq; ibi, sinautem. Ibi nono, quãdo sensit de certo, vsq; ibi, in omnibus. Ibi decimo, & vltimo, pœnam comminatur, aliter se habentibus, vsque ad fi. Et hæc diuisio sufficiat pro sum-
2 mario. † Not. ex prima parte, quod dolus bonus admittitur, vt in glo. j. Item, quod institutio de captiuis, vel pauperibus, non vitiatur, vt incerta. Opp. tamen gl. q̃ superfluo de pauperibus hic adiecerit propter l. id quod pauperibus. §. eod. Solu. vt in glo. 3. & 4. in
2 prin. † Item no. q̃ Falcidia euitatur [a] captiuos, vel pauperes insti-
a tuendo. Circa quod quærit glo. an tolli possit debita filijs, & dicit, q̃ non, & bene, & inducit consilium Beati Augustini, & pro hoc §. tit. j. authẽ. si qua mulier. sed dubitari põt, an tale testamentum subijciatur querelæ, & iuri dicendi nullum. circa quod vide, quod scripsi §. tit. i. l. j. in 12. q. Item not. in ver. sed si quidẽ. q̃ Episcopus ciuitatis, in qua degit defunctus, hanc distributionẽ facit, cui ob. §. eo. l. nulli. §. sinautem. Sol. vt in glo. quia hic dubitatur de domicilio originis, ibi est certum. Item not. ex eod. ver. ex prin. huius l. q̃ instituendo pauperes, & captiuos Falcidia euitatur. & nimirũ, quia hęredes sunt, qui detrahunt, & hoc erat ante l. istam, sed hodie dubitatur, si pauperes, vel captiui sint legatarij, an eis Falcidia detrahatur, & glo. hic varias opi. ponit. & in authẽ. si qua mulier. j. ad l. Falc. & conclusio cõmunis cõsuetudine roborata est, q̃ nõ, & iura antiqua sunt correcta per §. sinautem hæres. in Authẽ. de eccle. tit. col. 9. & quia alia opin. fuit, quam Iac. But. fuit sequutus, q̃ ideo ibi, ga hæres in mora fuit, ostendo q̃ illa opi. non sit bona, quia casus in hac l. est in ꝗrium, non cauillando, tex. j. hanc l. in ver. sinautẽ, in personam certam. & hoc inuenit hæc l. quod prius non erat, vt hic in prin. licet dici posset, quod in prin. persona erat incerta. ibi certa, sed ratio diuersitatis nulla est. ideo præcedens melior, q̃ no. quia miror, q̃ Doct. de illo tex. non vidẽ-
3 tur perpendisse. † Item no. ex ver. ibi, indiscrete, in prin. q̃ indiscreta est pauperum institutio, vbi ad certum xenonem non habetur relatio, vt hic, & coniuncto ver. hæc omnia. ver. seq. ex quo dicit Iac. But. q̃ cum quidam instituisset pauperes Christi, quos Conuentus Fratrum Prædicatorũ nominasset, & cõuentus nominasset pauperes, qui in futurum venirent ad mendicandũ ad eorum iantuam, q̃ ista talis nominatio est indiscreta, & per consequens institutio est discreta, & sic electio, & distributio spectãt ad Epi-
4 scopũ, vt hic, qui vices hęredũ sustinet. † Item no. ex eo. ver. q̃ immobilia emunt, vt ex redditibus, pauperes in hospitali positi alimententur. Ex quo collige, quod alimenta legatarijs præstanda sunt de redditibus, non de proprietate rerum, vt hic, & ff. vbi pu. edu. deb. l. ius alimentorũ, §. mouet. & ff. ad Trebell. l. Imperator. quod tene cordi. Item collige, q̃ immobilia xenodochijs relicta non debent, nec possunt per eorũ administratores vẽdi, quod est notandum. sed hic moueo dubiũ, an pro redemptione captiuorum immobilia vendantur, & dubiũ oritur: quia tex. in prin. videtur solum de venditione mobilium facere mentionẽ. Aliqui tamen habent ibi vnã glossellam, quæ dicit idem de immobilibus, quia eadẽ est ratio, & hanc partẽ puto veram: tum propter identitatem rationis, vt illa glo. dicit: tum quia sacra vasa, alias vendi prohibita ob hanc causam venduntur, vt §. tit. j. l. sancimus. in fi. tũ etiam, quia tex. videtur in Auth. de eccl. tit. §. sinautẽ, pro redemptione captiuorũ. ver. sinautẽ. dum illa. ibi dicit, oẽs res cũ fructibus medij, &c. Itẽ vides hic, q̃ nullo alio hærede instituto, q̃ pauperibus, & captiuis, q̃ Episcopus habet potestatẽ alienãdi bona, licet non omnia, quãdo pauperes sunt instituti. Idẽ dicunt Doct. Christi, per cõmissarios meos: quia tũc isti cõmissarij nomen, & extra, de testi. sed istos puto posse etiam immobilia vẽdere: quia sariorum voluntate, & omnia sunt distribuienda, aliàs distributio congrua fieri non posset: sic potestas alienandi videtur concessa, l. ad legatum. & hoc in istis cõmissarijs vniuersalibus, sed in singularibus, puta in aliqua eroganda, alio ex testamento vel ab intestato succedente, videtur dicendum, q̃ alienare non possint, vt l. alio. ff. de alimen. leg. nisi testator eis concesserit, vt j. quãdo detreto opus non est l. 3. & ibi de hoc glo. & in d. l. alio. sed Spec. in tit. de instru. edi. §. nunc aliqua. ver. quid si non ad vniuersa. dicit, q̃ vbi testator dixisset, tale prædiũ pro anima mea relinquo, vo-
5 lo; illud venundari, & preciũ inter pauperes distribui, & postea executores elegerit, q̃ satis potestas vendendi dicitur eis concessa, sed Ioã. And. plus dicit, i. q̃ sufficit, q̃ dicat, lego tale prædium distr. buendũ inter pauperes. allegat j. de iure de lib. l. fi. §. & si præfatam. ver. sed si legatarij. facit ratio §. posita, cum alias non possit fieri congrua distributio, ergo. &c. vt d. l. ad rem mobilem, cũ simil. §. alleg. nec exigitur iudicis decretũ, etiã si hæres sit minor, vt in glo. d. l. 3. An aũt hęres per executores debeat requiri, & qd eo contradicente possit fieri, vide per Bar. in d. l. alio, & ver. licentia. † No. q̃ Episcopus [b] sic habet ius, & nomen hæredis. Et hoc
5 b infert Iac. But. q̃ ipse põt se petere, mitti in possessionẽ ex beneficio, j. de edi. diui Adria. quia si ius habet, & nomen hęredis, ergo sibi nihil deficit. Item, quia intentat actiones, vt hæres, vt hic, ergo, & hoc, ius petendi, se mitti. Item, quia porrigendo testamentum, in quo pauperes sunt scripti hęredes, apparet iudici Episcopũ, a iure loco pauperũ vocari, & pro scripto haberi, vt hic quod no. Ex ver. sinautẽ ampliores. no. q̃ vbi plures sunt xenones, pauperiori assignatur hęreditas. Ex quo colligit glo. q̃ paupertas, & vilitas prodest. Contra, quod oppo. glo. in Auth. de testi. §. sancimus. & ff. de incen. rui. naufr. l. Pedius. Solu. q̃ secundum diuersitatẽ materię, & rationis omnia ad concordiam reducuntur: vnde respectu indigentiæ supplendæ, magis subuenitur pauperi, quàm diuiti, vt hic. idem respectu oneris pecuniarij iniungendi, magis subuenitur pauperi, ga in plus grauatur diues, vt j. de decur. l. ad subeunda. lib. 10. quod intelligo respectu quanti, non quoti, quia pro rata æstimationis bonorũ, vt j. de perequato. per totũ. respectu vero fidei, magis creditur diuiti, quam pauperi, quia nõ sic de facili creditur deierari, vel corrumpi, vt d. §. sancimus. quod limitat primo, nisi dites fęnus exerceret, quia sicut pro fęnore animã diabolo tradidit: sic, & nunc, arg. l. si cui. §. eisdem. ff. de accusa. fed hoc iudicis arbitrio relinquo, vt l. 3. in prin. ff. de testi. quia vsurarius describitur, quod legalis est latro prædicens, quod intendit, & nonnulli reperiuntur, qui probatæ fidei sunt. Quantum autem ad pœnam infligendã, dic, vt dixi §. de summa Trinit. l. 3. & quantum ad impositam remissionẽ, vbi pœna est pecuniaria: dic, q̃ si pœna est ordinaria, paupertas nocet, quia fuit in corpore, vt l. q. cunque, j. de fer. fugi. vbi latius hoc membrum examinaui. Si vero fuerit extraordinaria, quia multa tũc prodest, vt l. illicitas, §. fi. ff. de offic. præsid. & soluta sunt contraria glo. quantum ad remis-
6 sionem satisdationis tutelę, uel appellationis, hic uide Cy. † Item no. ex fine, q̃ electionem pauperum non facit solus Episcopus, sine capitulo, quod bene nota. Ex uer. sinautem nullus. no. q̃ in distributionibus pauperibus fiendis penitus mendicantes, uel alia sustentatione egentes sunt perquirendi. Quod notent isti distributores, quia ad Episcopũ spectat correctio, ut hic in fi. Et inter mendicantes habentur etiã carcerati, ut j. tit. j. l. iudices. Ex uersi. sinautem, in certam personam. not. j. tex. dum dicit, uel legatum, quia iste est tex. quem allegaui §. ut per l. istam sentiatur, q̃ dele-
7 gato ad pias causas, Falcidia non detrahatur. † Secundo collige, q̃ si testator mandat erogari in certam piam causam, non potest Episcopus, uel executores in aliam, licet piam transmutare, quia ex quo dispositio testatoris est certa ratione causæ personæ, uel loci, non põt per Episcopum alterari, ut hic, & ita Iac. But. dicit consultũ, & obtentum, quod non. Et ex his sequitur, q̃ quando executores debẽt distribuere bona in pauperes, non possunt ipsi pauperem unum tãtum eligere loco hęredis, quia distributio facta non esset, ut testator uoluit, & satis est q̃ ipsius, & nomen hęredis habent, & an hoc procedat in compendiosa substitutione facta impuberi. dixi j. de impub. & alijs substit. l. precibus. in 5. q.

ADDITIONES.

a ¶Quod Falcidia euitatur. An hospitale detractionem Falcidiæ patiatur. Pau. de Cast. consi. 288. & consi. 175. idem dicit de Treb.
b ¶Episcopus. Sed dic, q̃ secus est in bonis hospitalis ædificati per aliquem ante hæresim, postea confiscatis ob hæresim si ea inquisitores præscripterint. Cardi. in clem. 1. §. fine. de hæret. quia tunc non habet ius.

AVTHENTICA.

Si captiui. Sicut l. precedens priuilegiauit captiuos, ut non utiaretur institutio, uel legatum, ut incertis personis relictum. sic auth. ista eos priuilegiat, ut hæreditas captiui auferatur hęredi ingrato, expendenda in redemptionem captiuorum. alia etiam priuilegia concedit in fauorem, ut declarat glo. Or. hęc authẽ. in nimia breuitate fuit posita, ideo supple tex. Ibi, possunt in testamento fiendo, quando liberatus erit a captiuitate. Ibi successio ab intestato, uel ex testamento illo in captiuitate moriente. Ibi, fuerunt in captiuitatem. ibi, testamẽtum, arg. ut legata petantur ex testamento, de quo sunt opi. in auth. ex causa. j. de liber. præter. sed eas ibi concordaui ecclesia conficere inuentarium debente, ut in corpore. ibi, captiuorum, & in alijs causis, ut in corpore. ibi, excipitur a pœna huius auth. ibi, contrahant pignorando, uel uendendo, ut in corpore. No. specialia, quę inducit l. ista, ut in glo. 3. quam signa.

LEX XXXIX.

Cum lege. Casus. Iure isto testamenta clericorum nõ subijciuntur querelæ. hoc dicit, hodie secus, ut dixi in authen. presbyteros. supra, eod. Item hodie Episcopus liberatur a potestate, ut in glo.

LEX XL.

1 *Renunciare iuri pro se introducto, an quis possit.*

Si quis in conscribendo. Casus. Iure isto clericus poterat renunciare priuilegio fori, & contra pacta non licet uenire. h. d.

1 †No. ꝙ quilibet potest renunciare iuri pro se introducto.[a] Oppo.

2 ꝙ sacerdos, nec clericus in sacris constitutus possit renũciare priuilegio fori, vt extra, de foro competẽ. c. si diligenti. Sol. ꝙ in hac hac parte hæc l. est correcta, licet possit hæc l. intelligi in clerico habente forum speciale, vt sunt aliqui exempti, qui renunciando priuilegio exemptionis sibi præiudicabunt, vt hic. & ad suum ius ecclesiæ reducentur, vt sub Episcopo conueniantur, & sic intelligendo hæc l. remanebit incorrecta. cætera alia, quæ hic tangit glo. examinare omitto, quia repetuntur, & latius declarantur in l. si quis in conscriben. ℣. de pac. & ibi examinabo.

ADDITIO.

2 †Iuri pro se introducto. Adde Bart. & Doct. in l. j. §. & post operis. ff. de noui ope is nunciatio. & Bal. in l. si quis in conscribendo. & ibi posui in apostil. ad ipsum infra, de pac.

LEX XLI.

1 *Vagabundus, beneficio est priuandus.*

2 *Causa cessante, qualiter intelligatur effectus cessare.*

3 *Causa, qualiter cognoscatur esse finalis, vel impulsiua.*

Generaliter. Primo statuit. secundo, statutum limitat, & declarat. tertio, rationem annectit. quarto, statutum prorogat circa locum. secunda ibi, eos. tertia ibi, cũ propter. quarta ibi, & hoc. Casus. Clerici hic nominati sunt immunes a tutelis, & curis, vt vacẽt diuinis, & cessante causa

1 cessat effectus. h. d. † No. ꝙ vagabundi perdũt beneficium in his, quæ sunt immediate causa beneficij. priuilegiũ autẽ fori nõ perdunt; qa illud non conceditur illis immediate, quia vacent diuinis, sed qa clericis, vt dixi in l. qui sub prætextu. §. tit. j. Oppo. quod immunitatẽ non habeant ipso iure, sed excusationem debeant proponere infra quinquaginta dies, vt Instit. de excus. tut. §. q autem. Sol. vt in glo. 2. ꝙ in istis est speciale, vsq; ad versi. hodie. Oppo. secundo, si immunitatem habent, ergo si volunt tutores esse possunt, cũ beneficium non cõferatur in inuitum. & sic cum hic de qualibet tutela loquatur, s. testamentaria legitima, & datiua sequitur, ꝙ quamlibet suscipere possunt. sed hoc est falsum, vt in auth. ea. §. Deo amabiles, transsumptiue ℣. proxima. in auth. presbyteros. Solu. vt in ea. glo. vsq; ad fi. videlicet, ꝙ hoc corrigitur, vt hodie solũ tutelam legitimam sumere possint, nisi sint Episcopi, vel monachi: qa tunc nullam possunt recipere, vt in ℣rio. Contra istam sol. & gl. insto, qa tex. in ℣riis non dicit, ꝙ testamentariam, vel datiuam sumere non possint, nisi a sensu ℣rio legitimam permittendo, vt no. glo. in d. §. Deo amabiles. sed si sic est, quomodo dicendũ est, ꝙ per ℣rium sensum inducatur correctio l. antiquæ, certe non vr̃ dicẽdum, vt l. si patrem, ℣. de cõdi. infer. & ita tenuit in l. conuenticulam. §. eo. tit. Possum soluere dupliciter. Primo, qa sensus ℣rius nouę legis corrigit id, quod veniebat per sensum cõtrarium antiquæ legis, vt hic. non autẽ per directũ, & expressum sensum veniebat, vt ibi. Solut. ꝙ ideo hic corrigit, quia necessario in cõtrario elicitur, secus si voluntarie eliceretur: quia tunc elici non dẽt, vt correctio euitetur in contrario, quod autẽ in d. §. Deo autẽ amabiles, &c. necessario elicere habemus, quod colligitur ex principio, dũ non permittit Episcopos, & monachos ex nulla l. tutores fieri, & cuiuscunq; personæ, & sic nec testamentarij, nec legitimi, vel datiui fieri possunt. dum ergo sequtur, ꝙ presbyteri diaconi, vel subdiaconi, legitimam suscipere possunt, sequtur necessario, ꝙ non datiuam, nec testamentariã, quam monachos, & Episcopos suscipere prohibuerat, vt saluetur glo. quæ alias nõ vr̃ bene dicere, de ea re recordare in allegationibus, quia facies

2 mutare aduersarios. † Oppo. tertio, ꝙ cessante causa cesset effectus, vt ff. de postul. l. j. §. sexum. Solu. hic de fi. ibi, de impulsiua, vt no. gl. fi. quia hoc incidit in brocardum. latius dic secundum Iac. But. quia aut quæritur de causa efficienti, & tunc quandu res est in fieri, si cessat causa, cessat effectus, non si in facto esset, vt ℣. qui testa. fac. poss. l. furiosum. & ff. de his, qui sunt sui, vel alie. l. patre furioso, aut de causa materiali, & illa cessante cesset effectus, siue sit in fieri, siue in perfecto esse, vt ℣. de cõmit. stipul. l. non morituru. & ff. de verb. obligatio. l. inter stipulantem, §. sacram. & de sol. l. qui res. §. areaum. aut de causa formal. & idem, vt ff. ad exhib. l. Iulia. §. sed, & si quis. & de auro, & argen. lega. l. Seio. §. Caio. & ad l. Falc. l. is, qui quadringẽta. §. quædam. Aut de causa fi. & tunc Iac. But. dicit, ꝙ cesset effectus factus, & fiendus, vt hic, tamen vr̃ dicendum, aut effectus finis, seu causę finalis est ordinatus ad impediendũ effectũ ex tunc, & retro, & verũ dicit ipse. Aut ex tũc, sed non retro, & tunc retro non cesset. primum probatur ff. de ser. le. pro parte. & ff. de lib. agno. l. 3. §. adeo. & ff. de fideiuſ. l. Vranius. ver. quemadmodũ. Secundum probatur ff. de capi. diminu. l. tutelas, in prin. ff. vnde le. l. fi. & Institu. de excu. tu. §. item qui reipublicæ. & hoc est, quod voluit hic dicere Cy. Aut quæritur de causa impulsiua, & tunc non cessat effectus, vt l. j. §. sexũ. ff. de po-

3 stul. † Quæro tunc, qualiter cognoscetur, an causa sit impulsiua,

a vel finalis.[a] Pet. & Cy. hic ponit, Iac. But. ff. de condict. ob causam. l. j. glo. tangit. & ibi latius ponit Bar. in l. 2. §. fi. ff. de do. & pro maiori parte fuerunt verba Pet. dic ergo ꝙ si causa ponitur per modum conditionis, ipsa iudicanda est finalis, vt d. §. fi. ff. de verb. sig. l. cedere diem. fallit in casibus notatis, in l. j. ℣. de instit. & substit. sub cond. fa. & in l. in testamento, ff. de condit. & demonst. si vero apponitur in vim modi, & tunc si implementum modi cõcernit vtilitatem alterius, q̃ eius cui datur, & tunc iudicanda est finalis, vt ff. de condit. & demon. l. quibus diebus. §. fi. & l. Titio. 2. fũ. & §. in eod. tit. & de annu. leg. l. liber. §. Lucio. aut concernit tantũ commodũ eius, cui datur, & tunc aut ad illius actus validitatẽ erat necessaria illius causæ expressio, & præsumitur finalis, vt ff. de donatio. inter vir. & vxo. l. sed si mors. §. fi. cum l. seq. & l. quod adipiscende. ℣. eo. tit. Aut ad validitatẽ illius actus non erat necessaria expressio illius causæ, & tunc si ille modus, vel causa cõcernit actũ piũ, & fauorabilẽ, causa finalis est iudicanda, vt ℣. de do. l. si quis pro redemptione. & ff. de iu. dot. l. si ego. in princ. Si actũ fauorabilem, & piũ non concernit, tunc impulsiua est iudicanda d. l. Titio. in prin. & ita intelligatur gl. in d. l. 2. §. fi. ff. de do. vbi autem non est in vi cõditionis, vel modi, sed proprium per, cum. vel per, quia. vel per similia verba. & tunc si causa concernit præteritum, quod est causa propria, vt l. damnus. ff. de condict. indeb. & tunc pro lata a lege, iudicanda est impulsiua, vt l. j. §. sexum. ff. de postula. & in prolata ab homine distinguendi sunt actus inter viuos ab vltima voluntate, vt per Bar. no. ℣. l. demonstratio. §. j. ff. de condit. & demon. dicam in l. j. ℣. de falsa causa adiecta leg. Si vero causa cõcernat futurũ, & sic ꝓprius loquẽdo, rõ dẽt appellari, vt ff. solu. matri. l. cum mulier. & tũc talis rõ semper finalis, iõ cessante causa cessat dispositio, vt ff. de iure patro. l. adijcere. §. quamuis.

ADDITIO.

2 ¶An causa sit impulsiua, uel finalis. Adde no. in l. j. §. sexum. ff. de postula. & ibi glo. in uer. inquietans. & Doct. Instit. de nup. §. affinitatis, & in Spec. de fer. §. j. ad fi. uer. item no. & de instru. edi. §. nunc autem uidendum. uer. itẽ, quod fuit ob causam, & in tit. de disput. & alleg. §. post hoc. 10. uer. istud statutum fuit ex causa, & in tit. de solu. §. cæterum. uers. item, ꝙ fuit finalis, & ibi uide quæ dicatur causa finalis, & quæ impulsiua. item adde quod in dubio præsumitur impulsiua. Bal. hic. 3. colum. in uersic. 2. oppo. & glo. & Bart. in l. j. §. fi. ff. de dona. & plenius per Bal. ubi sup. 7. col. & in l. si repetendi. uer. quæro nunquid. j. de condict. ob causam.

†Adde de hoc Bar. plene in l. fi. ff. de testam. tute. Alexan. post eum in l. fi. ff. de dona. Ioã Fab. Instit. de testa. milit. §. illic autem. Cardin. Alex. in c. statuimus. §. neophitum. 6. dist. & ibi glo. Panor. in c. 8. si Christus. extra, de iureiur. & Bal. hic nu. 3. & in apostil. ad ipsum in uer. cessante causa impulsiua.

AVTHENTICA.

1 *Vocatus ad legitimam tutelam, se sponte suscepisse declarare debet.*

2 *Immunitatem habens, si nam sponte susceperit, an dicatur, quo ad cæteras suo renunciare priuilegio.*

a **Presbyteros.** [a] Hæc authen. venit ad l. C. correctiuã. nam illa omnes volentes admittebat hic quosdam repellit in totum, vt Episcopum, & monachũ alios admittit, sed non propterea ad omnem tutelam, vt faciebat l. C & hoc vult glo. j. Casus ad legitimam tutelam, volens admittitur

b ad quantum tempus ista emendatio potest fieri, [b] & loquitur, quando libellus in sui forma est aptus, quia esset ineptus in forma, vt proximè dixi, posset fieri quandocunq;. sed si uolo mutare in materia plus, uel minus petẽdo, & gl. nostra distinxit iudicium uniuersale, & generale, a singulari, ut in primis possit emendari vsq; ad sententiam. in tertio vsq; ad litem contestatam, vt l. non potest ff. de iu. & hoc vult gl. usque ad ver. sed quare. Et ibi oppono, quod etiam in singulari possit fieri emendatio vsq; ad sentẽtiam, & sol. vsq; ibi ei autem. ibi iterato opponit ad idem de Lin delictis §. si detracta. ff. de noxali. & so. q̃ ibi circa qualitatẽ, prędicta quando circa rẽ. Examinemus ista p̃ tres quæstiones. Primo quando fiat emẽdatio circa rem. Secundo quando circa qualitatem. Tertio quando circa accessoria, de quo nihil in gl. Circa primum est sciendum, quod Iac. de Ra. dicit, quod in iudicio uniuersali nulla fit emendatio. quia in illo per uiam actionis agitur ad declarationem iuris agentis. quia se hæredem declarari petit, ut l. licèt ff. de peti. hær. & officio iudicis petitur restitutio rerum hæreditariarum, unde iudicis officium augetur. non aũt actio emẽdatur, q̃ pro hoc allegat tex. in l. 4. ff. de peti. hær. Sed caue, ga gl. non vult, quod actio in libello deducta licèt implicitè, emẽdetur, sed ipse libellus editus, de quo tex. noster loquitur, vt dixi sup gl. quoliber officio cæterarum rerum erat petita restitutio. & sic ex eo non meruit gl. reprobari. Sed caue, quia non semper in vniuersali iudicio vsq; ad sniam permittetur emẽdatio, sed demum vsq; ad litem cont. vt in singulari pp rationis identitatẽ, vt in hoc exemplo. Pone, q̃ dicebatur actor se hæredem insolidũ, nũc vult dicere pro parte, quia alium simul cum eo repetit hæredem, vel econtra prius pro parte, nunc insolidum, certe eadem est ratio in hoc uniuersali, quæ in singulari iudicio. Sed tunc circa vtrunque quæro, an glo. bene dicat, ut post litem contest. non possit fieri emendatio, vbi ratione iuris, & actionis vult emendare in minus, & quidam, vt hic refert Cyn. dixerunt posse per diminutionem, quia boni iudicis est lites relecari, ut ff. si cer. pet. l. quidam estimauerunt. contrarium facit, quia ex quo lis est contestata, de toto p̃ nuntiari oportet, ut ff. de iu. l. qua re. & sic in eadem instantia nõ audiatur. Ego puto utranque partem posse procedere ad sanum intellectum, vt emendare possit per diminutionem, & probare solum de parte illa, non emendata. & pro ea parte non condẽnabitur reus, & in parte emendata tanquam ex confessione ipsius probata; non vera absoluetur reus. & sic de toto pronuntiabitur. ut d. l. de qua re. & pro hoc accedat ff. de doli excep. l. apud celsũ §. item quæritur cum eo. & quod ibi no. gl. & Cy. j. de li. cõtes. l. i. ad fin. quinimo factus esset reus, si propter emendationem non permitteret absolutoriam fieri super libello seu a contẽtis in eo; putans in noua instantia actorem minus uetere posse, quod falsum est obstante exceptione rei iudicatæ, ut ff. de excep. rei iudi. l. si quis cum totum. & opera talis emendatio. vsq; ad diẽ emẽdationis teneatur ad sumptus aduersario, cui licuit totum negare ratione partis, ut extra C. de confessis l. 2. lib. 6. & de testi. c. pũctũ eo. lib. & ibi no. & a tpe emendationis vsq; ad sniam ad expẽsas. pdẽnetur; reus, qui in parte nõ emẽdata, expectauit sniam, & hoc de emẽdatione circa rẽ. Circa emẽdationẽ, vel adiectionem vero qualitatis, dic latius q̃ gl. ut dicit, q̃ si p̃ detractionẽ, vel adiectionem qualitatis contingeret mutatio actionis propositæ, ut in casu l. ptor §. docere ff. ui. bono. rapto. & tunc ante lit. cont. licet, nõ postea, ut in mutatione actionis, j. dicetur: sinasit ex tali detractione, uel adiectione non mutatur actio. sed inducitur facti diuersitas in substantia, ut in casu l. denuntiasse §. quid tamen ff. de adulte. & adhuc non licet lite. cont. l. de qua re. ff. de iudi. ubi aũt neutrũ istorum contingat, tunc licet etiam lit. cont. vt in l. in delictis §. si detracta. & in hic gl. Et pro istorum maiori declaratione uide, q̃ scripsi j. ad l. Iul. de iu. l. 2. in gõne, q̃ ibi formaui. Circa accessoria vero, ut fructus, dic, aut ante lit. conte. & potest. aut post, & tunc aut ipse fructus petere. & de per se, ut rem principalẽ sine obloquio. & sic per uiam actionis, & non potest, quia tunc accumulare uidetur actionẽ actioni, quæ isto casu prohibetur, cum absolutoria lata in principali pariat exceptionem rei iudicatæ in accessoria, ut l. fundum quẽ ff. de exce. ubi casus, aut illos petere iudicis officio, ut rem accessoriã. & tunc aut erant ante litẽ percepti, aut postea. Primo casu non põt de illis adiectionẽ facere, quia in libello hoc debuit petere, sm Pet. & Cy. & pro hoc inducit glos. ff. de dam. infe. l. si quis iussum §. fi. sed illa gl. prima facit in oppositum. Secũdo dic, aut tpe libelli fructus illi erant pẽdentes, & tũc, quia cẽsentur pars rei, intelligunt petiti, ut ff. de rei uendic. l. fructus. & ff. de his, q̃ in fraud. cred. l. fin. §. peti. & ideo adiectio de his non esset necessaria, facta tamen non uitiaret, nec reijceretur. aut tunc non erant pendentes, licèt postea sint percepti, & tunc inducitur adiectio fieri potest, quia contingẽtia post lit. contesta. spectant ad iudicis officium, ut ff. de rei uendic. l. fundum. §. j. in fine. & de ædil. edic. l. ædiles. §. idem sciendum. † Vlso de emendatione, nunc quæro de mutatione. Et primo quando dicatur mutare, seu quid mutare, respondit gl. successiuè in uerbo, subijcit, q̃ mutare est vetera relicta noua eligere. quod declara per exempla, putà si primo agebam ex causa locati, nunc ex empto, uel econtra. vel si primo ex causa commodati, nunc depositi. Idem de re. vt si primo petebam stichum, nunc dico de Pamphylo, in totum recedendo, a Sticho, & probantur hæc ff. de testib. l. hæredes §. si quis, & §. de nouo. C. componendo. §. quibus.
13 ibi, imo & commutantes, &cæte. † Secundo circa idem quæro vsq; ad quod tempus, respondit glo. quòd vsq; ad litem contesti. non postea, ut l. non potest, & l. de qua re. ff. de iud. & hoc usque ad uersi. sed cumulatio. Hodie autem dicit glo. hoc esse correctũ p̃ auth. qui semel j. qũo, & qũ iudex, distinguendo, aut reus nondum est p̃ libellũ conuentus, & possit, aut iã est conuẽtus: & non possit

ADDITIONES.

a ¶ Reijciendum esse. Et adde. do. Soci. con. s. 116. incip. nisi processu circa med. 5. colum. in 1. parte char. 220. q̃ regulariter libellus ineptus per iudicium repelli debet, etiam parte non opponente, sed quid si est pro parte aptus & pro parte ineptus, an pars inepta uitiat, dic, q̃ non, ut per præfa. Soci. in d. consi. uer. confirmantur prædicta, circa medium char. 1019.

b ¶ Potest fieri emendatio libelli. an & quando fieri possit, uide pulchrè & no. cũ q̃ plurimis limitationibus d. Soci. & hic. & eius. consi. 41. inc. antequam ad quęstionem. uer. uerum prædictis non obstantibus. circa fi. in 1. parte char. 82. ubi, quod libellus est demonstratiuus futuræ litis, unde ante lit. cont. est infieri, & esse, & potest fieri emendatio, post lit. cont. uero prejudicat, nec fit emendare, quia amplius non est in fieri, sed in facto esse. & adde hoc plenè per d. Francil. Aret. quem omnino uide, qui dat ad prædicta 7. no. fal.

possit reo inuito, vt ibi, & hoc vult glo. post ver. Sed cumulatio, quam pro continuanda materia omitto. in uer. quod autem dixi, vsq; ad ver. sed nunquid, & hæ sunt opinio. Azo. Odof., uero dicit plures se obtuuisse contra glo. istam, & cum Iac. Bulduini & Iac. de Bellu. & Iac. de Rauen. & quandoq; Iac. Bu. dixerunt, q̃ p̃ illam auth. non est innouatum: quia legum correctiio debet euitari, vbi ea, quæ videntur contraria, possunt diuisione iuuari: vt §. in j. cõstitutione C. §. quib. j. de appel. l. præcipimus, sic est in proposito, quia hic in emendatione, & sic in litigare nolente, & in mandato procedente, vel mutato, ibi in differente, & differre uolente, per tit. j. ut nemo inuitus & c. hanc solutionem dicũt etiam probari in corpore, de litigiosis. §. omnem uero. Vnde illa auth. sumitur ubi in prin. ponitur actorũ allegatio, quæ erat, quod uti uolebãt auxilio l. quæ disposuit, ut nemo inuitus agere cogatur, per quam rationem apparet, quod in differente, & reum frustrãte loquitur tex. ille, cum ratio limitat, & restringat dictum, ut ff. de iure patro. l. adigere §. quamuis, & hanc opinionem tenet gl. j. de iureiur. propter cal. l. 2. §. quod si actor. Pet. uero cum Azo. & glo. hic posita dicit, quod ex quo actor reo libellum edidit, vẽ fecisse suum contestationis extremum. ideo ab eo non licèt recedere inuito reo, qui conatur persistere, & suum extremum adimplere. arg. l. sicut j. de act. & obli. & extra, de reg. iur. c. quod semel placuit, & sicut ex parte sua lis est quasi contestata. vt no. glo. 2. in d. authen. qui semel. Confirmatur, quia in perniciem alterius non licèt mutare consilium, in c. mutare consilium, de regulis iuris libro 6 Hanc opinionem sequitur Cyn. præcedentem opinionem Odofred. & alterius glos. positæ, in d. §. quod si actor. puto veriorem per rationes ẽ. positas, quæ procedunt maximè in emẽdatione. Sed in mutante idem dicò, & alia ratione, quia nemo dubitat, q̃ si actor vellet renunciare liti, posset inuito reo, vt j. tit. j. l. postquàm. cum tunc reus non haberet iustam causam contradicendi, quia per talem renunciationem actor amplius ad causam non posset redire. Sed per mutationem actoris, de qua loquimur ipse veterem deseruit, ut hic in gloss. & per consequens illi renuntiare dicitur. argumen. l. destitutiẽ. ff. de iudic. & infra. de furt. I. manifestissimi §. sinautem nescius. ad fin. facit l. falsos. infra. de falsis, & sic non interest rei, ut persistat in illa, saluo nisi cum protestatione mutaret: quia tunc authen. qui semel. locum haberet. Consilium tamen datur conuento, ut de hac mutatione faciat in actis contra, quod & iudex, ad eius instantiam debet facere, ut sic de ea postea possit solenniter probare. Quinimo, & cautela esset, ut super actione mutata iudicem pronuntiare faceret. Non obst. ratio Petr. quia non est uerum, quod ex parte actoris sit contestatio, uel quasi facta: quia tunc frustra esset postea ab ambo. fienda, quod est necesse. cum contestatio sit simul testatio. i. continuata affirmatio, & contradictio, vt j. de lit. contest. l. j. à dictione, con, quę simultatem notat, ut l. j. ff. de pact. & l. ex consensu. ff. de actio. & obliga. præterea Petr. ratione attenta, hoc idem debemus dicere de iure antiquo, & nouo. quod tamen non est versũ, vt hic, & ff. de iustitia, & iure, argumento l. cum fundum. in fin. Ad aliam rationem de cap. mutare consilium. Respondeo, quia hæc mutatio non fiet cum rei detrimento: quia dico, quod admitti debet demum cum refectione expensarum factarum in deliberando cum aduocatis, & procuratore, & etiam itineris, quia temerariè eum fatigauit. fortè enim nõ litigasset, si aliter libellum formasset ab initio, & pro hoc facit iste tex. in fin. & infra, de iudi. l. iancimus, & sic faciendo non reculat iniuste. aliàs sic, & hæc vult in §. omnem. dum ibi dicit iniuste tantum reculat &c. & ita dicebat dominus meus fuisse cõsultum in Bononia, & fortè fuit de mente glossæ hic positæ, quę dicit, quod actor impunè potest desistere, si reus nõdum erat conuentus, quasi illud per verbum, impunè, concernit pœnam damnorum, & refectionis expensarum. Nunc vt proximè dicta declarem, & materiam continuem,
14 † Transeo ad tertiam partem, & oppono, quod tex. malè dixe-
a rit, dum dixit, prout edicti perpetui, &c. Nam aut dices, quòd hęc dictio, prout, [a] stet similitudinariè: vt sit sensus, quod Imperator ita permittit emendationem per hanc legem, sicut prætor per eius edictum, & hoc stare non potest: quia tunc indistinctè permissa esset emendatio, vel mutatio: quia similitudo esset in substantia dispositionis, & autoritatis, & tamẽ hoc est falsum. Nam non semper potest fieri: ut supra est dictum. Præterea hic non potest stare similitudinariè propter secundam partem disiunctiuam, quæ dicit vel ius reddentis decernit æquitas, quæ rem non ponit in certo, sed dimittit in iudicis arbitrio. Aut dicis, quod stet demonstratiuè, & ad huc male: quia nec edictum, de quo hic loquitur, apparet. Præterea secunda pars disiunctiue uelut dubia, & incerta hoc non patitur. Aut dices, quod stet relatiue, & male, & relatio, & dispositio nulla, nisi quatenus appareat de eo, ad quod fit relatio, ut infra eodem auth. si quis in aliquo documento, & de sententijs, quæ sine certa quantitate. lege tertia. sed de edicto, nec de æquitate iudicis decernentis apparet, ergo, &c. Sol. ut sentit glos. super uerbo, prout, & sequen. in prin. videlicet, quod nõ stat similitudinarie tantum pro sicut, sed stat similitudinarie, & relatiue, & non simpliciter limitatiue ut similitudinem, & relationem faciat ad edictum in permissione emendationis, & mutationis. & permissionis, qd̃ edictũ licet non habeamus quo ad verba. tñ huius mentem habemus l. j. in prin. ff. eod. similiter relationẽ faciat ad æquitatẽ, licet indeterminatam in iudicis arbitrio re scindentem, & sic ad æquitatem generalẽ, vel in genere sumptã, & non simpliciter, sed qualificatiue, & temporaliter, ut ante lit. ptesta. non postea, nec ẽt semper ante litis contesta. vt j. subiiciã, ut sic concludẽdo sit sensus, quod emendatio, & mutatio pmittatur, & eatenus permittatur, quatenus autoritas edicti permittat, & ęquitas iudicantis sugesserit considerando tempus, & qualitatem emendationis vel mutationis, & de hac dictione, prout, habes hic, & ff. de mune. & hono. l. rescripto. in princip. & ibi notat tempus cum perfectione actus. Et canonistæ habent in c. Abbate. extra, de verborum significatio. † Quæro successiue pro prędictorum declaratione, quando iudicis æquitas decernit non posse mutari. respondeo ſm dominum meum, qſi mutatio nõ tẽdit ad ꝓmodum mutantis, sed ad incommodũ rei, tũc non dẽt iudex permittere ar. ff. de aqua plu. l. j. §. idẽ aiunt, & in l. summa. §. item Labeo. vt in hoc exemplo. Si uolet mutare rei uendicationem in condi. furtiua. Nam licet condi. non infamet infamia iuris, vt ff. de act. & obl. l. cessat. tũ furtiua infamat infamia facti, vt no. in l. parens, & l. licet ff. de obsequijs. quæ, & a dignitate repellit, & ad quærelam facit admitti, quod aliàs non admitteretur, vt nor. in l. nulla. in princ. j. ex qui. cau. infa. itro. & in testimonio minus fidei facit adhiberi, ut no. in l. 2. ff. de senato. Vbi uero prodesset mutãti uel emendanti, nec ex mutatione conuẽtus redderetur minus instructus, tunc idem debet permittere, nec refectio expẽsarum tunc debet fieri, nisi propter emẽdationẽ, vel mutationem cõuẽtus modo cedat liti. vbi aũt conuẽtus redderetur minus instructus ex mutatione, tũc dicit glo. nostra, & bene, quod noua dilatio ad deliberandum debet dari cum emẽdatione damni, & interesse, & subiungit gl. quod pro hoc interesse datur actio in factum cõuento, & allegat ff. eo. l. si quis ex argẽtariis §. ex hoc edicto, quæ modicum aut nihil facit ad casum. Ideo gl. no. & eam intelligo, ubi conuẽtus uiam actionis uellet eligere, sed dico eũ posse implorare officiũ iudicis, ut ex æquitate huius legis mutantem uel emẽdantẽ nõ admittat, nisi prius refundat expẽsas, vt §. dixi in qõne, an hodie hæc materia esset correcta p̃ auth. q̃ semel. facit l. sancimus j. de iud. Et forte glo. ẽt hæc paulo supra idẽ uoluit, dũ dicit, q̃ noua dilatio datur cum emẽdatione damni, vt vult hæc gl. in fi. an minor rusticus vel mulier incurrãt pœnam emẽdationis dãni, & interesse, & dicit, quod sic p̃ l. j. in fin. ff. eo. quod est notãdum, q̃ lex illa in diuerso casu loquitur, uidelicet, qſi interesse ve nit obj contemptũ iudicis p̃ceptũ, quo casu forte actio restitueret in antiquũ debitorẽ, q̃ commodũ, & lucrum sniẽ reportatur. ar. l. fi. ff. eo, per quem factum est. Nos autẽ loquimur in casu, in quo conuentus remaneret in damno. Præterea ibi ob imbecillitatem ætatis sexus, uel imperitiæ creduntur editionem omisisse, hic creduntur cũ deliberatione, & cõsilio libellum talẽ obtulisse, arg. j. de dila. l. si quando. præterea ibi in omittẽdo delinquit, hic in cõmittendo. Præterea cũm iste casus, non reperiatur expressis in iure, vẽ eis subueniendum non esse, ut §. dicit de iur. & fact. igno. l.
16 ne passim. † Quęsiuit Gul. de Cu. [b] an reus, q̃ deliberat cedere, &
b non contendere, tenetur actor ad expensas citationis l. belli, & aduocati. & rũdet, qd̃ si eius mora præcessit uocationẽ in ius, tenetur ad refectionem sumptuum, non aliàs, quia tunc nõ subest æquitas, quod no. Et caue, q̃ sumptus ante facti in libello, debẽt
17 peti. ar. eius, quod no. glo. ff. de dam. infec. l. si quis §. fin. † Quęro,
an si actor in libello, ut est moris, reseruauit sibi ius addẽdi, & mi
c nuendi, [c] & mutandi, an postea pro libito poterit mutare, minuere, uel addere, dic, quod si tenes opi. Pet. §. posita circa correctionem huius legis, quod talis reseruatio declararet, qd̃ ex eius parte non esset factũ sniũ extremum litis contestatio. & sic remaneret hęc lex incorrecta. sed tenendo opi. quã tenui, hic reseruatio non

ADDITIONES.

a † Hæc dictio prout. Adde. q̃ si ista dictio cadat super eo, quod pro certo affirmatur, ponitur assertiuè, & demonstratiuè, ut not. in c. Abbate. extra, de uerb. sign. si uero ponatur in oratione incerta, & imperfecta, quòd tunc ponitur relatiuè, & quandoque limitatiuè, quandoque causatiuè, & quandoque iustificatiuè, ut no. in c. neniens, & ibi Pan. extra, de testi. & in c. 2. extra, de confes. lib. 6. Bar. in l. præsbyteris §. de epis. & cle. & Ale. consi. 30. uol. 2. & consi. 66. uol. 1.

b † Quærit Gul. de Cug. Adde quod plenè notaui in apos. ad dictum Gul. hic, nu. 24. in apost. 5. q̃ non possim a te petere expensas Pan. ca. licèt eli. nu. 13. & ibi in apost. in uer. ad expensas. extra, de simo. Fely. c. nouit. col. 1. uers. fal lit primo. extra, de iud. Bal. in l. non ignorat j. de fru. & lit. exp. & Rom. sing. suo. 396. incipi. alio sero dominus Emanuel.

c ¶ Reseruauit ibi ius addendi, & minuẽdi. Adde quod hæc clausula nihil operatur, quia a lege taxatum est tempus usque ad quod licèt addere uel mutare. l. lit. contest. quia post illud non licèt, secundum Bar. in l. Nesennius. uers. & ideo illa uera ff. de neg. gest. & hic, in pen. col. uers. quæro dixi. & Abb. in glo. in c. inter dilectos, de fi. instr. operatur tamen, quod actor non uidetur connexe agere secundum Host. in d. c. inter dilectos. uide Bal. & doct. hic in 24. col. magna. uers. item dubitatur de clausula, in repet. Perusina, & Bar. in l. non solum §. mo te, v. col. de ope. no. nun. Ang. in Auth. de non alie. re. eccl. in prin. colum. 2. uide omnino Ang. in Auth. de litig. §. omnem, uer. sed quæro in fi. libelli. col. 8.

non tribuit sibi maiorem potestatem circa eam, quã haberet, ga hoc nõ dependet ex eius potestate, sed l.& iudicis, vt hic, & sum°
18 expediti de principali materia nostræ legis. † Reuertor ad mate-
a riam cumulationis, ª quam gl. 3. §. ponit in verſ. sed cumulatio. Et quæro primo. extra, gl. quid sit cumulatio. Respon. cumulatio est plurium rerum, vel actionum coaceruatio contra eundem propositione legitima facta in iudicio, vt probatur in l. si idem cum eo. ff. de iur. omn. iud. Secundo, an de jure cumulatio sit regulariter permissa, & respondet glo. q̃ sic; & probat dupliciter. Primo, quia nulla lege vetatur, ergo dicere contrarium est, inhærẽdo ad absentiam illam incurrere, de qua in l. illã j. de colla. & in Auth. de tri. & se. §. consideramus. Secundo, quia omnia intelliguntur de iure permissa, quæ non apparent prohibita, vt fl. ex quib. cau. ma. l. nec non, §. quod eis, & de procu. l. mutus §. cum quæritur, & de prob. l. ab ea parte, & de testi. l. j. Tertio addit dominus meus, quia testes hoc probãt. videlicet ff. de iur. om. iud. l. si idem, & de trib. l. quod in hæredem §. eligere. 3. respon. & inst. quod cum eo. §. is quoque, & j. de anna. excep. l. si quis ex multis. Cõtra ista pluribus modis arguit Dyn. in c. nullus plurib. de reg. iur. lib. 6. & ea ibidem soluit, quæ gratia breuitatis omitto. Verum tamen attende, q̃ glossi. nostra, istam materiam intelligit, quando vna actione proposita, aliam, ex post facto, vult proponere, & ita Dy. in d. c. in responsione, quam fecit ad 4. arg. quod inducit ad impugnãdum
19 regulam cumulationis permissam; † Quæro in quibus casibus regula fallit, & sic cumulatio sit prohibita. respondet gl. q̃ in duobus, videlicet quando sententia lata in prima pareret exceptionẽ rei iudicatæ in secunda. Item quando actiones ita se habẽt ad inuicem, vt tollantur electione. Sed hic attendendum, quod Dyn. in d. c. annectit tertium casum, vtlicet quando actiones sunt ꝯriæ, & tolluntur electione, vt est falsum, & inofficiosum, vt l. eum qui. & l. contra maiores j. de inoffi. testa. quod declarat. Ia. Bu. ga cũ electio sit de pluribus, vt ff. de optione leg. l. j, & 2. & l. si optio. & falsum, & inofficiosum sunt contraria in origine, & per consequens alterum tantum sit in esse productum, sequitur, quod propriè in eis non cadat electio. Hinc est, quod dicimus, quod vna via ex eis erroneè electa, non præiudicat in alia, vt dicam l. eum qui, & l. contra maiores ff. de inoffi. testa. l. mater §. penult. & l. si ex certa, & est sciendũ, q̃ electa vna præiudicat in alia, vt ff. de petitione hæreditatis l. legitima. hoc non est vi electionis, sed tacitę repudiationis, & hoc licet sit verum, tamen putat dominus meus fuisse satis de mente glo. per leges, quas allegat, videlicet infr. de fur. l. j. & de codic. l. fin. Alij, vt Bart. addunt alios tres casus videlicet, quando duæ actiones sic inuicem se habent, quòd ratione maioritatis prima maior non admittit secum aliam maiorem secundo loco propositam, ut infr. de ordi. iu. l. fi. & de iu. l. per minorem, sed ille casus non attingit materiam cumulationis, de qua nunc tractatur, cum contra eundem ambæ proponi quæruntur. non, quando vicissim, vt in ll. per Bar. inducts, & q̃ contra eundem, si ex eodem facto descendunt, minor electa facit silere maiorem j. de app. l. i. & ad l. falc. l. damus, & j. q̃ ciui. act. l. j. & tunc est ratio, quando ista lata in prima, & c. vt §. dixi, & j. dicam, & latius hoc declarauit in d. l. j. in septimo, & decimo contrario, & in distinctione ibi posita. Item addit casum, q̃ actiones sic se hãt, q̃ ex ordine vna debet aliã precedere: vt in casu l. ordinarij j. de rei vendi. & in l. incerti j. de interdic. sed certè, & iste laborat eodem morbo, quo præcedens. Nam petitorium, & possessorium simul ꝯ eundem proponuntur, quando ratione ꝯrietatis nõ repugnãt: vt in dictis legib. notatur: sed non uicissitudinariè ambo admittũtur: ut appareat qs actor & reus, & sic de cumulatione ibi nõ tractat. Itẽ addit aliũ casum videlicet, q̃ sunt duæ cãæ talis nãæ, q̃ p dẽnatione & executione facta ex vna cõtingit liberatio in alia. hoc probat p notata in l. j. in fi. ff. si fa. fur. fe. dica. Sed mihi vr, q̃ iste casus vel nõ attingit materiã cumulationis, vel sub p̃cedentibus comp̃hendat, nã vt Bar. intelligit, sniia lata frustra de cumulatione q̃rit, cũ prima sit finita, licèt eius executio pẽdẽte differat. Sedo pp solutionem, q̃ vtranq; extinguit actionẽ. aut prima pendẽte, & dico, q̃ cadit sub exceptione glosę, nã cũ agat ex eodem facto primo, ppositio. s. ex furto a familia facto, qd̃ cesset vnicum factũ, vt ff. de iurisd. om. iud. l. si familia. sententia absolutoria põt taliter ferri sup facto, qd̃ obstaret exceptio rei iudicatæ in secda & eq̃ parat̃ talis absolutoria pdẽnatorię, cuius facta esset executio: vt ff. de excep. rei iudi. l. si qs cum totũ §. planè. Addit ẽt quartum casum in l. nãliter §. nihil. ff. de acqren. pos. uidelicet, q̃ ex ppositione secdæ accusationis vr actor asserere se habere id, quod petebat ex prima, vt ibi in possessorio, & petitorio fm̃ tertiã lecturã ibi positã: sed certè nec ibi de cumulatione tractat: qã tũc primæ renunciatum intelligitur vt ibi in gl. & si renunciatum nõ intelligitur ratione ꝯrietatis, cumulatio impeditur, & sic sub exceptione glossæ cõprehendetur: & sic Dynus, & gl. uidentur pfectè sa-
20 tis dixisse, & clarius patebit in distinctione sequenti. † Verũtamẽ concludo sic istam materiam sequendo stilum domini mei: cum quæritur, quando cumulatio actionum ab eodem ꝯ eundem sit permissa. dic aut actiones sunt ꝯriæ in effectu uel origine, & cumulari non possunt obstante ratione contrarietatis, & repugnantiæ, quæ allegantem contraria facit repelli, ut j. de inoffi. test. l. cũ qui. & l. j. maiores. si seruus extero. l. j. & de furtis l. j. & de codicillis l. fi. fallit si actor redderet incertus ex facto aduersarij sui, quã proponere deberet, ut l. j. §. quod autem, ff. quorum legatorum: aut actiones non sunt contrariæ: & tunc aut in nullo se contingunt: quia sunt diuersæ in formula ipsarum: item in causa, & facto, ex quo descendunt: item in effectu, & fine: quia ad prorsus diuersa competunt: & indubitanter cumulatio est permissa: ut in legibus, & rationibus §. allegatis in secunda quæstione, circa hãc materiam. Aut in aliquo ex pdictis conueniunt: & tunc uidendũ est in quo. nam interdum conueniunt in formula tm̃, sed differũt in causa, & facto, similiter in fine, & effectu, interdum conueniũt in formula fine, & effectu, sed differunt in causa, & facto. Interdũ differunt in formula tm̃, & conueniunt in causa, & fine, vel effectu. Interdum differunt in formula, & causa, & conueniunt in fine uel effectu. interdum differunt in formula, & in fine, & in effectu: sed conueniunt tantùm in causa, & facto: & sic erunt sex cõbinationes, & membra. Primo casu, quando in formula tantùm conueniunt, sed in alis duobus differunt, q̃ ex diuerso facto, & causa cõpetunt, & ad diuersa, & cumulatio tũc est permissa, imo & vna formula potest proponi pro omnibus: vt ff. fa. erc. l. hẽdes, §. de plurib. & pro socio l. cum duob. §. si plures. & de actio. emp. l. non est nouum, cum si. nisi cumulatio fieret de accessorio, ut. l. fundi ff. de excepti. & est ratio, quia tunc obstaret exceptio rei iudi. in accessorio, absolutoria lata in principali. Ratio rõnis est, qa cuius iudicij obstat sniia, eiusdem obstat & dependentia, ut ff. de cõdictio. inde. l. Iulianus uersi debitorẽ. Sedo casu, q̃n puenisset in formula, & causa, puta, qa dantur ex eodẽ facto, sed differũt in fine, & effectu: qa ad diuersas res dantur, & tunc cumulatio est prohibita, qa cũ actiones descendant ex eodẽ facto, possibile est absolutoriam taliter ferri, puta super facto, q̃ obstaret exceptio rei iudicatæ super actione cumulata, ut l. si duo §. idem Iulianus ff. de iureiu. & no. in l. duob. §. colonus, in eo. tit. & si sic, debet obstare iudicij dependentia. ut proximè dixi, & pro hoc facit, quia, & si in formula different, ex quo in causa pueniret, cumulatio esset prohibita, ut in alio mẽbro infra dicet, ergo fortius, ubi ẽt in formula conueniunt. Tertio casu, quando conueniunt in formula, & effectu, & sic eodẽ noie uuncupant, & ad idẽ dãtur: sed differũt in facto, & cã ex qua cõpetunt: qa ex diuerso facto oriunt, & tunc cumulatio est permissa, ut in iuribus: & ll. 3. in primo mẽbro allegatis, quæ hoc membrum, & illud probant. Quarto casu, nõ solum differunt in formula, sed conueniunt in cã & effectu, & sic eadem causa ad idem competunt, & tunc cumulatio est prohibita etiam in eo, q̃ plus esset in una, q̃ in alia, vt ff. de trib. l. q̃ in hæredem §. eligere j. responso. & de reiur. l. nemo ex his §. quoties, & de iureiur. l. duob. §. colonus, & rõ est, quia sic est impossibile pronũciari in prima, quod nõ obstet exceptio rei iudicatę in secda: ut §. dixi. Quinto casu, quando differunt in formula, & causa: sed conueniunt in effectu: quia dantur ad idem, licèt ex facto diuerso: & hic sunt opiniones. Nam Dy. cum gl. tenet quod cumulatio sit permissa, tum, quia una electa non præiudicatur in alia, tum quia nec sententia potest sic ferri in una, q̃ obstet exceptio rei iud. in alia: & sic eius iudicij non debet p̃iudicare dependẽtia, ut d. l. Iulianus. a sensu ꝯrio, cuius est rõ, qa frustra expectaturille casus, cuius nil operatur euentus, ut ff. ad Vellej. l. aliqñ §. fin. sed cum causa sit diuersa, sniia in vna lata non parit exceptionem rei iudicatæ i alia, ut ff. de exce. rei iu. l. cum quæritur, & l. cũ de hoc, ergo, & c. tũ & tertio per textũ expressum ff. de leg. j. l. eiusmodi, §. qui seruum. Pet. uero Ia. de Ra. & Cy. tenent ꝯrium, ex eo, primo, quia superuacuis nõ debemus uti, maximè cum in brigatione aduersarij, ut §. de preci. imp. off. l. fi. & j. de app. l. ampliorem §. refutatorijs. sed hæc cumulatio esset superuacua, cum non possit fieri exactio nisi ex una, ergo & c. Secundo quia hoc est in criminalib. ut j. de accusl. qui de crimine, & ff. eo. tit. l. senatus, ergo & in ciuilibus, cum in eis ratio non est diuersa. Tertio per tex. ff. de reg. iur. l. nemo ex his §. quoties, qui loquitur indistinctè. Quarto per tex. ff. de pecu. l. quoties §. si creditor, ubi non admittitur contra diuersos, ergo multo minus contra eundem, & ad idem, & eodem modo induco alium tex. ff. si fa. fur. fe. dã. l. j. in fi. Mat. syl. Iac. But. & dominus meus stant cum gl. & Dyn. distinguendo tamen, quod aut ambæ, uel saltem altera est ex causa non litigatiua, & tunc earum cumulatio est permissa, ut ff. de act. & obl. l. si is qui Stichum, cum seq. nam ex quo causæ sunt plures, & facta diuersa, est quid imputetur pluries contrahenti, uel facienti, vnde nimirum, si ex suo facto pluribus actionibus potest imbrigari, ut unius actionis effectus extendatur ad rem alterius, non ad æstimationem, & sic non obstant obiecta, quia loquũtur, cũ unicum est factum, & causa, nos, quando plura, & diuersa. Aut ambę, seu utraq; actio licet ex facto diuerso uenit ex causis lucratiuis,

A D D I T I O.

a ¶ Ad materiam cumulationis, an & quando cumulatio admittatur, uide est gl. & Bar. & doc. in l. maiorem ff. de pac. & Alex. in l. si plures, eo. tit. in l. fi. idem cum eo. de iu. om. iu. & in d. l. 3. ff. de arb. Item uide per d. Franc. [illegible] ult. col. ibi quod autem sit, & de Soc. qui uiitur defendere Bar. & [illegible] omnino uide, & Ias. in add. in 9. col.

tiuis, & tunc cumulatio est prohibita, quia eius effectus est prohibitus, & causa. vt §. de fac. fan. eccle. auth. multomagis. & ff. de spon. l. oratio. cum si. sed acquisitio ex duab. causis lucratiuis est prohibita, vt ff. de act, & obl. l. omnes. ergo, &c. Quinimo iudex, hic videns libellum actionis cumulatiuum tanquam de iure non procedentem. secundum, dominum meum debet lacerare. vt l. j, ff. de off. assef. & iste casus continebatur sub secunda exceptione posita in gl. videlicet, quando actiones tolluntur electione ratione incompatibilitatis, non quia sint contrariæ, sed alias incompatibiles. l. concurrere prohibente. Sexto casu, quando differunt in formula, & fine, & sic dantur diuersa, sed conueniunt in facto, qa
2 ex eodem facto descendunt, & tunc cumulatio ª est prohibita, vt sæpius allegato. §. eligere. & d. l. nemo ex his. & d. l. duob. §. colonus. in quibus est casus. Et est ratio, quia sic est impossibile, pnunciari in prima, q̃ exceptio rei iudicatæ obstabit in secunda. & sic eiusdẽ iudicij debet obstare dependẽtia, vt d. l. Iulianus. verum de bitorem. Hæc sic late per sex membra tractaui, quia commodius & maxime non speculatiuis singulas causas singulis modis expri mere, & separate, non pmixtim tractare. vt Inst. quib. mo. te. infir.
21 §. sed quia sane. & inst de le. §. non vsq; in fi. † Quæro modo quarto, an super actione cumulata iurabitur de calumnia, & dic, quod sic, vt in glo. 3. quam prosequor in vet. sed nunquid. Nam quancunque opinionem teneas tiue Azonis, vt iuret super actione, habeo propositum, siue teneas opinionem. V go. q̃ iuretur super facto, habeo similiter propositum, quia vt patet ex proxime dictis oportet, q̃ factum. & causa sint, diuersæ, alias non admitteret cu-
22 mulatio. † Quæro successiue cum glo. an super actione primo, ppo-
23 sita pronunciabitur. & dic, q̃ sic, vt in glo. licet prius videretur velle oppositum, & hoc vlque ad. ver. item an in noua. † Quæro vltimo, an in actione cumulata debeat noua dilatio ad deliberãdum dari. & dicit glo. q̃ sic, nisi ex deliberatione prima potest esse instructus in secunda. & est ratio, quia causa propter quam dilatio datur, tunc cessat, exemplum tamen, quod ponit de actione furti, & vi bo. rap. ex eadem rapina, non videtur tutum, cum ambæ descendant ex eodem facto. & sic non debet admitti cumulatio per ea, quæ §. dixi. sed exemplum procedit, ex quo pars aduersa consentit. & hæc sufficiant.

A D D I T I O.

a Cumulatio. Adde vltra ea quæ hic no. Bal. in l. nc. nu. 62. ver. nunc de cumulatione. & in repe. huius l. nu. 92. vet. l. 3. quæritur ad materiam, quando procedat cumulatio Bar. in l. hæredes. §. plurib. ff. fa. erc. & in l. non est nouum. in prin. ff. de act. emp. & Spe. in ti. de act. & peti. §. vtrum actio. paulo post prin. & in ver. item repellitur. & seq. vbi plene.

LEX III.

1 *Litigat temere qui probationes non habet.*
2 *Ius & æquum an sint diuersa.*
3 *Reus quando absoluatur, actore non probante. & nu. 4.*
5 *Reus suscipiens onus probandi, si non probauerit, quomodo absoluatur.*

a Qui accusare. ª Reus non tenetur edere actori, pria instrumenta ad intentionem
1 eius probandam, qua non probata, reus debet absolui. h. d. † Not. quod temere agit, qui probationes nõ habet, vt hic in prin. prius enim illas sibi parare debet, ut §. eo. l. 1. Item, quod aduersario suo quis non tenetur probationes parare, concordat j. de testi. l. nimis graue. Tertio quod actore nõ probante, reus absoluitur. Quarto, q̃ reus, qui negat, probare non compellitur. concordat l. actor. j. de proba. Quinto, quod absolutoria tenet, licet reus sciat se debitorem, quinimo, si apud se habeat instrumentum debiti, & instrumento postea ad manus creditoris peruenio, an aliquod remedium detur ei. vide tex. cum gl. man. l. fi fideiussor. §. in omnibus. & quod no. Cy. j. de condi. inde. l. 1. & attende, quod reus in occultando proprium instrumentum non committit dõlum: quod patet, quia edere non tenetur. sed secus si occultaret originale, vt protocollum notarij, cui successit, quia tunc dolum, & falsum committeret. vt ff. de falsis. l. Paulus. & j. de fal. l. eum. cum ibi no. Oppo. quod textus inepte dicat, qui accusare, quia si in accusatione loquatur, ratio posita ibi actore non probante. & c. non conuenit dicto, cum illa in agente ciuiliter loquatur. & de separatis nõ recte arguitur, vt ff. de mi. l. Papinianus exuli. & de acq. pos. l. naturaliter. §. nihil. Sol. exponendo accusare. id est agere, vt in gl. j. veruntamen, agere hic sumitur late, vt etiam accusationes compre-
2 hendat, vt patet ex notatis in glo. actione. † Oppo. 2. quod copula posita inter uerbum iuris, & æquitatis non sit posita inter diuersa. cum & ipsum ius sit bonum, & æquum. vt ff. de orig. iu. l. 1. §. j. fol. exponendo, vt gl. 2. & 3. Opp. 3. quod reus debeat instrumentum edere. vt ff. eo. l. 1. fol. quod ibi utitur eo, hic secus. Oppo. 4. ꝯ solutionem de l. nec quicquam. ff. eo. vbi edit, etiam si eo non vti
3 tur. solue speciale in fisco. Oppo. 5. de l argentarius. fol. q̃ ibi ratio nibus, quæ dicuntur esse communes. † Oppo. 6. q̃ actore non probante reus non absoluatur j. de fal. l. vbi. & de abolitio. l. fallacitor. ad finem. Sol. quod hic ponit regula: fallit, vbi l. inducit probationem vtrique parti, vt in contrarijs Oppo. 7. ad idem de l. in bonæfidei, & l. de lari. j. de re. cre. fol. quod hic, quando actor nihil, p bauit: ibi quando semiplene, quia tunc deferetur iuramẽtũ actori, vel reo, & etiam quandoque neutri, vt dicam in d. l. in bonæfidei. Dicamus ergo latius, & in parte melius, quam Innoc. in c. solet. de senten. excom. q̃ vbi hincinde nil est probatum, actor succumbit, & reus vincit, vt hic idem si vterque probauit plene, quia vel probationes hincinde conquassantur, si sunt contrariæ, vel diuersæ, quia probationes actoris super eius intẽtione, & rei super eius exceptione, debet reus obtinere. quia exceptio probata excludit actoris intentionem. ubi autem actor semiplene, & reus nihil, ad iuramentum recurrendum est, vt §. dixi & vbi vterque semiplene, & tunc si probationes sunt contrariæ, conquassantur. & melior est conditio conuenti. vt l. verum. §. fi. & l. si apud. ff. de minor. Si diuersæ non dico conquassari, sed locus erit sacramento, vt scripsi in d. l. in bonæfidei. quod autem dixi, q̃ probationes cõtrariæ conquassantur, est verum, si sunt pares. sed ubi non essent per omnia pares. sed una præponderat alteri. & tunc pro illa debet iudicari, vt j. de edi. diui Adr. tol. l. fi. circa medium. & not. Docto. j. vti posl. 1. vbi dicunt, quod is, qui iustificauit possessionem suam titulo, obtinet ꝯ illum, qui probauit solum liget plenè se possidere, & pro hoc extra de proba. c. licet causam. † Sed octauo extra
4 glo. oppo. quod actore non probante, reus non absoluatur. vt j. de pœnis. auth. nouo iure. & §. de his, qui a l. eccles. consu. l. præsent. fol. quod hæc regula fallit, q̃n iuramentum purgationis inducitur. reo: nam tunc nisi illud prestiterit non absoluitur. vt in ꝯrijs. Oppo. quod actore non probante, reus, qui non probauerit, cõdemnetur, vt j. de proba. l. siue possidetis. & de codicillis, l. nec codicillos. & ff. de proba. l. cum de indebito. fol. quod hęc regula habet locum, q̃n actoris intentio non est fundata de iure communi. i. iuris præsumptione, & quandoque vere, vt in contrarijs. Opp. 10. ad idem de l. si quando j. vnde vi. solue, quod ibi actor, pbauit violentiam, sed de rebus exportatis, & earum æstimatione, statur eius iuramento in odium violenti. sed, & propter difficultatem probationis, vt ibi no. & de hoc plenius dicam, hic cessabant ista. ideo eius iuramento non statur. Quæro, dixi an diffinitiue, vel ab obseruatione iudicij hic absoluatur. dic, quod diffinitiue, & ita no. de iud. l. properandum. §. fi quidem. & j. quomodo, & quando iud. auth. qui semel, & hoc concernunt oppositiones §. factæ. Sed oppo. vltra prædicta de d. §. & si quidem. fol. ut ibi,
5 vel aliter, vt ibi per. do. & plenius, vt ibi scripsi. † Quæro, quid si reus in se suscepit onus probandi, & non probauit. dic, quod nihil hominus absoluitur diffinitiue, & simpliciter, non autem declaratiue, quod factum fuisset eo probante se debitorem non esse, ut no. glo. magna in l. circa. ff. de proba.

A D D I T I O.

a Accusare. Adde D. Fran. Ate. hic, qui concludit, quod cum tex. dicat æquitatis, quod concurrat ius scriptum, & æquitas ad hoc, vt reus edere non compellatur, vnde quærit, nũquid lex loquens de æquitate intelligatur scilicet scripta, & remittit se ad not. per Bal. in l. 1. ff. de iust. & iur. & ad not. in l. placuit j. de peda. iudi. & adde no. per D. Ant. de Butr. in repertorio iuris ciuilis in litera a. in ver. arbiter. vbi referr eum dicere, quod ista æquitas non sumitur solum, prout vult ius gentium, sed intelligitur secundum regulas iuris ciuilis per l. bona fides. ff. deposi. & dicit, quod tunc, quando seruatur æquitas, iudex non debet curare de exceptionibus dilatorijs per l. fideiussor. §. in omnibus. ff. man. ad quod dicit esse videndum not. per Bal. in l. si pro ea. j. man. & hic vide per eum no. quando commissio fit de bono, & æquo, quid importet illud verbum, de bono.

LEX V.

a Non est. ª Actor tenetur edere reo codicem rationum ad probandum exceptionem, h. d. No. ex tex. in fi. quod editio fit, vt veritas deducatur in lucem.

A D D I T I O.

a Non est. Adde D. Soc. hic qui no. limitationem ad illud, quod dici solet, quod in præparatorijs iudiciorum faueamus actori, vt l. si quis intentione ambigua ff. de iud. & inde fauemus reo, vt l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. tamen circa medium cauæ. dicit, quod fauor debetur pariter vtrique. allegat Azo. in sum. pandec. in tit. de reb. dub. quem d. referre Aug. in l. inter stipu. §. vero. ff. de ver. ob. & dicit esse tex. in l. dedit. in prin. ff. qui satisd. cog. nam dicit hoc vltimum limitari per Mod. in materia editionis, prout hic per eum plenè vide. & no. & ad prædicta vide etiam per D. Azo. May. hic.

LEX VI.

1 *Rationes fiscales edi quare debeant.*

1 Iustum. † Rationes fiscales debent edi, vt constet, quantũ reus teneatur soluere. h. d. Op. & solue duob. modis, vt in gl. & secundo verior. Quæro, vt moris est, isti procuratores communis faciunt debitoribus apocas de recepto, qui dicunt se illas perdidisse, & velle probare per libros communes, an possit, dic quod sic, nec possent petere vt iterato sibi fieret apoca de recepto, vt de utroque est tex. j. de discu. li. 10. l. nec casu. & vide, quæ ibi scripsi dum volumen legi.

LEX VII.

1 *Instrumenta communia penes digniorem seruantur, & nu. 4.*
2 *Procurator Cæsaris inter fiscum, & priuatum iudicabit.*
3 *Dignitas superueniens in tam perfectis nil operatur.*

a **Procurator.** [a]Fiscus tenetur edere instrumenta communia sibi, & priuato, tam vt exemplentur, quam etiam vt ex eis, eum necessitas exegerit, probetur. hoc
1 dicit.†No. quod instrumenta communia ratione proprietatis, &
b vtilitatis debent stare penes dignioremˣ. [b] concordat.ff.fam.ercisc.un.l.si qua.Item not.quod fiscus est dignior, quam priuatus.
2 †Item, quod procurator Cæsaris est competens iudex inter fiscũ & priuatum, concordat ĵ.si aduer.fil.l.1.& 2.Oppo. quod procurator priuati non sit iudex.vt l.priuatorum ĵ.de iurisd.om.iud.& per consequens iubere non possit.vt ff. eod.tit. l. eum qui. solut. quod hic non loquitur de procuratore priuatæ personę, sed fisci, vel Cæsaris, vt in prima glo. quod tamen de procuratore fisci dicit, non procedit, quia in sua causa non potest iudicare.vt ĵ.vt nemo in sua causa, &c.nec sibi imperare, vel iubere.vt ff.de arb.l.pe. Quæro cum glo. 2.qualiter cum fisco poterunt esse communia, & dic, vt in ea, puta. quia fiscus successit defuncto vna cum priuato, & penes fiscum, vt digniorem instrumenta fuerint deposita,
3 vel collocata.†Sed circa hoc quærit Guil.de Cu.si penes seniorẽ ex duobus fratribus instrumẽta fuerint deposita velut dignioriẽ, quod præsumitur in dubio, vt ff.de fide instrumen.l. fi. & de le.2. l.cum pater.§.pater pluribus.& fiscus successit postea iuniori, & sic minus digno, propter quod fiscus, vt dignior per hãc l. vult instrumenta penes se habere, an possit hoc de iure petere. & dicit, quod non. Quia in iam perfectis superueniens dignitas, vel casus nihil operatur, vt ĵ.de nuptijs.l.fin.& de restitutio.mi.l. quæ a patre.& ff.de re.mil.l.milites.argumen.sed fortius facit: quia fiscus succedẽs priuato debet vti iure illius: vt ff.de iure fisci.l. fiscus. sed in contrarium facit, quia talis dispositio instrumentorum, vel collatio non videtur habere actum momentaneum, sed successiuũ. Et sic priuilegium successoris, secundum varietatem temporis, & personæ debet attendi, vt ff.de vsuris.l.cum quidam. §. si debitores.& de iure dotium.l.promittendo.§.si debitor. & priuilegiũ prioris cessante causa finiri, vt ff.de tu.& ra.distra.l.si tutor reip.in
4 princi. & de le.2.l.Titia Seio.§.vsuras. † Item quærit ipse si magis dignus post collationem instrumentorum penes eum factam, sit vilior effectus, an instrumenta sint eidem auferẽda, & penes aliũ dominum deponenda.& dicit, quod sic. quia si secus fieret, elideretur virtus instrumenti propter vtilitatem personæ illius, a quo postea ederentur, aut eorum, quæ notaui ĵ.de proba.l.iubemus.& ff.de eden.l.si quis ex argentarijs.§.1.Et ultimo quæro, an in hoc text.in fi.iste, qui petit instrumenta edi, esset actor, vel reus.& dicit glo.quod erat reus, & male, vt patet in tex.ibi ad fidem petitionis tuæ, &c.dic ergo, quod erat tutor, sed is, qui conueniebatur, desiderabat originale produci, quia non credebat exemplo.

ADDITIONES.

a Procurator. Adde D.Soc.hic in vlt.no.qui dicit intellectum glo.fi.posse dupliciter intelligi.primo, ꝙ hic reus conuentus petebat editionem a fisco, ex quo intellecto dicit secundum Are.no.colligendum esse, ꝙ sicut reus cogit actorem ad edendum, quando actor habet penes se instrumẽtum ita potest cogere tertium directa via, a quo actor posset editionem petere ratione cõmunionis, ex quo ipse infert fin.limitationem ad glo.in l. in frau. §. neque. ff.de iniur. quam videtur.ibi approbare Bar.dum vult, quod non possum cogere tertium possessorem, qui est dominus instrumenti ad edendum. nam illud procedit, nisi habeat illud commune cum alio, quem cogere possum, quia contra me agit, vt probatur.hic no.secundo dicit posse intelligere glo. quod reus conuentus petebat ab actore, vt cogeret fiscum ad edendum, ut sibi ederet, & ita intelligendo dicit hic esse casum no.pro eo, quod d.l.o.An. in rubr. de instru. edi.dum vult, quod debitor, qui non potest agere contra creditorem, ut cogat tabellionem ad sibi edendum, & postea sibi edat, ut ibi latius per eum.& ita dicit declarare Are. in d.c.1.de prob.& alia dic, ut hic per Doct.

b Penes dignioremˣ. Adde D.Soc.hic qui d.ad hoc esse videndũ tex. in l. si qua. ff.fam.ercif. & iex.no.in l.fi.ff.de fi.instr.qui primo considerat maioritatem respectu ętatis.vnde est dicendum, quod claues fortalicij debeant esse apud maiorem natu, vt habetur in l.cum pater.§. pater pluribus.ff.de le.2.vnde dicit, quod si aliquid debetur maioribus de domo, verba debent naturaliter intelligi, de maioribus ratione ætatis alleg.tex.in l.fin.infra, de his, qui uenęta.impe.& ita refert consuluisse Bald.in consil.573.incip. sic factum proponitur, de quo consi.dicit, quod Pet. de Ancha. meminit in c.1.14. quæst. principali.uersicu.Bald. etiam consulunt, de constit.Item dicit, quod illa litera considerat maioritatem respectu dignitatis, quam dicit intelligendam esse in dignitate perpetua, non in temporali.ita dicit uelle gloss.in l.maiore. ff.de pac.dot.

AVTHENTICA.

1 *Exemplo quando credatur originali non producto. & nu.3.*
2 *Instrumentum publicum faciens mentionem de alio, an probet.*
4 *Citari debet pars ad instrumenti insinuationem.*
5 *Dominus an citari debeat ad insinuationem instrumenti procuratoris.*
6 *Insinuatum non insinuabitur.*
7 *Instrumento sine autoritate iudicis exemplato quando credatur.*
8 *Instrumentum dotale an probet matrimonium.*
9 *Instrumenti exemplo ab eo, qui originale fecit, an sine insinuatione credatur.*

1 **Si quis,** Primo dictum.secundo exceptio. secũda ibi, nisi
2 quis.Casus.†Exemplo non creditur,[a] ideo debet originale produci, vel aliter rei veritas comprobari.hoc dicit. Oppo.cum glossa, quod credatur exemplo, vt ĵ.de testa.l. publicati. & in Auth.vt fra.fi.§.fi.sol. fm Albericum, quod aut exemplum est a priuata persona conscriptum.& tunc ei non creditur, vt hic, aut a publica persona est scriptum.& tunc ei creditur, vt in ꝑrijs, hæc solutio non est bona, quia non est dare rationem diuersitatis, immo vtroque casu habet locum eadem ratio, vt statim patebit, ergo non diuersum, sed idem ius est statuendum.vt ĵ.de liberis præteritis.l.1.quare glossa dicit, aut originale est insinuatum,
2 quia iudicis autoritate exemplatũ. & tũc probat, vt in ꝑrio, alias secus, vt hic.†Oppo.ab extra, fm Iac.But.quod instrumentum pu
b blicum faciens mentionem de alioᵒ probet illud, vt not.in l.1.in glossa magna ĵ.de fide instrumentorũ.de conu.fil.deb.l.fi.lib.10, solutio, quod illa glo.est falsa.dic, quod fidem facit in præiudiciũ præsentis, & inseri patientis in instrumento ea, quæ præcesserunt confectionem ipsius instrumenti.vt ibi, arg.l.optimam.ĵ.de contrahenda, & committenda stipulatione, non in præiudicium absentis, nec consentientis, vt hic, quod tene menti, quia ex hoc dicimus, quod verba narratiua prolata a iudice in sententia, dum dicit, visa litis contestatione coram nobis legitime facta, &c.non, pbant litem contestatam, nisi in præiudicium præsentis, & tacentis.& idem in cõfinibus plebanatuũ, villarum, vel curiarum: vt no.glo.in lege.cum aliquis ĵ.de iure deliberandi. Opponitur, quod exemplo statur, nisi contrarium per originale probetur, ut ff.de iure fisci.l.in fraudem.§.neque.solutio.quod illud verum cõtra eum, qui edit exemplum, vt ibi, non contra aliud, vt hic, simili
3 ter, & ꝑ eum, qui exemplum producit.vt l.2.ĵ.de er.aduoca.facit l.pactum ĵ.de libera.causa.Quæro modo, quæ est ratio, quare nõ creditur exemplo.dicit glo.quia possibile est, quod in originale erant cancellationes, vel rasuræ, quæ non continentur in exemplo.& tũ ille forte habuissent utiare originale, ut ĵ.de testib.l.si vnus.& de edi.diui Adriani tollen.l.fi. & sic daretur materia falsum fabricandi. Aliam rationem addit Iac.But. videlicet, quia nõ creditur tabellioni, nisi de gestis, fm tempus confecti instrumẽnti. Sed originale, & contenta in eo tempore exemplationis non fuerunt gesta: nec a testibus visa, ergo, &c. Item quia de facili posset generari alteri magnum præiudicium, si crederetur exẽplo, quãdo originale esset falso fabricatum, de cuius falsitate nec pet
4 tabellionis signa nec ipsius literarum comparationem potest doceri, cum illud non appareat.†Quærit Iac.But.r. an ad insinuationem instrumenti debeat aliquis citari.& dicit, quod sic. Item quilibet, qui ex tali insinuatione lædi posset.arg.ff.de adop.l.nam ita diuus.& hoc intelligo, vbi est tale quid, quod concernit præiudicium certæ personæ, quia tunc specialis citatio illius personæ est facienda.vel sufficit edictum, vel proclama generale. vt patet in priuilegijs, quæ quotidie insinuantur. Ita no. Innocen. extra de testibus.c.Alberi.& de fide instrumentorum.cap.secundo, consuetudo tamen loci prius debet attendi. Quæro postquam transactum est tempus datum ad comparendum, & ad opponendum, ne fiat insinuatio, quid iudex debet facere, vel si quis compa-
reat

ADDITIONES.

ueniatur. nam iuris ignorantia [b] non nocet, quando de damno vitando tractatur. ut ff. de iur. & fac. ign. oran. l. error. & l. regula. solutio. vt in eadem gloss. videlicet quod ibi de errore iuris, cuius: hic quasi naturalis. Opponitur extra, non parere iudicis præcepto est error iuris quasi naturalis. ideo Cato dixit, para re foro. & tamen subuenitur rustico. ut ff. eodem. l. prima, §. fina. solutio. quod mandatum iudicis potest concernere ius quasi naturale, & tunc non subuenitur rustico, sicut nec in l. præcepto. vt hic, interdum potest concernere ius ciuile tantum, vt circa editionem ficdam,
5 & loquitur lex contraria. † Opponitur extra, quod delinquens non putans, tamen delinquere non puniatur. vt infra, de adulter. l. eum qui duas. & ff. de iniur. l. item apud Labeo. §. si quis virginem. & arg. eorum, quæ no. ff. e. l. si quis ignorans. Sol. quod interdum factum, q. iudicatur delictum, est de genere permissorũ, & habent

ADDITIONES.

a Quod neptis. Adde Socin. consilio 196. incipien. in præsenti consultatione. versicu. quarto etiam, & ultimo in secunda parte, char. 218. vbi hoc idem allegat, & firmat.
b Nam iuris ignorantia. Adde D. Soc. hic in 4. no. & plenius per Dom. Fran. Are. hic in princ. l.
† Adde pro hoc dicto scilicet, an rusticus errans in iure subueniatur, per istum in l. prima, verficul. quæro quarto, cum gloss. secunda, & quod ibi posui in additio. ad ipsum. in versic. & hoc placet. supra, de iuris, & facti ignor.

habent locum ll. supra alleg. interdum est de genere prohibitorum. & tunc locum habet glo. in d. l. si quis ignorans, quia ratione qualitatis in ignorante delictum est impunibile. non respectu substantiæ facti. Modo in proposito, & si hoc delictum vocationis in ius centetur de genere permissorum, dic, quod qualitas cohærens personæ, quia patronus eius est. nõ fuit hic ignorata. ideo punitur, cum qualitas illa in hac specie faciat delictum censeri. Item. & fortius si dicas esse de genere prohibitorum, in l. autem si quis ignorãs. qualitas personæ fuit legitime ignorata. & de his plenius scripsi in l. quoniam J. ad l. Iul. de vi. & vide ibi omnino.
6 †Oppo. ad vltimam partem, quod pœna per rescriptum possit remitti vt supra de preci. Impe. offe. l. rescripto. Solu. vt in glos. fina.
b quod ibi de pœna applicanda fisco, non parti [b] qualis autem sit hæc pœna, notatur. ff. eod. l. penult. & sequen. Et hanc glo. no. ex qua habes, quod vbi pœna pro parte deberetur fisco, & pro alia parte iniuriato. remissio vel compositio facta per commune non extẽditur ad partem debitam iniuriato, vel damnum passo, & sic singulari personæ, secundum Doct. fac. ff. de pact. l. fin. & de contratabu. l. post mortem. §. fin. Oppo. successiue, quod hæc pœna remittatur, vel etiam non committatur. ut ff. eodem. l. libertus. & l. quamuis. Solut. vt in eadem glo. vsque ad finem. Quærit Iac. But. si hanc pœnam non potest soluere, quid fiet, dic, quod luet in corpore, ut ff. eo. l. fi.

ADDITIO.

a Non parti. Adde do. Soc. hic in 5. no.

LEX III.

1 *Filius sub patria potestate constitutus contra patrem agere non debet.*
2 *Mater non habet filios in sua potestate.*

a Qui in potestate. [a] Filius non potest parentes in ius vocare sine venia. hoc di-
1 cit. No. ex prim. parte, quod filius in potestate non potest contra patrem agere. Contra quod opponit glossa de pluribus legibus, & soluit, quod hic est regula, in contrariis sunt casus speciales a regula. & quia non omnes hic enumerantur in glo. vide glo. quæ aliquos alios ponit in l. lis nulla. ff. de iudi. & alios ponit gloss. in l. actiones. lo primo. ff. de act. & oblig. & nota, quod in casibus permissis etiam si iudicis officium imploretur. vt in casu l. lenones. §. de episco. & cler. & in casu l. Imperator. ff. ad Trebel. venia debet
2 peti. vt no. per gloss. in l. cogi. §. si pater. ff. ad Trebel. †Oppo. quod extensio, quam facit iste tex. de patre ad matrem non sit bona. cũ fœminæ non habeant filios in potestate vt in sti. de ado. §. fœminæ. & sic inter matrem, & filium potest esse iudicium. Solutio. vt in gloss. quod de primo casu l. non fit extensio: sed de secundo. Quæro, an in vulgo concepto locum habeat finis huius l. dic, quod sic, vt in glo.

ADDITIO.

a Qui in potestate. Adde Doct. Fran. Are. hiic, qui quærit nunquid, quando imploratur iudicis officium, sit opus impetrare veniam, sicut quando intentatur actio, dicit ipse videndum glo. valde no. in l. eog. §. si pater. ff. ad Trebel. & hic per eum, ad prouisio istius l. habeat locum in filio spurio, sicut in legitimo, vbi videtur tenere, quod sic, licet appellatione coniunctorum non veniunt spurij, vt dicit Bal. in l. id quod, supra de episc. & cle. & ibi per eum, vide qui tenentur impetrare veniam, quod vasallus quando agit contra domini, discipulus quando agit contra magistrum, clericus quando agit contra prælatum, gener quando agit contra locerum, & ad prædicta habes per eum plures remissiones.

a ¶ De pactis. [a] Tit. III.

ADDITIO.

a De pactis. Pro intellectu huius rub. vide do. Soc. hic, qui facit differentiam inter pollicitationem, & pactum. cum pollicitatio est solius offerentis promissio, & sic in pollicitatione est tantum consensus promittentis, sed in pacto si pollicitatio fit alicui præsenti, & tacenti, ex quo rendit in commodũ eius, censetur ille consentire, vt in l. qui patitur. ff. mandati. ergo erit consensus duorum, & sic pactum, & non pollicitatio, dicit esse respondendum, quod dicatur fieri præsenti, & tacenti, puta si fecerit promissionem ex titulo onoroso, & non quod pollicitatio dicitur, quando fit absenti, uel præsenti, qui dicat, se nec consentire, neque dissentire, prout dicere coacti fuerunt Io. de Imo. in c. cum contingat. extra de iureiu. & Abb. in c. per tua. s. de arb. & Pa. de Cast. in l. j. ff. eo. in recol. ectis flor. & quidam moderni hic, quia tunc non præsumeretur consensus, ex quo promissio posset se habere etiam ad commodum iuxta no. per Bar. in l. quæ dotis ff. sol. mat. & consequenter ibi esset consensus vnius, & etiam pollicitatio.

Visis de præparatorijs iudiciorum restabat videre de ipsis iudicijs, sed quia partes metu iudiciorum veniunt ad pacta, & transactiones, ideo de eis interserit, vt in glo.

LEX PRIMA.

1 *Ius futurum pacto quandoque remittitur.*
2 *Pactum non deficit deficiente causa impulsiua.*
3 *Remittens spem euentus dubij læsi non dicitur.*
4 *Conditio incerta quare non possit remitti.*
5 *Iuri futuro an possit renunciari. & nu. 7.*
6 *Renuncians duo in se debet habere.*
8 *Consensus an præindicet in iure futuro.*
9 *Consensus triplex est.*
10 *Renuntiatio non intelligitur prohibita, prohibito contractu.*
11 *Renunciatio, & simplex consensus permissiuus differunt.*
12 *Pactum remissiuum fideicommissi non valet.*
13 *Substitutionis pupillaris ius, an possit pacto remitti.*
14 *Pactum & transactio differunt.*
15 *Pactum multiplex reperitur.*
16 *Filius an possit compelli ad soluendum sextantem, si pater eius non soluerit.*
17 *Acceptilatio an sit necessaria ad remissionem conuentionis.*
18 *Pactum de non petendo quando sufficiat.*
19 *Cautionem offerre non poterit qui non petere conuenit.*
20 *Cautionem sponte suscipiens vt det, conuenti potest.*

1 Onditionis. †Ius futurum potest remitti per pactum. & defectus causæ impulsiuę non præbet impedimentum. hoc dicit. secundum dominum meum. Vel magis ad literam. Fideicommissum pendẽs ex euentu futuro potest remitti pacto, nec vitiatur eius remissio, licet casus cueniat, quo nulla eius potuisset esse petitio hoc dicit. Diuide in duas, quia primo præmittit dictum in genere. secundo ex illo infert ad quæsitum in specie. secunda ibi cum igitur. & ibi incipe casum in terminis, quo posito notabilia collige. Primo, quod remissio fideicommissi inter fratres est æqua: non iniqua. vt hic in prima parte. Et ratio huius æquitatis est: quia licet fideicommissum sit vicissitudinarium, tamen improbabile votum captandæ mortis alterius remouetur. vt infra, titulo primo, l. de fideicommiss. Item, & si non sit vicissitudinarium tam prædicta, quam alia ratio vendicat sibi locum videlicet, quia inter fratres inuidia tollitur, & discordia placatur, quæ inæqualitatis ratione inducitur, & nutritur, vt infra, de bonis quæ liberis. l. cum oportet. §. primo, ff. de legatis secundo. l. cum pater. §. dulcissimis. & not. in eodem §. euictis. facit in Authen. de nupt. §. penultimo. columna tertia. Item per regulam generalem, qua cauetur, vt sito fauore inducto possit renunciare quilibet. vt infra eodem, l. si quis in conscribendo. & has rationes posuit hic Cyn. Secundo, quod remittens conditionem dicitur remittere etiam ipsum conditionatum. & istud declarabitur
2 in primo contrario. † Tertio, quod defectus causæ impulsiuę nõ facit deficere pactum. concordat. l. prima, §. sexum. ff. de posl. ratio enim impulsiua quare Filynus locum Frontono dedit, fuit, quia tunc Filynus liberos non habebat: sed ratio finalis dandi
3 fuit, quia Frontonus sibi remittebat ius fideicommissi. † Quarto nota, quod remittens spem dubij euentus fideicommissi modico recepto non dicitur læsi. Et est ratio, quia dubius euentus, non minus respiciebat incommodum, quam commodum. ex hoc infero, quod talis remissio non inducit iustam causam querelæ. ut hic in princip. facit l. pater filiæ. infra, de inofficioso testamento. & melius. infra, de vsu. l. si ea. l. & ex hoc sequitur, quod inter minores facta remissione non possit postea liberis susceptis peti restitutio in integrum, cum æqua, & iusta ratione locum sibi vendicante in personam cuiusque maioris, sit facta remissio, vt hic, ideo minor noc est restituendus: quia non debet dici læsus, vt infra, de in integrum restitutio. l. non videtur. facit dicta l. de fideicommiss. licet ibi fuerit vicissitudinarium. Alia notabilia colligamus ex glossis simul iunctis cum text. † Opponitur primo,
4 quod incertum conditionis non possit remitti, quia illud non dependet a potestate remittentis. sed a fortunæ insidijs, vt infra, de institu. & substitutio. sub condi. fac. l. si pater. & l. fina. & nullum hominum consilium potest prouidere, ut ff. de adm. re ad ciu. per ti. l. secunda, §. si eo tempore. Solu. exponendo, vt in glossa prima, videlicet quod stante conditione illius incertitudo non posset remitti. vt in contrario: quia esset ponere oppositum, ut in obiecto. sed ipsa conditio, quæ dicitur incerta, bene potest remitti, ut hic, ideo in transitiua lege. & pone incertum conditionis, id est, ipsa conditio, quæ est incerta. hæc expositio non placuit Iacob. Bald. quia remota condit. fideicommissum remanerent purum. vt ff. de adimendis legat. l. tertia, §. conditio. & sic non esset remissum contra istum textum in verficulo, cum igitur. quare ipse exponit, conditionis incertum. id est fideicommissum sub incerta conditione relictum. Sed caue, quia expositio gloss. sufficiens est, vnde aduertendum, quod interdum conditio remittitur a testatore, interdum a patre. Si a testatore distingue: quia aut remittit cõditionem fauore honorati. & hoc constat. & tunc fideicommissum remanet purum: aut fauore grauati, & hoc constat, & tunc remittitur ipsum conditionatum. & sic fideicommissum: alias nõ faueret grauato, cui intendit prodesse: sed noceret. Aut dubitatur cuius contemplatione remiserit. & tunc cum a significatu verborum in dubijs non sit recedendum. ut l. non aliter. de le. 3. & ff. qui, & a quibus. l. prospexit. dicendum est, quod remittendo cõditionem, totum videtur remittere. & si fideicommissum remis-

sio vel ademptio. sit de iam dato vel debito re, vel spe. quod non cadit in sola conditione. & de hoc est casus in d. §. conditio. Si vero remittatur a patre. tunc aut remittit obligatus. & tunc purificatur contractus, vel obligatio. ar. l. Iecta. ff. si cer. pet. Aut remittit is, cui obligatio erat quærenda, & tunc conditionatum, & sic fideicommissum intelligitur remittere, vt hic, & est triplex. ratio, prima, quia si sola cõditio esset remissa, remissio prodesset remittenti. & ei non noceret, & noceret ei cui fit remissio, & non prodesset contra l. quod fauore. §. de legi. & j. de iura. calum. l. 2. ad fi. Secũda, quia cum remissio sit alicuius rei debitore, vel spe. liberatio. vt ff. de iusti. & iur. l. manumissiones. & de condi. ob cau. l. si qs accepto. & l. si mulier, & si conditio non debeatur, sed rei debendæ ascribatur, quod non de ea, sed de fideicommisso fit remissio. vt §. allegato. §. conditio. Tertia, vt verba aliquid operentur, & ut res potius valeat, quam pereat. vt ff. de vsufruct. l. quoties. & de re li. do. l. quoties. remissio autem non valeret, si de sola conditione facta intelligeretur. vt in primo ar. patet, ergo, &c. Opp. secundo ad literam, cum tex. in prima parte dicat, quod incertum fideicõmisi finitum est per pactum. & sic per participium præteriti tẽporis sequitur. quod in prima parte huius l. non loquitur generaliter de potentia fienda, sed specialiter de existentia, & de cessione. Item, quod est falsum, quia in vers. seq. cum igitur, respondet ad quęsitum in specie. & in prin. ponit. dictum generale. vt dixi in diuisione. Huius timore glo. 2. exponit finitum. i. finiri potuit. Oppo. tertio, & infra glo. magnam, quod remissio non teneat, immo datum repetatur. quia ob eam causam, quia Felinus liberos non sustulerat hæc facta fuerant. ergo causa cessante, vel non impleta debet repeti. Solu. vt in glo. Nam causa dati fuit remissio fideicõmissi, licet incerti, quod sufficit, vt in glo. vsque ad vers. sed videtur. & circa hoc in alio contrarium latius me extendam. † Oppo. quarto, quod pactum non valeat, quia iuri futuro, & nondum p-
a petenti non potest renunciari. vt ff. de acquir. hære. l. qui superstitis. & l. is qui. & de leg. 2. si ita scriptum. §. si sub conditione. Solut. quod illa iura in simplici repudiatione: nos in pacto remissiuo. & h. d. glo. vsque ad ver. ar. contra. ibi contra solutionem opponit videlicet, quod nec pactum valeat. vt j. de cap. l. nec nos. Solu. vt in glo. quod ibi fuit error. sed certe ibi fuit error, quia viuebat, quem mortuum putabat. tamen error non inualidat ibi. quia, & si viuẽs fuisset, non teneret super bonis viuentis. vt j. eo. l. fi. ideo Mar. Syl. & Iaco. But. dicunt hic melius, quod is super bonis suis, & super
b hæreditate iam mortui, ibi viuentis.[b] remanet ergo conclusio ad cõtrarium principale, quod ius futurum tolli potest per pactum, sed non simplici repudiatione. Sed quæri potest, cur diuersum. & respondet glo. successiue in ver. & potest: quia cum pacta validẽtur duorum consensu, & repudiatio vnius tantum, fortius, & potentius in tollendo debet esse pactum. ar. j. qui testa. fac. pos. l. hac consultissima. in fi. & j. communia de successionibus. auth. itaq;. & in cor. vnde sumitur. Aliam tamen rationem diuersitatis glos. posuit Iaco. But. & dominus meus videlicet, quia renuncians vult a se abdicare. sed paciscens vult se obligare ad non faciendum. Primum non est de potestate renunciantis, vel repudiantis, quia, quod non habet, nec habere potest a se abdicare non potest. vt l. eius est nolle. ff. de reg. iur. & l. nemo. in eodem titu. sed ius futurum penes se non habet, nec potest habere. vt l. cedere diem. ff.
6 de verb. signific. ergo, &c. † Hinc dicimus, quod renunciatio in re nunciante exigit duo, potestatem renunciandi, & acceptandi. ut ff. de nego. gest. l. Pomp. scribit. & de acquir. hæred. l. is potest. Præterea, quia renuncians quærit, quod iam habet, quærit enim de præsenti non habere, quod repudiat. sed de præsenti illud nõ habet, ergo frustra renunciat, vt ff. de suspec. tu. l. post finitam. & vti pos. l. 1. §. interdictum aũt hoc. secundum autem bene est de potestate paciscentis. cum quilibet habilis possit se obligare, ad aliquid de præsenti, vel in futurum faciendum, vel non faciendum. Et rationis prædictorum est ratio: quia repudiatio fit per verba, præsentis temporis tantum, quæ ad futurum non extenduntur. vt ff. de verb. oblig. l. si a colono. & l. cum stipulamur. Sed pactum fit per verba futurum concernentia. vt promitto non petere. nam illud infinitum etiam futurũ respicit. & licet quando non sit adiectum, tacite tamen inesse intelligitur. ut ff. eod. l. tale pactum. in princip. cum ibi nõ. in gl. & hoc in renunciatione, vel repudiatione extraiudiciali, in iudiciali, vero tenent gl. quod facta etiam parte absente illa præiudicaret in iure futuro. vt no. glo. ff. de acquir. hæredit. l. is qui hære. & l. plurium. in fin. & de cur. bo. dan. l. 1. & quibus ap. non licet. l. 1. §. si quis ante sententiam. & ita dicebat dominus meus, & ita pertransit communis opin. quidam tamen dicunt, quod istud procedit iudicio, vel quasi inchoato cum renunciante, ita quod ex natura illius iudicij, & necessitate sit facta renunciatio. vt ff. de hæred. instit. l. si quis instituatur. alias dicunt renunciationem in iudicio factam non præiudicare: vt ff. de succ. edic. l. 1. §. decretalis. sed certe nec ibi est iudicium, ut ff. de bo. pos. l. seruus. Sto igitur cum opin. communi. Quod autem dixi de extraiudiciali limitat Iac. de Are. nisi sit facta præsenti, & acceptanti: quia tunc præiudicaret, vt pactum. arg. l. tale pactum. ff. eo. ubi enunciatiua confessio præiudicat, ergo fortius dispositiua: sed nõ multum vrget, quia ibi in ꝓfessione, quæ potest de nouo obliga-

tionem inducere, vt ff. de constitu. pecu. l. Titius. & l. quidam. ergo fortius liberare. ut l. fauorabiliores. de regulis iuris. Præterea in dicta l. tale pactum. confessio est facta de iure præsenti: nos q̃rimus de iure futuro, quid dicendum. Iac. But. & dominus meus idem tenent: sed alijs rationibus. Prima facta præsenti, & acceptãti transit in pactum, quod est duorum plurium ve in idem placitus consensus. ut ff. eo. l. 1. nec obstat, quod is est vsus verbo, renũciationis, non pacti, quia non tam verba, quam mens est attenden-
da, vt j. de iure do. l. etiam. cum similibus. ibi no. Secunda, quia cũ deliberando tractetur, si non valet, ut ago, valere debet, ut potest. ut ff. de pac. l. si vnus. §. penul. & de accep. l. inutilis. secundum vnam lec. Tertia, quia inualida proprie sumpta impropriantur, vt valeant, ut ff. de vsufruct. l. Proculus. & de præscrip. verb. l. insulam. & de rebus dubijs l. quoties. Quarta, quia: quotidie sic scribunt notarij. talis renunciauit tali. & facit sibi finem quietationẽ, & remissionem. ideo ex frequenti, & quotidiano vsu debemus ei fauere. argumen. ff. si certum petatur. l. certi conditio. §. si num
7 mos. & infra, de preca. l. certum. in fi. † Concludamus ergo, quod
b renunciatio facta de iure futuro[b] in iudicio præiudicat sicut pactum, extra iudicium vero facta præsenti, & acceptanti similiter præiudicat. facta vero absente parte non præiudicat. Sinautem fiat de iure præsenti, tunc aut illud ius est reale, & tibi præiudicat: licet in alium inuitum, vel etiam ignorantem ius illud dominij non transferatur, ut ff. de relicto. l. prima secunda, & tertia. Aut est personale ad rem: & tunc, quia sunt opin. remitto ad ea.
8 infra eodem, l. post quam liti. † Opponitur quinto, quod per consensum non præiudicetur in iure futuro. vt ff. quorum lega. l. prima, §. quod ait prætor. Solutio. vt sequitur in glo. vsque. ad ver. tio oppo. &c. Videlicet, quod ibi repudiatio magis videtur, quam pactum. quidam contra: quia cum ibi fuerit duorum consensus, & voluntas magis debet accedere pacto per ea, quæ dixi in proximo contrario per uerba Old. videtur glo. defendi, & declarari dicit enim, quod licet ibi duorum consensus intertuenerit. tamen non fuit in idem dandum, vel faciendum, prout est necessarium ad existentiam pacti. vt ff. eodem, l. prima, §. pactum. Sed fuit ibi quædam licentia, & assensus permissiuus, & non dispositiuus, & astrictiuus. & ita etiam dicit Iacob. de Rauen. Pe. & Cyn. Ex quo infert dominus meus, quod talis assensus velut quoddam medii participat cum pacto propter duorum consensum, & cum repudiatione propter finem, & effectum ipsius, quia non obligat, & quia effectus & finis potentius agit cum ad ipsum tendat omnis causa. & etiam cum ipse sit quid primum in intentione agentis. vt colligitur. infra de iura. calum. l. secunda, in fin. & de iudi. l. rem non nouam. in fin. glo. bene dixit, dum comparatiue, & electiue dixit, quod ibi consensus accedit magis repudiationi, quam pacto, & hæc fuit pulchra, & subtilis defensio nostræ glo. ad quam vnusquisque deberet intendere, cum glos. sint nostræ nauiculæ, per quas portum valde arctum ingrediamur, vt postea in naues latiores, & profundiores transeamus, & ad portum claræ ueritatis perducamur. † Colligimus tamẽ ex prædictis, quod triplex est
9 consensus, unus licentię, & sic permissiuus. & iste ius quærẽdum non excludit, abdicat, & tollit: alius conuentionis, & sic obligatiuus, & sic excludit iste a iure quærendo, vt hic. tertius repudiationis, & per consequens non obligatiuus. & ille non excludita
10 iure futuro, ut in præcedenti contrario. † Ex his sequitur, quod ꝓhibito contractu per statutum, non intelligitur prohibita renunciatio, vel repudiatio, quia aliud est renunciare, & aliud contrahere. cum ꝯctus sit pactum, ẽr si ordinetur ad distractũ. vt no. in glo. magna, in l. 1. ff. de act. & ob. Sed repudiatio, vel renunciatio nõ, vt patet ex prædictis, similiter consensus simplex nõ intelligit ꝓhibitus: cum aliud sit consentire, aliud ꝯhere. ut probatur ex ꝓxi-
me

ADDITIONES.

a ¶ Non potest renunciari. Adde Soc. consi. 189 inci. viso testamento. ver. 1. quia cum seq. in 2. parte. char. 62. vt ibi hoc idem inducit, & allegat. Item adde ꝓfatum Soci. consi. 30. incip. quamuis ex his, ver. item patet ex verbis circa fi. in 1. parte char. 59. ꝙ ius competens alicui duplici iure si renunciat, vel aliter excludatur per vnam viam non propterea intelligitur exclusus ab alio iure, ꝙ potest sibi competere per aliam viam immo, si vnum competit propter aliud & qui uni renunciat, in neutro sibi præiudicat. Item adde prafa. Soc. hic in quarto no. ꝙ licet iuri de futuro per viam renunciationis non possit renunciari, ut hic in gl. potest renunciari per uiam pacti. & refert ultra rationem gl. Iac. But. adducere rationem differentię, ut ibi plene p eum, uide tamen tenentem rationem gl. quia d. magis tutam esse eam, quæ communiter apdrobatur, ut per Doct. hic.

† Ibi uiuentis. Adde in quantum hic Ale, post Bar. tãgit, an ualeat pactum de non succedendo pupillo ex substitutione pupillari, quod pulchre consuluit Bal. consi. 7. uol. 4.

b † De iure futuro. Adde, ꝙ renunciatio iur. de futuro intelligitur. ſ. de eo, qd habet causam de præsenti. alias non præiudicat. & no. Bar. in l. post emanci. §. illud. ff. de lib. lega. Bald. in l. pactum. q. 13. C. de colla. quem etiam uide in l. postquam. col. 3. in 1. q. j. eo. Bar. post gl. in l. quod seruus. ff. de cond. ob causam. & in l. Aurelio. §. Gaius. ad fi. ff. de lib. leg. & in l. emptor. 6. Luctus. ff. eo. & in l. qui tutoribus. uersi. ex hoc dicto. ff. de transactio. & late in l. qui Romæ. §. duo fratres. in sexta quæstio. de uerborum obligatio. & in l. 1. vers. diuus. ff. de adulte.

11 pater. † Item ex prædictis colligo, quòd cum aliud sit renunciatio, aliud simplex consensus remissiuus, quòd etiam si hæres post aditam hæreditatem consentiret legatario, vt sibi rem legatam acciperet, non propterea de facili iuri Falcidiæ detrahendæ renunciasset, licet, quia tempore consensus adita erat hæreditas, interdictum quorum legatorum cessaret, & apprehensa possessio fuisset, vt ff. quorum legatorum. l. i. in princip. & pro hoc fortius facit, quia hæres promittit illam accipere rem, vt sibi legatam, & sub simplici, & nuda appellatione legati: sed talis appellatio, seu locutio, vel prolatio sine aditione integri, vel solidi non continet, quod non poterat desalcari, vt in text. singulari. infra, ad leg. Falcid. l. fin. ergo, &c. & pro tanto text. in authen. sed cum
12 testator. quæ in soluente loquitur, dixit subtiliter, agnoscens substantiæ mensuram, &c. pro hoc etiam facit, quia simplex, & absoluta prolatio non trahitur ad indebit. ff. de condictione indebiti. l. si procurator. cum similibus. † Reuertor ad Glo. & oppon. scilicet, quod pactum huius fideicommissi remissiuum non valeat, tanquam de futura successione, & sic improbatum, vt infra, eodem l. pactum quod dotali. & de col. l. pactum. solut. vt sequitur in glos. vsque ad versic. 4. &c. quam declara, quia per hoc pactum remittitur ius fideicommissi, per quod succeditur testatori iam mortuo, vt ff. de vulga. & pupilla. l. cohæredi. §. cum filiæ. & infra, vt in possess. lega. l. cum Archimedoram. & sic pactum non est de hæreditate viuentis, vt est in contrarijs. Item nec per hoc pactum prohibetur succedere fratri suo ex testamento, vel ab intestato. & nedum in alijs rebus, vt dicit glos. sed etiam in his, quæ sub illo iure fideicommissi potuissent comprehẽdi, &
13 sic non infringit hoc pactum liberum testandi arbitrium. † Vidi tamen dubitari, an ius substitutionis pupillaris possit per pactum remitti: & videtur quod non, quia pactum tunc esset de hæreditate viuentis pupilli, & sic improbatum, vt l. ita tamen. §. a patre. ff. ad Trebellianum. & in alijs legibus supra allegatis. Oppo. septimo, hoc pactum est contra voluntatem defuncti, & sic l. vt in Authent. de nupt. §. diſponat. ergo non valet, vt infra, eodem l. pacta. Solut. vt in glo. vsque ad versic. 5. videlicet, quod hic non est contra voluntatem defuncti, sed præter, quia non vetuit remitti. & ex ista glo. not. quod si defunctus vetuisset hoc fideicommissum remitti, quod pactum ipsius remissiuum non valeret. Pro hoc facit, qa si res ecclesiæ legata sub conditione alienetur, non potest alienari in casu, alias permisso, vt in Authent. de alie. & emphyt. §. sanctissimas. & not supra, de sacrosanctis ecclesijs. authent hoc ius porrectum. nec potest dici, quod cum hæc prohibito concernat fauorem tantum eius, cui restitutio debet fieri, videtur posse illi renunciari per pactum, vt infra, eodem l. fina. & argumen. infra, vt in possess. lega. l. 2. cum ibi no. quia illud procedit in fiendis ei, cuius fauorem respiciunt, non in prohibitis fieri ab eo, vt infra, ne fideiuss. dot. dentur. l. j. & ibi not. glo. j. in fi. & Doct. notant infra, ad Velleianum. authent. si qua mulier. & ibi per Cyn. ¶ Oppo. octauo, pactum ideo sumpsit vires, quia Filinus liberos non sustulerat. cum ergo postea sustulerit, pactum debet cessare, & datum repeti, vt in text. huic contrario, infra, de reuoca. donatio. l. si unquàm. Nam cessante causa, &c. vt supra, de Episcopis, & clericis. l. generaliter. cum similibus. Solut. vt sequitur in glos. vsque ad versic. 6. videlicet, quòd causa defectus liberorum fuit impulsiua. ideo illa cessante, non cessat remissio, & conuen. vt ff. de postulat. l. j. §. lexum. causa autem finalis ex parte Filini, qui conuenit dare sextantem, fuit cum Fronto, quia facto sibi remitteret fideicommissum, & Fronto conuenit illud remittere, alias non remisserus, vt Filinus ei daret sextantem. & vterq; motus fuit æqua ratione, vt repelleret improbabile votum captandæ mortis suæ, vt in princip. dixi. & neutra istarum causarum cessat, quia impleta fuit. igitur nec eius effectus debet cessare. Quidam nituntur solutionem istam improbare dicentes, quod ista solutio sentit, quod remissio duret, quod secundum eos est fallum, quia cum defecerit cõditio fideicommissi, sequitur, quod fideicommissum est nullum, vnde dicunt ipsi, quòd exceptione huius remissionis non est opus. Nam cum superuenerit nullitas ipso iure, exceptio, quæ prius competebat, euanescit, cum amplius non supponatur actio, cui obstet illa exceptio, & ideo soluunt, quod interdum deficit causa dilatiua contractus, & habet locum l. nostra. interdum causa ipsius obligationis, & habet locum l. contraria. Sed meo iudicio ista non sunt diuersa a dictis glo. quinimò dico, quod licet fideicommissum hodie sit nullum propter conditionis defectum, tamen remissio, ob quam fuit datum, non desinit retro facta esse, vt conuenit: Nec est verum dicere, quòd dubius euentus non deficit. & ideo cõdictio ob causam ad repetendum datum non competit. fateor bene, quod si fideicommissum peteretur, de remissione non est opus objici, cum fideicommissum sit nullum. & ita loquitur reprobatio eorum, de repetendo autem datum, non de fideicommisso soluẽ-
14 do hic tractatur, † Oppo. nono, cum hic res fuerit incerta, & aliquid datum, & retentum: sequitur, quod hic fuit transactio, & non pactum, vt infra titu. j. l. transactio. & sic debuit hæc lex poni, infra, titu. j. vt supra, de nouo Codice componen. §. quibus. Solut.

vt sequitur in glos. vsque ad versic. item an possit agi, &c. quam declara, videlicet, quod transactio exigit rem dubiam esse propter litem præsentem, vel futuram, quæ speratur, vt ff. de transact. l. j. & infra titu. i. l. 2. & ff. de condictione indebiti. l. eleganter. §. si post. hæc autem est dubia, solum propter dubium conditionis euentum, quod non sufficit, vt hic. nec obstat huic solutioni. ff. de verborum obligationibus. l. qui Romæ. §. duo fratres. vbi tex. appellat transactionem, quia ibi est dictio, quasi, quæ est nota dimi-
a nutionis, & improprietatis, [a] vt ff. de vsufructu eorum, quæ vsu.
15 consu. l. 2. † Ex prædictis igitur no. quod pactorum, aliud est gratuitum, aliud non gratuitum, & non gratuitum, quandoque stat in nomine generis sui. & vocatur pactum non gratuitum, vt hic, quandoque transit in proprio nomine, & vocatur transactio. de
16 qua infra titu. j. & ibi not. super rubri. † Venio ad quæstiones, & quæro si filius non soluit istum sextantem, an filius hæres ipsius possit compelli ad soluendum. & respondet glos. distinguendo formam, & verba conuentionis: quia aut conuenit dare, vt remitteret. & ille in remittendo solenniter præuenit: tunc quia ex sua parte plene impleuit, ad sextantem agere poterit. aut conuenit dare, vt ille non peteret, vel si non peteret, & tunc agere non possit, & ratio diuersitatis est, quia factum remissionis est instantaneum, & finitum, ideo potest statim impleri. Sed non petere, est factum successiuum, & infinitum tempus concernens: ideo non potest impleri in tempore. Nam licet hodie non petat, in crastinum petere poterit. & sic successiue de quolibet tempore. Ratio, quia primum affirmatiuum, secũdum negatiuum. vbi igitur non est conuentio perfecte impleta, agi non potest, vt infra eodem l. cum proponas. & infra, titu. j. l. siue apud acta. Ista solutio est vera, sed indiget declaratione, & etiam aliqua perfectione. Ideo circa eam quæro, quando conuenit remittere æquali modo, & quo debet fieri remissio. dicit glo. hic propter acceptilationem, quod reprobant Cy. & aliqui alij, quia acceptilatio nõ perimit, nec elidit ante conditionis euentum, vt ff. de acceptilat. l. quod in diem. & de noua. l. si Stichum. §. j. & l. quoties. §. si id, quod. & licet statim in euentu conditionis perimat, vt ibi, tamen non in casu nostro: quia deficit conditio, igitur nec ante, nec postea hoc pactum vestit. & ideo dixerunt, quod nec isto casu potest agi pro sextante. Dominus meus dicebat, quod sicut spes conditionalis debiti, potest vendi, & donari, vt infra, de dona. l. specie. & ff. de contrahen. emptio. l. nec emptio. sic potest acceptilatione, & pacto perimi, vel elidi, quia hæc donationis species sunt, vt ff. eodem l. contra regulas. §. fina. & de donatio. l. quidam in iure. & sic cõuentio sup illa spe facta vestiri põt acceptilatione spei illius iuris incerti, vt in hac glos. quam tene cordi. ad contraria respondet, quod loquuntur de nouatione, & priuatione rei, non spei, & iuribus acceptilationis in tollendo obligationem, quæ non est. hic autem tractatur de roboranda, & ualidanda cõuentione, quæ præcessit, & est, pro his etiam allegat, quia si obligatio iam contracta, & ualida tollitur nouatione, & acceptilatione, fortius species eius debet tolli, & natiuitas obligationis impediri, cum facilius impediantur contrahenda, quàm dirimantur iam contracta, ut l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, uel alien.
17 iur. † Quero tunc, si conueni dare, ut remitteres fideicommissum, an ad remissionem, & implementum huius conuentionis sit necessaria acceptilatio. & uidetur, quòd sic, per istam glos. contrarium uidetur tenuisse Iacob. de Rauen. & forte Iacob. Butriga. qui intellexerunt glo. extra casum nostræ l. & sic, quod sufficit simplex pactum remissiuum fideicommissi, & dubij eius euentus, cum partes aliud non egerint, ut l. non omnis, ff. si certum petat. & pro hoc uidetur hic casus. & maxime, quia hic de uiribus pacti, non acceptilationis, & nouationis tractamus. possumus tamen distinguere, aut conuenit dare, ut remitteret per pactum, & tunc pactum sufficit: aut ut remitteret per acceptilationem, & tunc illa est necessaria: aut simpliciter, ut remitteret, & tunc ualidiori modo, quo potest. & sic per pactum, & per Aquilianam acceptilationem, remissionem faciat, & euitabit
18 opiniones prædictas. † Quæro modo, pro declaratione secundi membri positi in glos. quid si conuenit dare sextantem, & alter faceret sibi pactum de non petendo, an pro implemento huius conuentionis sufficiat pactum de non petendo. dico, quòd sic, quia non plus fuit conuentum, & sufficit impleri, quod in conuentione est deductum. & quia hoc est quoddam factum instãtaneum, & finitum, non infinitum, ut in exemplo glos. quando conuenit dare, ut non peteret, quia tunc est successiuum, & infinitum. Sed tunc quæro, quando conuenit dare, ut non peteret, an moriente eo, qui petere debet, num dicetur impletum, quod conuenit ex parte sui, ut sic eius hæres postea agere possit. & uidetur quod sic, quia conditiones negatiuæ in facto consistentes, implentur ultimo uitæ spiritu, ut ff. de condition. & demonstration. l. Mutianæ. in princip. & l. tale. in princip. Contrarium dico:
quia

ADDITIO.

a † Improprietatis. De dictione, quasi, an sit nota diminutionis, & improprietatis, Adde istum in l. j. nu. 7. & quod ibi signani in apostil. ad ipsum in uer. dictionem, quasi. infra, ut ac, ab hære. & contra hære. inci.

quia ius petendi, quod ipse habuit in hæredem suum transmisit, qui eadem persona fingitur cum illo. & ideo sicut nec in vita impleuit; ita nec in articulo mortis, non enim de repetitione personali ipsius tantum personam concernente videtur actum de petitione facti, sed in iure effectum exactionis concernente, vt probatur in d.l. Mutianæ. versic. vnde. †Quæro modo, cum glos. an qui conuenit non petere, poterit pro implemento cautionem offerre: & dicit gloss. quòd non, quia in vltimis voluntatibus est speciale, vt ff. de condition. & demonstration. l. Mutianæ. vbi idem, quod not. hic gloss. Sed Guiliel. de Cun. in l. dedi. ff. de condictio. ob cau. tenet contra, dicens casum esse. ff. locati. l. insulam. §. fina. Secundo confirmat, quia in contractu eadem est ratio, ne cogatur expectare perpetuo. Tertio, quia de vltimis voluntatibus arguitur ad contractus, & econtra, vt infra, de leg. l. fina. & ff. de pact. l. pactum. Quarto, quia conditiones negatiuæ in contractibus, & vltimis voluntatibus æquiparantur, vt ff. de verborum obligatio. l. impossibilis. in fin. Doctor. communiter tenent cum gloss. per l. ita stipulatus. de verborum obligationibus. & l. dedi. ff. de condictio. ob cau. quas gloss. allegauit in d. l. Mutianæ. Rationem diuersitatis assignant: quia in contractibus imputandum est contrahenti, qui sibi plenius, vel aliter non prouidit, vt ff. de pact. l. veteribus. sed in vltimis voluntatibus non imputatur, quia tunc mortis cogitatione turbatus non valuit, saltem iuris præsumptione, plenius sibi prouidere, vt infra, de testamen. l. hac consultissima. §. at cum humana. & in simili nota. infra, de pact. eius, qui lime. l. j. & ex hac diuersitate patet secundam, & tertiam rationem in contrarium factas non obstare. Ad quartum respõdeo, secundum Dominum meum, quòd illa æquiparatio procedit in conditionibus necessarijs, & omnino extituris, non in modo, qui est voluntarius, & non omnino extiturus ad l. insulam. §. fina. quæ fortius vrget, respondent communiter Doctor. quòd in cautione onerati, non honorati loquitur. Constat autem, quod reus sæpius cogitur ad cauendum, vt ff. de iudic. l. in omnibus. & de priuileg. credito. l. si creditores. Ista solutio potest impugnari, quando contractus est vltro, citroque obligatorius, & sic quilibet videtur oneratus, & grauatus. ideo aliter videtur, & cautius soluendum, videlicet, quòd ibi conuentio est valida, & vestita, ex qua conuenitur, qui sub modo se obligauit: vnde de modo excipiens, cogitur de cautione contentari. hic nuda, ex qua nulla, datur actio. & sic ibi offertur pro valida exequenda. ideo faciliter auditur. hic pro nuda vestienda, & sic pro obligatione inducenda. ideo non auditur. Item ibi modus ex ipsa pecunia est implendus. vnde cogitur conuentus de satisdatione contentari. cum aliter modus non possit impleri, hic, non ex eo, quod debet dari, sed propter ipsum non debet petere. Item ibi deductum in modo erat in se finitum tempore. & sic implebile, vel explebile: quia ibi modus erat affirmatiuus, hic negatiuus. & sic deductum in eo erat infinitum, & inexplebile etiam per cautionem. vnde nõ cogitur de cautione contentari. & ita soluebat dominus meus.

19

20 † Sed tunc potest quærij, si cautionem sponte suscipiat, an sufficiat, vt aduersus eum postea possit agi, vt det. & tenet glo. quod sic in l. siue apud acta. infra tit. j. & ibi dicam. Quero, quidam conuenit non petere, vt detur, an offerens liberationem per acceptilationem videatur implere, vt sic aduersarius debeat contentari. & videtur quod sic, vt ff. de condit. & demonstra. l. Mutianæ. ver. vnde dicam in l. siue apud acta, vbi glo. tangere videtur.

LEX II.

1 *Pactum tacitum absenti, & ignoranti prodest.*
2 *Emptor hæreditatis actionem tenetur suscipere, sicut successor vniuersalis.*
3 *Actiones vtiles in emptorem hæreditatis transferuntur.*
4 *Emptor, an possit inuitus conueniri.*
5 *Actiones suscipere, nemo sponte dicitur.*
6 *Pactum inter absentes, sine medio est inualidum.*
7 *Creditor agens contra emptorem hæreditatis, an præiudicet contradictoribus cæteris.*
8 *Emptor non existens soluendo, an possit reuerti contra venditorem.*

Post venditionem. Licet claudatur sub vno constructo, tamen intrinsece duo facit, quia primo thema repetendo quædam necessaria ad solutionem quæstionis præmittit, secundo quæstionem soluit. secunda ibi, exceptione. Casus. Creditor hæreditarius, qui sponte egit contra emptorem hæreditatis, intelligitur pacisci de
1 non conueniendo hæredem. hoc dicit. † Nota. tacitum pactum prodesse absenti, & ignoranti, secundum Cyn. vel tacitum pa-
a ctum valere inter absentes, [a] secundum dominum meum. Not. quod creditores possunt conuenire hæredem, sed non cogunt-
b ur. Item quod emptor conuenitur volens. non inuitus. Ex quibus collige, quòd emptor hæreditatis [b] non tenetur creditoribus directis, nec vtilibus actionibus, sed si sponte suscipit iudicium, vtilibus teneri videtur, & venditor liberatur ope exceptio-
2 nis taciti pacti, quod est notandum. † Oppo. extra glo. quod emptor non sponte, sed iuris necessitate compellitur suscipere actionem, vt quilibet successor vniuersalis, vt infra, ad leg. Iuliam. de vi. l. 2. & ff. ad Trebellianum. l. j. §. i. & Institut. de fideicommiss. hæredit. §. restituta. Solut. quod interdum transfertur successio in alium ex dispositione l. & tunc ille tenetur creditoribus vtilibus actionibus, vt d. l. 2. & ff. soluto matrimonio. l. si constante. §. fina. & not. ff. de iure fisci. l. 3. §. cum ex causa. Interdum transfertur ex dispositione hominis, & tunc aut per actum mere inter viuos, aut per actum mere voluntatis. Primo casu ille, in quem transfertur, nec directis, nec vtilibus actionibus potest conueniri, siue titulus sit onerosus, vt hic, siue lucratiuus, vt ff. de do. l. hæreditatem. vbi vide glos. & ratio, quia creditore non consentiente, a nexu actionum quis non potest se liberare, & suam obligationem in alium transferre. Hinc est, quod nec fideicommissarius restitutionem potest delegare, vt ff. de iur. do. l. mulier. §. si ex asse. facit ff. mand. l. si mandato meo. Secundo casu, aut quæritur de hærede primo, & transferuntur directæ, vt infra, eodem l. pacto successorum. & si certum peta. l. j. & de acquirenda hæreditate. l. pro hæreditarijs. aut de hærede secundo, vt fideicommissario ex restitutione sibi facta, & tenetur vtilibus, vt ff. ad Trebellianum. l. j. §. i. & §. restituta. & Institut. de fideicommiss. hæredit. §. restituta. aut de legatario hæreditatis delatæ defuncto. & tunc dic, quòd in legatarium non transferuntur actiones passiuæ. sicut nec hic, sed vtiles actiuæ sic, vt hic in tex. & glo. ff. de legat. 2. l. cum filius. §. Lucio. & ratio patebit in sequenti contrario. & ex his infertur, quòd si quis hæreditatem sibi delatam donatit causa mortis, q eo mortuo, donatarius intentabit vtiles contra debitores, sed a creditoribus inuitus non poterit conueniri, siue dicas donationem causa mortis accedere contractui, siue legato, siue mixto, vtrique, vt dixi infra, qui testamen. facere possunt. l. senatum. §. j.
3 † Oppo. quòd in emptorem transferuntur vtiles, vt infra, de hæreditate vendita. l. emptor hæreditatis. Solut. quòd vtiles actiuæ, quia contra debitores ex sola emptione transferuntur; vt ibi. & directæ ex cessione, vt ibi nota. Sed vtiles passiuæ non transferuntur, vt hic. & ratio diuersitatis not. per gloss. in l. 2. in eodem
4 tit. & patet ex supradictis. Oppo. quòd inuitus conueniatur a creditoribus, vt infra, de hæreditate vendita. l. j. Solut. vt ibi speciale, quando fiscus uendit, & hoc eius fauore. Oppo. quòd emptor conueniri posit inuitus, etiam fisco non uendente, ut infra, de hæreditate uendita. l. 2. Solu. quod inuitus non conuenitur a creditoribus, ut hic, a uenditore sic, pro eo, quod creditoribus conuentus soluit, ut ibi, & uu it glo. hic penulti. Oppo. quod emptor inuitus conuenitur a creditoribus, ut not. in d. l. 2. Solu. quòd ante excussionem uenditoris non conuenitur inuitus, ut hic, sed post illius excussionem, postquàm reperitur non soluendo, conueniri potest, ut d. glo. quæ fundatur per casum econtra. ff. de legat. j. l. plane si filium. §. j. & ratio est, quia commodum sentit ex hæreditatis emptione. & quia sic conuenitur tacite, uel expresse, ut satisfaceret debitoribus. Igitur merito contra eum in subsidium habetur regressus, ut l. fina. ff. de eo per quem factum est.
5 † Oppo. ab extra. quod non dicatur spontaneus susceptor actionum, quia ex quacunque causa uocatus compellitur uenire ad iudicium, ut l. 2. ff. si quis in ius uocatus non ierit. Solut. quòd respectu comparitionis est necessarius: sed respectu successionis iudicij, quod potuit euitare, est uoluntarius, ut hic. Oppo. tunc, quia non ope exceptionis pacti, sed ipso iure quasi facta nouatione quadam, uenditor fit liberatus, ut ff. de solut. l. solutione. Solut. illud, quando pro alio in iudicio conuento quis suscipit iudicium, quo casu dic, vt ibi per Doctor. hic, quando pro seipso conuento, licet causa originalis ortum trahat ab alia, scilicet ab hærede venditore. Oppo. tunc fortius, emptor conuentus nullo iure fuit obligatus. ergo contra eum actio moueri non potuit, vt ff. de negoc. gest. l. si pupilli. §. videamus. & si sic tanquam ex iudicio nullo, alteri non debet quæri exceptio, argumen. ff. de seruit. rustic. prædio. l. 3. §. fina. & de donatio. inter virum, & vxo. l. si sponsus. §. si maritus. Solut. quod ex parte agentis non deest actio. ex parte conuenti, non deest facultas exercendi illam in ipsum, saltem in subsidium, ut supra dixi. cum ergo sponte suscipit exceptionem, non opponens sibi præiudicat, ut hic. Quod est notandum ad materiam excussionis fideiussoris, & rei principalis. de qua per Doctor. in anthent. præsente. infra, de fideiusso. uel dic,

ADDITIONES.

a †, Inter absentes. Hoc est uerum pacto tacito, q̃ inducitur a lege ex aliquò facto. de quo per Feder. de Sen. consi. 277. & consuluit Roma. consil. 295. contra communem opi. Cy. quod donatio facta absenti ualeat absque nuncio, uel epistola, dummodo aliqualiter certificetur.

b ¶ Quod emptor hæreditatis. Adde D. Soci. hic in primo notab. & D. Ias. May, qui d. Iac. d. rationem esse, quia actiones hæreditariæ actiuæ, adeo sunt affixæ ossibus hæredis, quòd non possunt pacto, uel contractu tolli, allegat l. pacto successorum. infra eodem. ad quod facit, quod habetur per D. Soci. consil. 101. incipien. uiso testamento Antonij. uersic. confirmatur per ea, in j. parte, char. 167. & prædicta intellige, & limita, secundum Soci. hic, & ut habetur in l. prima, & secunda. infra, de hæred. uel ac. uend. & quando hæres non esset soluendo, & ut per Cy. hic, & ut in l. plane. la secunda. §. qui rogatus. de legat. j. & dicit Soci. esse uidere pulcheam decisionem Pet. de Anchara. in materia, in suo consil. 5. in ordine, & adde, quòd habetur per Do. Ias. hic, quem omnino uide.

dic, quod sufficit actionem sponte susceptam esse: quia fingitur iuridice actum. ff. de alien. iud. mutan. cau. fac. l. 3. in fi. & ff. de in-
6 terrogat. acti. l. qui ex parte. † Quæro modo, inter quos dicetur hoc pactum initum esse. dicit glo. vltima, in princip. quod intelligitur actum inter venditorem, & creditorem. & sic inter easdem personas, quibus prodest, & nocet. Sed contra hoc facit, quia inter absentes non valet pactum absque medio, id est, sine epistola, vel nuncio, vt ff. eodem l. Labeo. & de actio. & obligatio. l. 2. cui respondet Cyn. & dominus meus, quòd illud in pacto expresso, vel tacito, præsumpto, vt in exemplis ibi positis, nos in legali, & tacite intellecto a lege, in quo non requiritur præsentia, neque medium, vt infra eodem l. si creditores. & ff. loca. l. quæritur. §. qui impleto. Nec est verum, quòd in hoc pacto non insit consensus, licet quidam dicant non inesse, & male, quia l. quæ subintelligit pactum, subintelligit, & fingit consensum vtriusque, ex quo causatur pactum, vt ff. eodem, l. prima. §. primo. Simile in stipulationibus, vt infra, de rei vxo. act. l. vnica. §. primo. Sed an dici possit, vt pactum istud censeatur initum inter creditores agentes, & emptorem sponte suscipiẽtem. Cy. & dominus meus, quòd non, argumen. infra, per quas personas nob. acqui. l. prima. & ff. eodem, l. scriptum. l. fina. in contrarium mihi videtur facere, quia pactum factum cum uno prodest alij, qui conuentus contra illum esset habiturus regressum, vt ff. eodem, l. & hæredi. §. fina. & l. fideiussoris. versicu. cum alio. Sed venditor conuentus esset reuersurus contra emptorem, vt infra, de hæreditate vendita. l. secunda. ergo, &c. Et sic intelligendo pactum non
7 esse absque medio, cogitabis. † Quæro secundo, cum eadem glo. an vnus creditorum agendo, contra emptorem præiudicet cæteris, vel etiam sibi in alijs actionibus non propositis. & respõdet glo. quod non, vt ff. eodem, l. si vnus. §. ante omnia. & l. rescriptum. in princip. & infra, de excusation. tutorum. l. voluntatiæ. Nec obstat primo dicto. ff. eodem, l. maiorem. quia in diuerso casu loquitur, scilicet, quando de quota debiti remittenda tracta-
7 tur, de quo dic, vt ibi. & glos. est expedita. † Sed extra, quæro, cum Oldrad. si emptor non est soluendo, an reuerti poterit contra venditorem, & videtur, quod non, quia pactum subintellectum non est reuocatum, ergo seruandum, vt infra, eodem l. pacta nouissima. Item, quia hæc lex loquitur indistincte. Item, quia est, quid imputetur ei sponte agenti, vt l. quod quis. ff. de regulis iuris. In contrarium facit, ne hæres cum creditorum iactura locupletetur, contra, l. non natura, vt ff. de condictione indebiti. Secundo, quia ad eum loco hæreditatis peruenit precium, ergo debet posse conueniri in subsidium, vt ff. de eo per quem factum est, l. fina. Tertio, quia creditores tractant de damno euitando, hæres de lucro, ergo iuris, vel facti ignorantia non debet eis obesse, vt liuri signorantia. & l. error. ff. de iur. & fac. igno. Quarto, dicit dominus meus, quia errans non consentit, vt ff. de iurisdictione omnium iudicum. l. si per errorem. igitur in casu nostro non tam pacisciturquam decipitur, vt ff. de transactio. l. qui cum tutoribus. Et ex his patent alia argumenta, in contrarium facta non obstare. Quid dicendum? dicunt aliqui, quòd glos. decidit, quòd possit, vt infra, de hæreditate vendita. l. secunda. sed salua eorum reuerentia, illa glos. loquitur in casu illius leg. vbi nullum tacitum pactum inducebatur, cum creditores compellerentur inuiti agere contra emptorem, fisci fauore, hic quando sponte egerunt, & sic, tacitum pactum fecerunt, & ità dicebat dominus meus. quidam alij dicunt, quòd deciditur per glos. in l. secunda. eodem titu. Sed certe ibi loquitur econtra, quando venditor non est soluendo. Dicamus igitur ad quæstionem nostram, aut creditores sciuerunt emptorem non esse soluendo, quando egerunt, & sibi imputent, argumen. ff. de regulis iuris. l. cuius per errorem. & infra, de furt. l. manifestissimi. §. primo. aut ignorauerunt. & tunc sibi non præiudicãt per rationes supra factas. & per d. l. manifestissimi. & pro hac distinctione facit, infra, de sponsal. l. prima. §. is quoque. & idem dicebat dominus meus, si pendente iudicio efficeretur, non soluendo, quia quę de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, vt ff. qui satisda. cogan. l. si ab arbitrio. §. primo. & de interrogato. actio. l. de ætate. §. ex causa. & pro hoc etiam facit dictus §. is quoque. versicu. si vero. Et attende, quod hæc distinctio non habet locum econtra, quia venditorem compellitur primo excutere: vnde frustra de eius scientia, vel ignorantia quæritur. Barthol. de Salyc.

LEX III.

1 *Seruus in quæstis domino, prodesse potest, non obesse.*
2
1 **Seruus.** [a] †Seruus potest in domini fauorem, non læsio-
nem pacisci. hoc dicit. Vel magis stricte. in quæ
sitis seruus potest prodesse domino, & nõ obesse. hoc dicit. Cum
primo concordant omnes leges allegatæ in prima glossa. Cum
secundo concordant leges allegatæ in secunda glossa. in princip.
& confirmat glos. per rationem de iure communi. vsque ibi, item
quod dicit. Oppo. quòd præiudicet seruus domino, vt infra, de acquirenda possessione. l. fina. & de hæredibus instituendis. l. 3. Solut. vt in glos. quòd hæc in quæstitis: illa in quærendis. Oppo. quòd etiam in quæstitis præiudicet domino, vt ff. de vi & vi arma. l. j. §. quod adijcitur. & ff. de pactis. l. si quis seruum. §. etiam. Solut. distinguendo res dominicas a peculiaribus, vt in dominicis non præiudicet domino, nisi in duobus casibus, qui sunt facti. non iuris. puta delinquendo, vel se præcipitando, vel occidendo. In peculiaribus est regula, vt domino præiudicare possit, vt ff. de pecul. l. damnum. § sed si ipse. Fallit in septem casibus notatis. in glo. & ratio specialitatis est ipsorum, vel quia actus ille est ei a iure interdictus, vel eius non est capax. Oppo. de l. finautem. ff. eodem. Solu. quod ibi in quærendis, & in ipso contractu, quem dominus non potest acceptare, nisi cum suis modis, & conditionibus, vt ff. mandati. l. Caius. quæ similiter est contra, hic in quæsitis, vt dixi. Et adde, quod dicam infra eodem, l. filius. in quantum hic possint adaptari.

ADDITIO.

2 ¶ Seruus. No. secundum Do. Soci. hic, quòd seruus habens mandatum ad contrahendum, dicatur habere mandatum, & ad recipiẽdam solutionem. Item, quòd licet possit præiudicare in ipso contractu, a principio tamen non potest alterare formam obligationis iam quæsitæ, ex quo infert, secundum Bal. & Doctor. quòd præpositus ad recipiendam solutionem non potest terminum prorogare, ad quod dicit esse uidendum text. & ibi late in l. qui Romæ. § Callimachus. ff. de uerborum obligatio. & dicit utile esse, secundum Bal. ad monachos, qui seruis æquiparantur, secundum Innocen. in c. olim. de priuileg. lib. 6. & de hoc etiam uide D. Ias. hic, qui dicit, quòd idem in filiofamil. alleg. l. filius paciscen. infra, eodem, & d. intelligendum esse tex. in quæsitis, secus esset in quærendis, ut in glo. quam ipse hic comprobat per tres text. Item dicit simile esse in prælato ecclesię, qui non potest solus sine capitulo præiudicare ecclesiæ in quæsitis, sed bene aliquando in quærendis, & refert, quòd hic est solus prælatus in recipiendo canonem ab emphyteuta, qui triennio cessauerat soluere, & sic poterat expelli, præiudicare eccle. quia iuuius in quærendis, ita dicit tenere Cardi. Floren. in dic. potuit. de lo. & i. si Imo. in 38. colum. & sequen. Et adde, quòd refert Bal. facere, magnum uerbum in rubr. extra, de constitut. quòd ideo nolet statuti in laicorum, quòd nullo tempore ecclesiæ præscribant, ne ciuitas perdat datia, uel collectas, eo quòd tale statutum respicit quærenda, & non quæsita. Et limita illum tex. ut hic per eum. Facit ad ea, quæ hic per Do. coapostillatorem meum in princ. huius apostil. & per totam apostil. dicuntur, q̃ not. Roma. sing. 1110. 620. quod incip. constituo procurat. meum.

LEX IIII.

1 *Exceptio renunciationis litis, processum impedit.*
2 *Exceptiones litis finitæ, quæ dicantur, & quæ non. & nu. 3.*
4 *Causa, an dicatur finiri litis renunciatione.*
5 *Renunciatio simplex litis motæ, an æquiparetur renunciationi iuris.*
6 *Litis contestatio, an sit necessaria.*
7 *Renunciatio, an præiudicet, nulla lite mota.*
8 *Lis, dictio, quid significet.*
9 *Renunciatio litis fieri potest, aduersario absente.*
10 *Lites sunt odiosæ, ideo reuocandæ.*
11 *Renunciari potest liti, aduersario inuito.*
12 *Renunciatio voluntatem respicit renunciantis.*
13 *Dissolui quimquodque eo, quo ligatur vinculo, qualiter sit intelligendum.*
14 *Pactum, quid sit.*
15 *Renunciatio litis, multis modis fieri potest.*
16 *Renunciari liti, an dicatur ex solo lapsu triennij.*
17 *Renuncians instantiæ, an dicatur iuri & causæ renunciare. & nu. 18.*
19 *Renuncians liti ad expen. tenetur.*
20 *Appellator appellationi renunciare potest.*
21 *Exceptio resistenti non quæritur.*
22 *Renuncians liti, an possit eam instaurare.*
23 *Renuncilitio iuris futuri, quando valeat.*

Postquam liti. Renuncians liti finit causam, nec instaurat eam: hoc dicit secundum dominum meum, vel secundum Bart. Qui renunciat liti motæ, videtur renunciare instantiæ, & causæ. Pone casum, in terminis in nube, quo posito. Nota, quòd renunciatio litis excludit renunciantem a iure domini; & obiectionis. Secundo, quòd post re-
1 nunciationem litis non est locus pœnitentiæ. † Tertio, quòd hęc exceptio renunciationis litis impedit processum inchoati, & inchoatum, priusquam exceptio cõpereret, perfici, vt probat istud verbum, instaurari. hic positum. concordat l. cum mota. infra, titu. j. & probatur vtrunque in exceptione transactionis. quæ similiter, vt ista est litis finitæ. ff. de condictione indebiti. l. eleganter.
2 §. si quis post. & §. sed si post. † Et vt de istis exceptionibus aliquid dicamus, est notandum, quòd quædam exceptiones appellantur exceptiones litis finitæ, sic dictæ, quia earum causa productiua emanauit, vt finem imponeret litiam motæ, vel speratæ. & ideo de lite sperata dico, quia transactio fit timore litis præsentis, vel speratæ, vt d. §. si quis post. & ibi glo. exempla istarum exceptionum sunt hæc, videlicet exceptio renunciationis litis motæ, vt hic, exceptio transactionis, vt infra, tit. j. l. fratris. & l causas, vel lites, vt d. §. si quis post. & exceptio iurisiurand. vt ff. de iureurand. l. secunda. l. nam & postea. §. dato. & exceptio rei iudicatæ, vt ff. de re iudicata. l. prima. & has tres vltimas enumerat tex. extra, de lit. contesta. cap. j. lib. 6. Hæ exceptiones huius sunt finis, & effectus, vt propositæ in forma declinatoriæ impediant processum, vt legibus, & iur. supra allega. & hæ oppositæ, vel propositæ in forma peremptoriarum. & sic ad merita causæ, seu ad ipsius iustitiam,

vel

vel iniustitiam non impediunt processum. & sic imputetur sibi, qui illum modum, & formam proponendi elegit. non est tamen omittendum, quod Innocē. extra, de in integrum restitutio. cap. cum venissent. dixit, quod hæc exceptio non est vna in substantia, quæ sic varietur in proponendi forma. sed dicit ex eodem facto duas oriri in substantia, & diuersas numero, videlicet vna peremptoria, alia declinatoria, seu dilatoria. quod an sit verum, non
3 insisto, sed eius verba nota. † Quædam sunt exceptiones, quę non possunt dici litis finitę, quia earum causa non emanauit, vt finem liti motæ, vel speratæ imponerent, sed ob aliam causam, istarum exceptionum causa productiua, quandoque omnem obligationem tollit, & perimit, quandoque alteram tantum, quandoque neutram. Si omnem obligationem tollit, vt est videre in exceptione solutionis, & acceptilationis, tunc talis exceptio ad processum potest opponi, cum nemo experiatur sine actione, vt l. si pupilli. §. videamus. ff. de negoc. gest. cum similibus. & hoc not. glo. in acceptilatione. infra, titu. j. l. vbi pactum. Si alteram tantum tollit, vt pactum de non petendo. quod secundum communem opinionem, tollit naturalem, & elidit ciuilem, vt dicam plene infra eodem, l. pacta nouissima. & adhuc dicunt quidam, quod potest opponi ad processum, quia sine actione non potest experiri. facit l. neque impuberes. ff. de in ius vocan. & hanc opinionem videtur Bart. sentire. ff. eodem, l. si vnus. §. pactus. sed opinio non est bona, quia licet tollatur naturalis, nō propterea tollitur actio, vt dicam in l. pacta nouissima. ¶ Si vero neutrā obligationem tollit: tunc distingue, aut exceptio concernit actionem, & eius substantiam: aut concernit eius exercitationem tantum. Primo casu solum ad merita causæ potest opponi, quæ solum concernit, vt est videre in exceptione præscriptionis, suppositia illa opinio. pro vera, quod actionem non tollat ipso iure, sed elidat ope exceptionis, vt not. glo. in l. sicut. ¶ infra, de præscription. triginta annorum. & ibi dicam. Similiter in pacto de non petendo, secundum opinio. Guiliel. de Cun. Secundo casu, quando non ipsius actionis substantiam. sed eius exercitationem concernit, quod est videre, quando ciuilis, vel municipalis l. denegat audientiam, dicens non audiatur, vel audientiam non dabo, vel alia similia verba. & tunc exceptio illa iudicanda est declinatoria, seu iudicij dilatoria, vt infra, ne quis, vel a regia. l. secunda. & supra, de his, qui ad eccle. confu. l. si fertus. & ideo ante litem contestat. debet opponi, vt infra, de procurator. l. ita demum. sed forte etiam postea: quia quoties aliquid proponitur, vel dicitur renasci, exceptio videtur, argumen. ¶ l. sicut. & l. repeti. in princip. & ff. quibus modis
4 vsufruc. amit. † Venio ad glo. per quartum introitum oppo. quod ex renunciatione litis non finiatur causa, quin instaurari possit: cum ex tali renunciatione nil depereat de renūciantis iure, quod sic probo: quia lis, & ius deductum in ea sunt valde differentia, vt vidisti, in l. edita. supra, de eden. ergo de renunciatione litis non infertur renunciatio iuris, argumen. ff. eodē, l. si vnus. §. ante omnia. & infra, de excusatio. tutorum. l. voluntarie. Solut. quod contraria habent locum in prorsus separatis. ita quod vnum non sit alterius illatiuum, vel significatiuum, sed in casu nostro litis nomen significat actionem, vt l. litis nomen. ff. de verborum significatio. ergo merito ex renunciatione litis infertur renunciatio instantiæ, & iuris, vt in glo. j. in cuius fi. pro supplemento dic, argumen. l. litis nomen. ff. de verborum significatio. & infra, de do. l. prima. cum similibus. Et not. quod glo. dicit in dubio, quasi dicat, secus esset, si renunciaret liti, cum protestatione, quod ius suum saluum sibi remaneat, quia illi non intendit renunciare: quia tunc intelligeretur renunciatum liti, id est, instantię tantum. Nam & instantia pro lite intelligitur, vt infra, de procuratoribus. l. neque. & de iudic. l. properandum. §. fina. & ibi not. & prolata proprie sumpta impropriantur, ex quo constat de mente, vt infra, de fideicommiss. l. cum virum. & ff. de præscriptis verbis. ¶ insulam. & sic ex glo. not. quod renunciatio in dubio intelligitur in suo potiori, & pleniori significatu. facit l. prima. §. qui in perpe-
5 tuum. ff. si ager vectig. vel emphyteu. peta. † Oppo. secundo, quod
a per simplicem renunciationem litis motæ, [a] non renuncietur iuri, vt in hoc exemplo. Pone, sine libello, & iudice creditorem cōtendere cum debitore, certe dicimus, quod lis inter eos orta est. & tamen si creditor dicat ei, renuncio liti, intelligeretur discordiæ, & non iuri, quia lis talis non significat nomen actionis. facit l. libertus aduersus. ff. de in ius vocan. Solut. quod hæc non intelligitur de tali lite impropria, sed de lite, quæ significat nomen actionis, quia in iudicio & apud iudicem mota est, vt in secunda glossa. Sed tunc dubium est, quæ requirantur ad hoc, vt lis dicatur mota. & fatentur omnes, quod libelli oblatio, & partis citatio de iudicis mandato. & eius citatio, similiter, & libelli oblatio
6 sunt necessaria. † Sed dubium de litis contestatione. & dicunt quidam, quod litis contestatio est necessaria, argumen. ff rem ra. habe. l. amplius. & multi dicunt, quod glos. nostra hoc sentit. dominus meus dicebat litis contestationem non esse necessariam. Nam ante litem contestat. lis dicitur mota, & res effecta litigiosa, vt in Authent. de liti. §. omnem. & infra, de liti. authent. litigiosa. Secundo, quia lis dicitur ante litem contest. vt not. infra, titu. j. ¶ causas, vel lites. & ff. de testi. l. prima. §. primo. Non obst. d. l. am-

plius. quia ibi in stipulatione pœnali amplius non peti, quæ est stricti iuris, & quia pœnalis, & sic odiosa, ideo restringenda, vt ff. de liberis, & posthumis. l. cum quidam. hic de renunciatione, quę est fauorabilis, vt l. Arrianus. ff. de act. & obligatio. ideo late interpretanda. Ad hanc glos. & sequen. respondet, quod facit pro hac parte, cum aliud sit motio litis, & aliud contestatio. in hanc
7 partem inclinat Iacob. Butriga. vt communem. & ita teneo. † Oppo tertio, quod etiam nulla lite mota, valeat renunciatio, vt supra eodem, l. prima. Solut. vt sequitur in tertia glo. in princip. videlicet, quod ibi per pactum, hic per simplicem renunciationem, quæ demum lite mota nocet. Et sic innuit glo. quod si lis non fuit mota, quòd renunciatio non præiudicasset. sed hoc videtur falsum, quia cum tempore renunciationis ius sit præsens, & parum compereus, renuncianti in ipso debet præiudicasse renunciatio, argumen. eorum, quæ notantur, & dixi in prima glos. Solut. defendendo secundum dominum meum, quòd dicta in glo. procedunt, quando lis est mota. ita quòd per ipsam actio significatur, vt l. litis nomen. ff. de verborum significatio. vnde valente renunciatione in ipso principali, & expresso, valet in ipso significato tacito, & consecutiuo. Sed vbi lis mota non esset, & per consequens lis nulla dici posset, & sic nec actio ab ea significata dici potest, sequitur, quòd renunciatio est in expresso, quia quòd nondum est, non tenet. & per consequens nil operatur in consecutiuo, & tacito, vt ff. de seruit. rusti. prædi. l. 3. §. fina. & de donatio. inter virum, & vxorem. l. si sponsus. §. j. & in simili not. glo. infra, de rei vendicatione. l. mater. in glos. magna. in prima quæstione. sed contra istam defensionem facit, quia vbi contractus, vel dispositio non tenet in continente, vel significante, valet & tenet in contento, vel significato, vt patet infra, de do. l. prima. & ff. de pact. l. Labeo. de legatis primo. l. seruum filij. §. eum qui. Sed iterato defendit dominus meus, quod in illis legibus, dispositio non erat nulla, sed aliqua, licet infructuosa, igitur in contento, velut in fructu continentis, fortius operatur, q̄ hic renūciatio nulla facta de lite, quę non est. Similiter non obstat, quod res debet interpretari sic, vt valeat, & non pereat, vt ff. de vsufruc. l. quoties. & de rebus dubijs. l. quoti. quia ibi oratio est ambigua, hic renunciatio
8 funditus nulla, vt ex prædictis. † Extra oppo. quarto, licet litis nomen significet actionem in libellum deductam, tamen non significat processum futurum, & sententiam ferendam, ergo in his non debet posse præiudicare, ut ff. de legatis secundo. l. si ita scriptum. §. si sub conditione. Solu. quidam, quod hic facta fuit in iudicio. ideo præiudicat in iure futuro, ut plene dixi supra eodem, l. prima. in contrario extra iudicium, hæc diuinat in nostra l. Ideo dic melius, quod interdum futurum habet dependentiam a iure præsenti: quia ab illo fomentum est recepturum. & tunc habet locum lex nostra. Interdum futurum nullam habet dependentiam a præsenti, sed ipsum futurum est per se principale. & tunc habet locum l. contraria, & pro hoc accedat, quod in simi-
9 li not. glo. in l. non quemadmodum. ff. de iudic. † Quæro modo, continuando materiam, cui facta fuit hæc renunciatio litis. & di-
b cit glos. quod non exigitur cui: quia & absente aduersario [b] fieri potest. & sic sufficit simpliciter facta, dummodo probari possit. cum ista glo. concordat Guiliel. de Cun. in l. Pomponius scribit. ff. de negocijs gest. & Innocen. in cap. cum pridem extra, de pactis. & in cap. veniens, extra, de renunciationi. Bart. refert Petrum tenuisse contrarium, quem ipse sequitur in l. non solum. §. liberationis uerba. ff. de lib. lega. distinguens tamen, quod si renunciatio facta est de iure reali, valet inter absentes, ut in hac l. quia secundum eum notanter dixi, liti de prędio. & est ratio, quia cum illud resideat solum in renunciante, debet merito posse sola renunciatione a se abdicare, ut supra, de iuris, & facti igno. l. cum falsa. & ff. de acquirenda possessione. l. 3. §. in amittenda. & l. si quis vi, §. differentia. quare pro derelicto habeatur, argum. l. primę, secundę, & tertię. ff. pro derelicto. & pro hoc do tibi glo. claram. ff. de usufruc. accre. l. prima. §. interdum. Si uero sit facta de iure personali. & tunc si mediante nuncio, uel epistola, etiam valet. remittit. & l. Labeo. ff. de iureiuran. si absque nuncio, uel epistola. & tunc si alteri recipienti uice, & nomine absentis, & sic ut gestori, & etiam valet. ita intellexit glo. in d. §. liberationis uerba, pro qua facit l. penulti. ff. de negoc. gest. & l. rescriptum. §. fi. ff. de pact. Aut absque tali medio, licet uocatis uicinis, & amicis, uel alijs testibus, & tunc non valet. Primo, quia unumquodque dissoluitur, debet eo uinculo, quo ligatur. ff. de solut. l. prout quisque. & de regulis iuris. l. nil tam naturale. igitur cum personalis obligatio uoluntate debitoris, & creditoris sit causata, & uno nexu residet in utroque, ut ff. de accept. l. prima. & ibi glos. sequitur, quod pro

utriusque

A D D I T I O N E S.

a † Per simplicem renunciationem litis motæ. Vide de hoc no. in cap. dudum. extra, de electio. & in c. cum pridem. extra eo. de pact. in uersic. liti cedere. ubi uide Cardinalem.

b † Absente aduersario. Infert ex hoc dicto, quod ista renunciatio partis non requirit præsentiam. idem not. Innocen. in capitu. cum pridem. extra, de renunciat. secus autem in renunciatione literarum, ut ibi per eundem Innocen. & scribentes,

utriusque voluntate debet tolli. Secundo, quia pactum factum 12 extraneo de non petendo a tertio, non valet ipso iure, vt ff. de pactis. l. si tibi. §. si pactus. & l. & hæredi. §. nos autem. & not. glo. in eadem l. §. idem Iulianus. & in l. idem in duobus. §. fina. Hinc est, quod speciale est in quibusdam personis, vt earum pactum alij producat exceptionem doli. quæ no. in l. rescriptum. §. fina. ff. eodem, & l. sequen. Tertio, confirmat ex eo, quia confessio ad liberandum facta parte absente nō valet, vt ff. de confessis. l. certum. §. si quis absente. & not. glo. ff. de negociis gest. l. Pomponius scribit. in glo. magna. quod fore verum nititur ipse probare ratione, quam ibi potes uidere. cum ad præsens non sit necesse, hoc hic tractare. Quarto, hoc fortifico per l. legatus. ff. de offic. præsid. vbi patet, quod abdicatio debet fieri in manibus eius, a quo quis rem a se abdicandam recipit. alias non valet. Quinto, quia donatio non potest fieri absenti absque medio, vt l. nec ambigi. cum ibi not. infra, de donatio. & not. in l. illud. in fin. supra, de sacrosanctis ecclesijs. Sexto, induco duas glo. quæ videntur velle, quod repudiatio non teneat in iure, quod non consistit in sola repudiantis voluntate. ita not. glo. ff. de succes. edicto. l. prima. §. decretalis. & l. qui potest. §. quod quis. ff. de regulis iuris. Quid dicendum? dominus meus, qui semper est conatus defendere gloss. stabat cum ista gloss. & cum gloss. in d. l. liberationis verba. qui istam l. allegando vult, quod renunciatio inter absentes, absque medio nullo de æquitate producat exceptionem doli. Mouetur primo, per
13 istam l. quæ indistincte loquitur, partis nullam requirens præsentiam, vel aliud medium, similiter nedum de iure reali. sed de personali disponens, cum satis sit lis de prædio, vbi peritum est, dari, vt in fra, titu. primo. l. si pro fundo. & de euictio. l. si prædium.
30 † Secundo, quia fauendum est actui, per quem lites velut odiosæ amputantur, vt in fra, de iudic. l. properandum. in princip. & ff. si certum petat. l. quidam extimauerunt. & per quem liberationes inducuntur, vt fauorabiliores, vt ff. de act. & obliga. l. Arrianus. Tertio, quia sicut totius ad partem, idem est iudicium. sic simplicis, & respectiui, vt ff. si quis cau. l. sed & si quis. in fin. & ff. de inofficio. testamen. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. & de rei vendicatione. l. quæ de tota. & de vsur. l. qui sit. de administratio. tuto. l. si duo. in fi. & si sic est, sequitur, quod sicut, quando ius totum, & integrum residet in persona vnius tantum, valet renunciatio in toto, & integro iure. sic quando est commune, vel residet in pluribus, valere debet in parte renunciantis, vel saltem eius respectu, & aduersus eum saltem paretur exceptio, non attenta persona, cui quæratur, quam nec renuncians intuetur, vt l. Meuius. ff. de conditio. & demonstratio. facit l. si duo. in princip. ff. de iureiuran. & hæc tres fuerunt eius rationes. Addo alias rationes, quæ sequuntur. Quarto, quia in absentia tacite potest renunciari, vt infra, de accusatio. l. si ea. ergo, & expresse, cum tacitum æquiparetur expresso, vt ff. de seruitu. l. si cui. & si cert petat. l. cum quid. & de ritu nupt. l. quamquam. Quinto, quia præfixio terminorum cum cōmminatione, de quibus dicitur in d. l. si ea. non fiunt ad alium effectum, quàm vt non veniens renunciasse intelligatur. Si igitur vocis expressione constet clare de renunciatione, sequitur, quòd hoc certum, & clarum, non minus debet operari, quàm illud coniecturatum, & fictum, vt ff. de verborum obligatio. l. continuus. §. cum ita. & infra, de rei vxo. actio. l. vnica. in princip. Sexto, quia hæc exceptio doli subsidiaria non est odiosa, nec generalis concurrens cum alia. sed ex quadam æquitate in subsidium concessa. & sic maiori æquitate nititur, quàm sit natura communis exceptionum, vt ff. de exceptio. do. l. qui æquitate. igitur merito concedenda in odium litium, & fauore libe-
21 rationum. † Septimo, quia potest liti renunciare aduersario inuito, licet ei, quandiu restiterit, non quæratur exceptio, vt dicam infra, in quæstione duodecima. ergo fortius eo absente, & ignorante, vt l. qui potest inuitus. ff. de regulis iuris. quod possit aduersario inuito, proba. Nam si quis non compellitur inuitus agere, vt infra, vt nemo inuitus. in rubro, & nigro. sic nec in agendo persistere, vbi non intersit aduersarij, vt in authent. qui semel. infra, quomodo, & quando iudex. & clarius in corpore, vnde sumitur. & not. ff. de iuramen. calum. l. secunda. §. quod si actor. sed aduersarij non interest, cum per renunciationem litis sit iuri renunciatum, vt in primo contrario dixi, nec ratione expensarum, vt infra dicam, ergo &c. Octauo, quia vbi præsentia exigitur, ibi citatio de absente mandatur, & econtra, vt ff. de adoptio. l. nam ita diuus. & de mino. l. in causa. §. causa. & infra, de auth. præstan. l. fina. & si per vim, vel alio modo. l. fina. sed citatio tunc mandatur, quando de eius incommodo, non quando de commodo tractatur, vt in d. ll. & l. prima, & fina. infra, qui admit. ad bonorum possessio. possunt. ergo tunc præsentia exigitur, non quando de commodo eius quæritur, vt in casu nostro. Nono, quia vnicuique res sua est commissa, vt supra, de Iudæis. l. homo exterus. & in re sua quilibet est moderator, & arbiter, vt infra, manda. l. in re mandata. igitur cum actio sit propria actoris, debet posse absque aduersarij præsentia illi renunciare. Decimo, quia licet ius obligationis resideat actiue in creditore, & passiue in debitore: tamen hoc est fauore creditoris inductum, vt patet Institut. de act. in princip. ergo debet posse illud spernere, & a se abdicare, argumen. infra

12 eodem, l. si quis in conscribendo. † Vndecimo, quia renunciatio ex verbi significato non concernit, nisi voluntatem renunciantis, nec actum plurium exigit personarum, ergo statim debet producere aliquem effectum, vt l. quemcunque. ff. de actio. & obligat. & non est prohibita, sed permissa, cum omnia credantur iure licere, quę non apparent esse prohibita, vt ff. de probatio. l. ab ea parte. & probatur infra eodem, l. si quis in conscribendo. Cum ergo non possit in iure personali fundamentalem, & radicalem liberationem ipso iure inducere, qa actiones personales sic sunt ossibus affixæ radicaliter, quod nisi certis modis non possunt ab eis separari, vt ff. pro soc. l. 3. sequitur, q̄ illam ope exceptionis debet inducere. Duodecimo, quia ille, qui tenetur ad vsumfructum constituendum, tenetur ad duo, videlicet ad dandum, & patientiam præstandum successiue, vt l. 3. in princip. ff. de vsufruc. a primo liberatur, cum vsufructuarium induxerit in possessionē constituendo vsufructuarium, a secundo non est liberatus, sed permanet obligatus, quandiu durat ius vtendi. Sed pone, quòd vsumfructū iam quæsitum repudiauit, an liberatur proprietarius ex ista repudiatione a patientia præstanda. & sic ab illa personali obligatione. certe sic. ff. de vsufruc. accrescen. l. prima. §. interdum. & si dicas, illud euenit consecutiue. replico, quòd fortius & principaliter deberet euenire, quia illam tunc imprimit repudiatio absque medio, argū. l. cum quæritur. ff. de statu hominum. Ex his concludo opinio. quam dominus meus sequitur, fore verio-
13 rem, & clarius concernetur ex responsione ad obiecta. † Ad primum igitur, quo dicitur, quòd vnumquodque debet dissolui eo vinculo, quo ligatur: Respondeo verum, quantum ad dissolutionem fundamentalem, & radicalem inducendam ipso iure, non quantum ad inducendam ope exceptionum. Ad secundum, de pacto de non petendo, respōdeo, quia aliud in pacto. ratio diuer-
14 sitatis apparet clare. † Nam pactum est duorum pluriumve in idē dandum, vel faciendū ab vno alteri placitus & consensus. & sic nimirum, si in legibus in contrarium allegatis, pactum est inutile, & non producit exceptionem doli: quia non sibi, sed extraneo paciscitur. Renunciatio vero, de qua loquimur, in vno, seu vnius voluntate consistit, & plurium voluntatum concursum non requirit, vt dixi in vndecima ratione, quam feci pro ista parte. Præterea paciscens de non petendo, agit se obligare ad non petendum in futurum, vt dicam infra eodem, l. pacta nouissima. & sic consensus eius, cui debet obligari, est necessarius, vel per se, vel procuratorem, vel nuncium, vel epistolam, vt l. Labeo. ff. eodem titulo. Renuncians vero non agit se obligare, sed renunciatum a se abdicare ipso iure, vel in effectu. Ad tertium, de confessione ad liberandum, quòd magis videtur vrgere, suppositia illa opinio. pro uera, quod absente parte facta non ualeat, quam multi non tenent. & etiam circa quam glo. uidentur uariæ, ut dicam in l. prima. infra, de confessis. Respō. primo, secundum dominum meū, quod aliud in confessione, quia illa non fit ad aliquid noui inducendum, sed principaliter fit ad declarandum id, quod in confessione illa est deductum, & consecutiue ad ipsum ualidandum, ut ff. de interrogato. actio. l. de ætate. §. qui interrogatur. & ibi glo. Renunciatio uero fit ad abdicandum, quod est, ad inducendum liberationem, & ad tollendum in casu nostro litem motam. ergo merito aliud in confessione, aliud in renunciatione, quę fauorabilior est, cum liberationem inducat, & lites tollat, & in his residebat dominus meus. Sed dicet perspicuus ingenio, si confessio declarat, cur illa declaratio non obstat declaranti, ut contra se sicut fatetur, credatur esse, & hoc probatur ex ipsa confessione. & ego respondeo, quod ipse non agit hoc aduersario inducere, quia ipse præsens non est sciens, quòd probationes fiunt præsentiideo sacramentum testi defertur in præsentia partis, ut infra, de testi. l. si quando, & ad tempus sacramenti depositiones referuntur, ut ibi. uel dic, quod aliud in confessione, & aliud in repudiatione, quia uerborum significata aliud exigunt, & requirunt in uno, quàm in alto. Nam renunciatio unius tantum uoluntatem exigit, & requirit: sed cōfessio plurium. Nam licet derijuationem recipiat a uerbo, fateor, ris. fiue, for, faris: tamen simultatem exigit propter dictionem, con: cum qua componitur, ut de consensu dicimus, qui est simul assensus. ff. eodem l. 1. §. primo. & de act. & obligat. l. ex consensu. Ad quartum, de l. legat. Respon. ibi, in iurisdictione, in qua inest munus iudicandi, vt ff. de muner. & hono. l. munerum. §. iudicandi. & sic vt ita loquar, nos in obligatione actiua, quæ solum fauorem renunciantis concernit, ibi in passiua, quam creditor a se abdicare non potest, quia eius fauorem non concernit, vel secundum Richar. renunciatiua ibi habebat superiorem in iure, cui renunciare intendebat, hic non tantum æqualem, sed inferiorem, & subditum. Ad quintum, de donatione respondeo, quòd illa exigit voluntatem plurium, cum fiat pacto, vel stipulatione, seu traditione. Renunciatio vero secus, vt dixi. Ad glo. quas quinto loco induxi. Respon. q̄ intelligi debent de fundamentali abdicatione, non de fienda exceptionis ope: vel dic, quòd ibi de renunciatione iuris quærendi, non quæsiti, in quo quærendo oportet, quòd tempore renunciationis sit habilitas per se quærendi, vt teneat renunciatio repudiantis, vt ibi in tex. & glo. & idem esset in quæsito, vbi tractaretur de

alterius

alterius præiudicio. vel vbi authoritas iudicis deberet interuenire, vt patet in persona minoris. & tunc est ratio, quia plures sunt pares, & æquales in eodem actu. hic secus, vt dixi. Quæro modo secundo, quomodo fuit facta hæc renunciatio litis. & solu. quòd per verba, nolo amplius venire ad causam, &c. Et attende, quòd glo. notanter apposuit illud aduerbium, amplius, quod futurum
a concernit.[a] alias nisi præfixio alicuius termini præcederet, ista verba non trahûtur necessario ad tempus futurum, vt plene scripsi in repetitione, in ea: l. qui se patris. infra, vnde liberi. † Quæro
15 tertio, an aliter fiat renunciatio litis, & dicit glo. quòd sic, tacite. & hoc potest dupliciter euenire. vno modo actum contrarium faciendo, ex quo tacite præsumitur renunciatio, vt ff. de mino. l. si filius. & de inofficio. testamen. l. si proponas. §. primo. & l. penulti. in fi. & infra, de in integrum restitut. mino. l. prima. & de re iudicata. l. ad solutionem. Alio modo tantum omittendo, & hoc dupliciter, vno modo lite mota, & termino ei præfixo ad prosequẽdum, vt infra, qui accusare non possunt. l. si ea. & dic, vt ibi plenius. Alio modo lite non mota, sed præfixo ei termino ad mouẽdum propter diffamationem, quam faciebat de eo, quem debitorem suum asserebat, vt infra, de ingenu. & manu. l. diffamari. & de remis. pig. l. si eo. & not. infra, vt nemo inuitus. l. j. in fine. & de vsu. pu. l. singul. Et tunc non liti, quæ non erat, sed iuri dicitur renunciasse, quod intelligebat dominus meus, respectu eius tantum, qui petijt tempus statui, & limitar, non respectu aliorum, qui etiam dicerentur plures rei debendi, vel credendi, & vni tantum fuit statutum, argumen. ff. eodem, l. si vnus. §. ante omnia.
16 † Quæro quarto, an ex solo lapsu triennij,[b] dicatur renunciatum
b liti, vt dicit glos. quidam dicebant, quòd sic, & male: quia per missionem executoris, vel per litis contestatio. interrumpitur præscriptio, & perpetuatur actio, vt infra, de præscriptio. triginta annorum. l. fina. & sic sequitur, quòd triennio instantiæ litis præfixio non finitur. & pro hoc text. infra, de iudic. l. properandum. §. fina. concludit tamen glos. & Doctor. quòd per triennium renunciatur liti, prout lis sumitur pro instantia causæ: sed non renunciatur liti, prout concernit ius, & actionem. Sed contra hoc videtur text. ff. ne de sta. defun. l. secunda. Solu. ibi triennium, nedum instantiæ, sed iuri, & actioni erat præfixum, quia finis erat quinquennij, infra quòd causa status defuncti debuit terminari, nec litis contestat. perpetuatur, vt ibi not. glo. simile in actione de dolo, vt infra, de dolo. l. fina. & in iudicis officio, quo petitur restitutio, vt infra, de tempo. restitutio. in integrum. l. petendæ. & l.
17 superuacuam. ad fin. † Quæro quinto, extra glo. cum ita sit, quòd instantia causæ incipiat in causis ordinarijs a tempore litis contestatæ, vt infra, de iudic. l. properandum. §. j. an renunciando instantiæ, videatur etiam iuri, & causæ renunciasse. & dixit Bart. quòd sic, nisi in renunciatione sibi reseruauit ius ipsum in causa deductum. & tunc dicit renunciationem factam de instantia, nõ tenere: quia non potest fieri, nisi & iuri causæ renuncietur. & sic ratione perplexitatis, & repugnantiæ vitiatur, argumen. eorum, quæ not. supra, de sacrosanctis ecclesijs. authent. ingressi. Quod autem renuciando instantiæ, simpliciter renunciare dicatur causæ, probat ex eo, quia in actione cogitur persistere, vt in authent. qui semel. infra, quomodo, & quando iudex. & si non potest renunciatio instantiæ fieri, nisi fiat etiam causæ. ergo, & de causa intelligi debet facta, quia qui vult vnum, videtur velle antecedens ad illud necessarium, argumen. l. illud. ff. de acquirenda hæreditate. Sed Iacob. Butriga. hic sentit contrarium, & communiter omnes, nec est verum, quòd renunciatio causę sit antecedens necessarium ad renunciationem instantiæ. nec ab ea vllam trahit dependentiam. ideo dicit, quòd renunciari potest instantiæ parte aduersa consentiente, non inuita, vt in authent. qui semel. & tunc cum consentit in sola instantia, valet, nec præiudicat in iure, vel actione. & ita not. glos. infra, de præscript. long. temp. l. prima. in glos. j. Cum vero pars aduersa non consentit, in nihilo tenet, &
18 persistere cogitur. & ita se habet communis opinio. † Quæro sexto, actor renunciando liti, videtur renunciare & causæ, vt hic, quid in reo liti renuncianti. Dicit Iacob. Butriga. quod sicut actor actioni, ita reus exceptioni. Bart. vltra dicit, videlicet, quod si reus nullam exceptionem haberet, quòd renunciatio ex ipsius parte facta nil prodesset actori, qui aliter suam intentionem non fundasset, argumen. eorum, quæ notantur l. circa. ff. de probatio. Alij, quòd reus nedum exceptioni, sed & conditioni, quam fecit, renunciasse intelligitur. & per consequens videtur fateri vera esse, quæ actor in libello proposuit, & sic ex illa confessione, licet cõsecutiua fundatur ius actoris, argumen. infra, de iudic. l. rem non nouam. & de fide instrumentorum. l. si aduersarius. & de re iudicata. l. ad solutionem. & ff. de adult. l. si maritus. §. si negauit. Conscientia enim malę litis creditur cessisse liti, vt extra, de simo. cap. per tuas. in fi. & ff. de iudic. l. destitisse. tertio respon. & hoc placet. Quæro septimo, an vni articulo renunciari possit. & dic, quod sic, argumen. l. quæ de tota. ff. de rei vendicatione. cum similibus.
19 Et probatur infra, de fide instrumẽtorum. l. si aduersarius. † Quæro octauo, an renuncians liti debeat in expẽsis condemnari, dic,
c quòd sic, [c] quia ex conscientia malæ litis creditur renunciasse, vt d. cap. per tuas. in fi. item, quia mutans, vel emendans, tenetur ad refectionem sumptuum, vt no. & dixi supra, de edendo. l. edita. & hoc, nisi retro iustam causam habuerit litigandi. & tunc veniret absoluendus, argumẽ. ff. de legat. secundo. l. qui solidum. §. etiam.
20 & probatur in l. destitisse. in fi. ff. de iudic. † Quæro nono, an appellator possit renunciare appellationi. dic, quod sic in præiudicium sui, non appellati, vt not. Doctor. infra, de appellatio. l. ampliorem. in princip. & Innocen. extra, de rescriptis. cap. ex parte.
d Quæro decimo, an dilationi sibi [d] concessæ, quis possit renunciare. dic, vt dicam in l. petendæ. infra, de tempo. restitutio. in integ. vbi per Cy. & Doctor. Quæro vndecimo, an rescripto impetrato. dic, vt dixi supra, de diuer. rescrip. l. secunda. † Quæro duodecimo, an quia supra dixi, quod absenti, & ignoranti, imò, & inuito aduersario potest fieri litis renunciatio, nunquid si pœniter
21 renunciantem, aduersario quæretur vlla exceptio, dic quod resistenti non poterit exceptio quæri, vt ff. de regulis iuris. l. intuito. veruntamen renunciante perseuerante in renunciatione, & resistente desistente a resistentia, & sic pœnitente tempore renunciationis aduersarij durantis sufficit, vt non postea reuocari possit. Sufficit enim in eodem tempore vtriusque volũtatem in idẽ concurrisse. facit, quod no. glo. in l. si pecuniam. infra, de negocijs gest. absenti vero, & ignoranti facta, dico, quod si, cum sciuit exceptionem sibi quæri, noluit, sibi imputet. & idem si de ea excipere noluit. nam sicut inuitus, quis non cogitur agere. sic nec se defendere, vel excipere, vt infra, vt nemo inuitus. & ibi nota. & ff. de in ius vocan. l. satis. sinautem cum sciuit, ratum habuit, & sic acceptauit, tunc si adhuc illo perseuerante in renunciatione, pœnitentia postea superueniens non admittetur: si vero prius pœnituit, quam ille sciuerit, vel ratum habuerit, tunc videtur pœnitentiæ locus esse, argumen. l. non erit. §. fina. & l. sequen. ff. de iureiuran. & infra, l. si quis iusiurandum. In contrarium facit: quia in alterius perniciem non licet mutare consilium, vt in c. quod semel placuit. & in cap. mutare consilium, de regulis iuris. libro 6.
22 † Quæro decimotertio, cum glo. an verum sit indistincte, quòd renuncians nullo iure possit litem instaurare. & dicit glo. fi. quod sic de iure cõmuni, non speciali minorum. quod intellige, quandoque ipso iure, quãdo iudicium in persona minorum esset nullum, & sic renunciatio nulla, vt infra, qui legitimam personam, per totum. quandoque beneficio restitutionis mediante, quando iudicium fuisset aliquod: similiter, & renunciatio, licet tutor, vel curator interuenerit, vt supra, si tut. vel curat. interue. l. etiam.
23 & ita dicebat dominus meus. † Vltimo, vt effectus renunciationis ex parte rei, vel actoris sit in generali notus, licet ex iam dictis apparcat, tamen sub breuitate distinguendo concludamus, quia aut illud, cui renunciatur, est futurum dependens a futuro euentu. & dic, vt dixi supra eodem, l. prima. aut est præsens purum, & simplex. & tunc, aut illud residet solum penès renunciantem, & tunc tenet renunciatio, quicquid sit de alterius acquisitione, & hoc tam in iure quærendo, vt infra, si vt se ab hæred. absti. l. prima. & de iure deliberan. l. fina. §. fina. & ff. de procurator. l. antelitem. & de inofficio. testamen. l. Papinianus. in princip. & de acquirenda hæreditate. l. hæres. & l. is potest. quàm etiam quæsito, vt in quolibet iure reali, vt ff. de acquirenda possessione. l. 3. §. in amittenda. & l. si quis vi. §. differentia. & pro derelicto. l. 3. & sit hęc renunciatio, quandoque expresse, quandoque tacite permittendo labi tempus acquisitioni præfixum, vt infra, qui admittad bono possessio. l. j. & l. emancipata. & not. in l. si ego. ff. de negoc. gest. vel ad mouendum quæsitæ actioni statutum, vel actum cõtrarium exercendo, vt dixi supra, in quæstione tertia. aut id, cui renunciatur, non residet penès renunciantem tantum, sed etiam alterum: & tunc, aut illud est onus, & grauamen renunciantiinuito, & non potest, vt l. munerum. §. iudicandi. ff. de mune. & hono. & pro hoc l. legatus. ff. de offic. præsid. secundum vnam solutionem, quam supra dedi. facit l. sicut. infra, de act. & obligat. Aut est commodum, vel honor: & tunc, aut habet in hoc superiorem, aut

A D D I T I O N E S.

a † Quod futurum concernit. Ita no. glo. in l. a diuo Pio. in uersic. quòd prius, & ibi posui in addit. ad ipsum. in uer. fi pignora. ff. de re iud. not. Bart. in l. si seruus, §. si ita scriptum. & ibi in addit. ad ipsum, in uer. amplius. in j. oppo. ff. de legat. j. & in l. j. §. hæc uerba. ff. si cui plus quam, per l. Falc.

b † Quæro, an ex solo lapsu triennij, &c. Adde ultra Bart. hic, nume. j. & quod ibi dicitur in apostil. Roma. consil. 431. ubi idem tenet cum isto, distinguendo tamen.

c ¶ Quod sic. Adde Bal. hic in ulti. colum. uersicu. ubi quæritur. Ange. & Pet. de Siuz. in d. l. destitisse. de iud. quòd non, sed dic uerius, si habuit iustam causam, alias sic, secundum Dom. Franc. de Capi. lis. d. l. fina. ubi Bal. loquitur in act. re, sed secus forte, in reo, argumen. in l. qui in alterius. de regulis iuris. & adde Bal. in additio. ad Specul. in tit. de lib. conce. uersicu. actor. sed an renuncians liti, possit statim cogi per iudicem ad satis faciendum aduersario, dic quòd non, glo. est singularis, in l. sciendum, §. si quis fundum. ff. qui satisda. cogan. Ange. in d. l. destitisse. in fi. allegat Innocen. in cap. accepta. de restitutio. spoliat. unde non perdit possessionem, si alter non citetur. allegat etiam Ange. in d. §. si fundum.

d † Quæro decimo, an dilationi sibi. Adde ultra ea, quæ hic not. Bald. nume. 17. uersic. 7. quærit, Lanfran. de Oria. in cap. quoniam contra falsam. §. dilationes. nume. 3. uersic. sed pone. & quòd ibi posui in addit. ad ipsum, in uersic. renunciare. extra, de probatio.

aut habet parem, & æqualem, aut subditum, & inferiorem. Primo casu non potest, nisi illius superioris autho. & consensu, vt ff. de orig. iur. l. secunda. §. & cum placuisset. & d. l. legatus. cum similibus ibi not. Secundo casu etiam non potest, nisi alio consentiente, vel authorante, vt ff. de regulis iuris. l. qui potest. §. quod quis, cum ibi not. in glo. licet quandoque vnus ex socijs possit altero inuito vti re ad vsum destinatum, vt ff. communi diuidundo. l. Sabinus. & etiam contra vsum destinatum libertatem præstando, vt infra, de communi seruo manu. l. prima. vel manumissum in libertate tuendo, vt not. infra, de lib. & eorum lib. l. prima, & secunda. & hic libertatis fauore. Tertio vero casu, quando in eius commodo habet inferiorem, licet eiusdem iuris, & nexus participem, & consortem, vt est videre inter creditorem, & debitorem, qui in substantia obligationis sunt pares, & participes, vt ff. de accep. l. prima in incommodo tamẽ sunt dispares. Non tamẽ creditor superior, & debitor inferior, vt ff. de actio. & obligat. l. nihil. & Institut. de ac. in princip. Hinc est, quòd glo. dicit, quòd quasi seruus est creditoris, vt not. in glo. fina. infra, de no. l. 3. Et isto casu die, aut quærimus de ipsa substantia obligationis fundi tus, & ipso iure tollenda per creditoris renunciationem. & dic quod debitore inuito, vel ignorante tolli non potest directo, sed per indirectum, alio nouante, vel soluente sic, & tunc non principaliter ex vi renunciationis, vt ff. de negocijs gest. l. soluendo. & de sol. l. solutione. eo autem volente, & idem, nisi mediante delegatione, vel acceptilatione, quibus modis tolluntur actiones ipso iure: aut quærimus de renunciatione respectu effectus, & efficaciæ ipsius obligationis, & tunc aut est facta ipsi debitori præsenti, vel etiam absenti: sed mediante nuncio, vel epistola: & tunc tollitur mediante exceptione pacti, vt ff. eodem, l. secunda. cum fi. aut absenti, & ignoranti: & tunc, aut alicui vice, & nomine absentis recipienti. & sic, vt gestori, & tunc habet locum exceptio doli, secundum Bart. & cæteros: aut nulli tali præsenti, sed duntaxat coram testibus, & tunc sunt opi. quia Pet. & Bart. tenet, quod talis renunciatio in nihilum præiudicet. Dominus meus, quòd ope exceptionis doli præiudicet, illo ratũ habente, vt dixi in 12. q. & hoc, quia in hoc exactionis commodo, creditor est debitoris superior, vt supra dixi. & pro hoc accedunt omnes allegationes, quas pro ista parte supra feci, & in hac distinctione secutus sum, quasi in totum stilum do. mei: & modo sit finis.

LEX V.

1 *Solutio & pactum. quomodo liberant.*
2 *Causa in pactis liberatorijs, est attendenda.*
3 *Pactum de non petendo, non indiget infinuatione.*
4 *Exceptio doli repetitionem soluti, quando impediat.*
5 *Indebitum si soluatur, per ignorantiam repetitur.*
6 *Exceptio non denegatur, cui actio conceditur.*

Creditori tuo. Primo thematis repetitio vsque ibi ab obligatione. ibi, tacite quæstionis solutio, vsque ibi, nam exceptio. ibi solutionis ratio, & per locum a minori. Casus. Eadem obligatio potest dissolui, partim solutione, & partim pacto. & cui datur actio, fortius datur exce-
1 ptio. hoc dicit. † No. vltra summarium, quod solutio liberat de iure ciuili, pactum vero de iure prætorio. Item, quia text. hoc dicit, quòd iure honorario liberatus es. Not. quòd hic videtur tex. contra Guiliel. de Cu. qui dixit, quod pactum de non petendo non tollit naturalem. Nam cum text. iste dicat, quòd liberatus es, & pactum liberatorium tollat naturalem, vt l. Stichum. §. naturalis. ff. de sol. sequitur, quòd pactum de non petendo, de quo hic loquitur, naturalem tollit: alias proprie liberationem non induceret, sed in effectu ope exceptionis. Pro hoc facit, quia ista verba, liberatus es, referuntur pariter ad solutionem, & pactum de non petendo, de quibus prædixerat. igitur quàm plus potest, pariter debet operari in vtroque, argumen. infra, de testamen. milit. l. in testamento. & de impub. & aliis substitut. l. quamuis. & de hoc
2 plenius dicam infra eodem, l. pacta nouissima † Quinto not. quòd
a in pactis etiam liberatorijs, consideratur causa, [a] contra quod videtur tex. ff. eodem, l. tale pactum. quinimò videtur, quòd nec in obligatorijs, vt ff. de oper lib. l. Campanus. dic secundum dominum meum post Iacob. Butriga. Aut causa exprimitur in pacto, & illa consideratur, vt hic. & ff. de doli exceptio. l. secunda. §. primo. Aut nulla exprimitur, & tunc aut factum est a sciente, causam non subesse, & tunc alia causa non consideratur, quam donationis, quæ subesse præsumitur, vt d. l. Campanus. & de re iudicata. l. cuius per errorem, aut ab errante. & hoc constat, & tunc causa putatiua attenditur, & non præiudicat; Aut dubitatur. & tunc in liberatorio causa non curatur liberationis fauore, vt d. l. tale pactum, sed in obligatorio sic: ideo obligationis odio, magis creditur errasse, & ex causa putatiua se obligasse, quam ex certa scientia, & animo donandi, cum illud sit iactare, vt ff. de probationib. l. cum de indebito. in princip. & in fi. Sexto not. quòd pactum in tantum protenditur, quantum ipsius causa per se tumpta meretur. facit l. empto. §. Lucius. ff. eodem. & de condictione indebiti.
3 l. fina. §. idem quæsiuit. † Septimo not. secundum Iacob. Butriga. quod pactum de non petẽdo, etiam si quantitas legitimam iuramam excedat, insinuatione non indiget, [b] cum non sit donatio. & valeat sine causa, quod est summe notandum. Sed in contrarium inducit dominus meus text. ff. eodem. l. contra iuris ciuilis regulas. §. fina. & ff. de do. l. quidam in iure, in princ. defenditque, quod pactum istud est species donationis fictæ, vel tacitæ a lege intellectæ, quam l. approbat ipso iure liberationis fauore. ideo non eget alia iudicis cognitione, vel decreto, seu authoritate; se-
4 cus in vera, quod no. † Octauo no. quòd exceptio doli non impedit repetitionem soluti, contra quod facit l. qui exceptionem. ff. de condictione indebiti. Solu. quod loquitur de exceptione doli communi, & generali, vt hic in glo. quæ non censetur odiosa inspecta magis origine, ex qua nascitur, quam nomine ipsius, vt not. glo. in contrario, vbi vero exceptione doli, quæ ex dolo proprie nascitur, & sic odiosa iudicatur, est enim quadruplex, vt ibi
5 no. in glo. i. † Item no. quod indebitum solutum per ignorantiam repetitur. Contra oppo. de l. errore. infra, ad l. Falcid. sol. quod hic de indebito naturaliter ciuiliter debito. ibi totum ecõtra. & hoc si teneamus opinionem, quod pactum de non petẽdo tollat naturalem, quæ est communis. alias si teneamus, quod nullam tollat: dic, quod ibi de indebito naturaliter ciuiliter debito, hic de debito vtroque iure, sed exceptione elisio, & fauorabili. & vtrunque sentit hic glo. fina. & vide plenius in l. cum quis. ad quam re-
6 mittit glossa. † Vltimo no. cui conceditur actio, fortius exceptio, concordat ff. de superficiebus. l. 1. §. 2. & de regulis iuris. l. inuitus. §. cui damus. sed non sic in denegatione: nam licet actio denegetur, exceptio non tolletur, vt ff. de condict. indeb. l. si in area. & de doli except. l. Paulus. quamuis econtra, cui denegetur exceptio, fortius actio, vt infra, tit. j. nec intentio.

A D D I T I O N E S.

a † Consideratur causa. Adde D. Soci. hic, qui refert eundem Salyc. & hoc idem notat ipse, dicens hoc procedere, quando fit ex aliqua causa, & ita procedere d. hic, quia factum fuit ex causa patrocinij præstiti, alias autem in pactis liberatorijs, causa non attenditur, & quia secundum Salyc. infra statim infertur, quòd pactum liberatorium, ex quo nõ requiritur causa etiam donationis, non eget insinuatione, cuius contrarium refert communiter concludere, ex quo remissio est donatio, ut est glo. sed d. illam glo. probare op. quia nullus, q̃ insinuetur ubicunque sit liberatio ex causa donationis expresse, ergo a contrario ubi fit simpliciter, & non ex causa donationis non requiritur insinuatio, ita dicit sentire ibi glo reputatam sing. in l. si quis obligationes. ff. de reg. iur. de quo hic late per Do. Alex. uide tamen ipsum Soci. hic, qui comprobat communem opinionem, ratione concludenti.

b ¶ Insinuatione non indiget. Et adde, quòd non indiget insinuatione, quando debitum non sit liquidum, sed quando debitum sit liquidum, ex quo sapiet donationem, pactum de non petendo non ualet, nisi fit insinuatum, si est de summa magna, scilicet, supra quingentos aureos not. in d. l. contra iuris. §. fina. & ibi Doctor. & Pau. de Cast. ff. de pactis. & tenet Angel. & Pau. de Cast. in l. tale. in princip. eodem titu. uide not. in l. tutor. in princip. ff. de iureiuran. & in l. si quis obligatione. & ibi Alexan. de regulis iuris. Bal. in l. illud. 3. colum. uersic. 2. quæritur. supra, de sacrosanctis ecclesijs. Ange. in l. Nesennius. §. seruo. in fine. ad l. Falcid. & plenius per Alexan. in l. si mulier. de condict. ob causam. Bal. in l. j. infra, de bonis ma. secus in transactione de lite, ut ibi. & Alex. in d. l. si quis oblig.

† Adde in quantum hic dicitur, quòd pactum de non petendo, non requirat insinuationem, quòd idem not. Angel. consil. 77. & Bal. consil. 478. uolume 4. Sed an exceptio solutionis impediat litis ingressum, uide Rotam decisio. 154. in antiqui. & an præceptum de soluendo per Rotam decisio. 412. & an requirat insinuationem. uide Cardin. consil. 2. in titu. de empt. & uendit. & Bal. consil. 128. uolu. 5.

LEX VI.

1 *Facere contra iura, & contra bonos mores, idem est.*
2 *Canonistæ a Legistis, discrepant in pacto succedendi.*
3 *Facta contra leges, vel partes iuris non valent, & nu. 4.*
5 *Pacta contra iura, an sint omnino nulla.*
6 *Accessorium quando valet in his, quæ sunt præter legem.*
7 *Pacta, quot vires habeant.*
8 *Pacta perimentia, quæ sint, & quæ informantia. & nu. 9.*
10 *Venditio rescinditur, si pretium non constituatur.*

Pacta quæ contra. Pacta contra iura, vel bonos mores, sunt ipso iure nulla.
1 hoc dicit. † No. aliquid fieri contra iura, vel bonos mores [a] equi-
a parari. pone exempla, vt in prima, & secunda glossa. Ex tertia oppo. quòd contra bonos mores facta non sint nulla, vt ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. idem ait. Solu. vt in glo. quod facta contra bonos mores communes omnium sunt nulla, vt hic, non facta contra bonos mores singulares facientis tantum, vt in contrarium exponit gloss. Exemplum, quando pactum est de futura successione. Nam tunc dicetur contra bonos mores, &
2 communes, vt infra eodem, l. fina. † Et hic attende, quòd Canonistæ discrepant a nobis in aliquo. Nam nos dicimus, quòd pactum

A D D I T I O.

a ¶ Vel bonos mores. Quando autem dicantur esse contra bonos mores de iure naturali, diuino, canonico, uel ciuili, uide hic per Bal. & Iarius per eum in l. pactum quod dotali. in 29. q. infra, de coll. & latissime per Do. Ant. & Ioan. c. cum contingat. extra, de iureiuran. & per Bar. in l. si quis pro eo. in primo membro. ff. de fideiuss.

ctum de succedendo, vel de non succedendo est contra bonos mores. sed ipsi fatentur in pacto de succedendo: tum quia infringit liberum testandi arbitrium, tum quia inducit votum captandæ mortis alterius. & sic fouet peccatum, sed in pacto de non succedendo hoc non fatentur, dicentes, quòd non fouet peccatum, ideo validatur iuramento, vt extra, de pactis. cap. 2. libro 6. nec infringit, quo minus renuncians institui possit, argumen. l. fina. ff. qui & a quibus. Sed certe pater filios non mercentes sua legitima non debet priuare, & priuando videtur peccare, attenta doctrina Augustini posita per glo. l. si quis ad declinandam. supra, de Episcopis, & clericis. dicam plenius in l. pactum quod dotali. infra, eodem. Oppo. secundo, extra glos. quod gesta contra bonos mores valeant, [a] vt infra, de furt. l. incivile. & l. civile. & de pign. l. 3. Solu. quod gesta contra bonos mores non valeant, vt hic, sed gesta præter sic, vt ibi, dicuntur autem contra, quando boni mores imperant, vel vetant aliquid fieri-præter vero, quando permittunt, vel solum consulunt. tunc enim gesta non sunt
3 nulla, licet sint detestabilia, vt in contrarijs. † Oppo. tertio, cum glo. quòd nedum contra legem, sed nec contra alias partes iuris facta valeant, vt ff. eodem, l. iuris gent. §. præter ait, Solu. confitendo contrarium, vt sequitur in glo. vsque ad versic. & distingue, & sic, quod hic dixit, de legibus, & constitutionibus, non dixit, vt alias iuris species excluderet. sed quia sic in facto quæstio fuit. vel dic, quòd hic de legibus generaliter fuit loquutus. & sic
4 non fuit hæc lex defectiua. † Oppo. quarto, etiam extra gloss. quod contra l. facta non sint ipso iure nulla, sed aliqua, licet rescindenda, vel per actionem de dolo, vel quod metus causa, vel per exceptionem, vel per replicationem, vt infra eodem, l. cum proponas. & infra, de dolo. vel quod metus causa per totum. Solu. quòd hic loquitur de pactis improbatis in substantia. In contrarijs de approbatis in substantia, sed reprobatis in causa, & de
5 his plenius dixi supra, de legibus. l. non dubium. † Oppo. quinto, cum glos. quod pacta contra iura, non omnino careant viribus, cum solum valeat accessorium pœnale, vt ff. de verborum obligationibus. l. stipulatio ista. § alteri. Solu. distinguendo, vt in glo. quia pactorum, alia sunt secundum legem, alia contra legem, alia præter legem. primo casu dicit glossa, quod valeat principale, & accessorium. quod intelligo, nisi accessorium, in se esset vitiosum, vt ff. de seruis expor. l. seruus ea lege. secundo casu, neutrum valet, secundum gloss. sed vide plenius, vt in d. l. non dubium. tertio casu, non valet principale, sed accessorium sic, vt in glos. & in contrario. Sed hic attendendum pro perspicuitate intellectus. Nam dicet quis, quomodo in d. §. alteri. principale est præter legem, imò clare contra legem. nam ibi Institut. de inutilibus stipulationibus. §. alteri. expresse prohibet alteri, ergo contra legem facit, qui alteri stipulatur. Respō. dominus meus, quòd ideo appellatur, præter l. quia. l. expresse non prohibet, sed enunciat, vt quilibet facere posset, & enunciatum esse impossibile declarant, & narrat impossibilitatem prouenientem ex defectu causæ finalis. & rationis, ob quam stipulationes, & pacta sunt inuenta, vt ibi patet, nec dicas, si est impossibile, ergo est prohibitum, quia consequentia non est bona, cum fiat de genere ad speciem affirmando. & non sequitur: animal est, ergo homo. sic in proposito, cum omnia a iure prohibita sint impossibilia, vt ff. de condi. institu. l. prima. & l. conditiones, quæ sunt contra. & infra, de institut. & substitutio. l. reprehendenda. sed omnia impossibilia non prohibita, sed in suo esse permissa, cum prohibitio de impossibili est frustra. & sic inanis, & vacua, & pro hoc glo. bona, quæ
6 fuit Irnerij, infra, de condictio. ob causam. l. cum ancillam. † Item est notandum, quod in his, quæ sunt præter legem, accessorium valet: nisi & ipsum sit proprio vitio infectum, vt d. l. seruus ea lege, vel nisi sit tale accessorium, quod per se subsistentiam habere non possit sine principali, vt sunt fideiussores, & pignora, argumen. l. cum principalis. ff. de regulis iuris. seu nisi ratio, quæ est in annullando principali, concernat etiam accessorium: quia tūc vtrunque annullatur, vt infra, de prædijs minorum. l. si is. secundum vnam lecturam. Pro quorum declaratione vide, quæ scripsi supra, de legibus. l. non dubium. in 6. oppo. Oppo. sexto, & extra, quod pacta contra l. valeant, vt ff. eodem, l. paciscl. Solu. vt ibi, in princip. glossa, quia ibi non est contra, l. quia. l. non prohibet pacisci. sed est contra l. beneficium per edictum ædilium curruliurn concessum. Oppo. septimo, quod tex. non bene dicat, cum dicit nullam habere vim, quia imò aliquam licet inefficacem, vt ff. eodem, l. contra iuris ciuilis. in princip. cum ibi nota: & quia pupillus saltem naturaliter obligatur, vt infra, de inutilibus stipulationibus. l. prima. & Institut. quibus modis tol. obliga. §. præterea. Solut. quod hic in simpliciter prohibitis. ibi vero l. non simpliciter prohibet, nec in finibus stetit prohibitionis, sed vltra processit, quo ad naturalem obligationem confirmando. & sic respectu ciuilis obligationis, quæ non contrahitur, vel inducitur, potest dici præter legem. respectu naturalis permissiue potest dici
7 secundum legem, secundum Richard. de Sal. † Quæro modo, cum tex. hic a contrario sensu innuat pacta, secundum leges plures vires habere, quot sunt vires pactorum. & dicit glos. sequendo quatuor, licet quidam dixerint quinque, vt sequitur in ea. vsque ad versic. parit. quandoautem pariant, pollicetur glos. sequen. dictura. infra eodem, l. legem. & ego ibi dicam, licet glos. ibi remittat. & intellige de pactis ad obligationem interpositis, sed de pacto, de non petendo, an pariat vllam obligationē, ponit hic Cyn. ego autem dicam infra eodem, l. pacta nouissima,
8 vbi glo. tangit. † Quæro, quæ pacta perimant, & quando. respondet glos. quod per. mint acceptilationes, & stipulationes animo nouandi interpositæ, vt Institut. quibus modis tol. obliga. & non vltra dicit, sed adde, & vbicunque per pactum tollitur actio ipso iure, vt ff. eodem, l. si tibi. §. quædam. & l. si vnus. §. pactus. versic.
9 sed si pactum. † Quæro successiue, quæ pacta [b] informant, &
10 qualiter. & respondeo, vt sequitur in glos. vsque ad versic. item eligunt. Sed hic attende, quia Oldrad. Ia. Bal. Iacob. de Rauen. Pet. & Cyn. similiter Marti. Sylu. & Iacob. Butriga. reprobant glos. in duobus, primo in eo, quod dicit, quod actio ex vendito succedit loco actionis præscriptis verbis, quia inquiunt ipsi, quod vtraque competit. & vtraque æque principalis, & coæqueua; nam actio ex vendito datur ad factum, velut ad partem precij, vt ff. de contrahenda empcio. l. fundi partem. de actio. empti. l. tenetur. §. primo. Item præscriptis verbis datur ex contractu quodam innominato resultante ad contractum ipsum, puta vendo pro tanto, vt sic facias, vt l. secunda. infra, de pactis, inter empto. & vendito. & sic cum oriantur ex diuerso fonte, & vna est æque principalis, vt alia, non potest dici, quod actio ex vendito sit loco alterius subrogata, vt l. secunda. §. quòd additur. ff. de constitutio. pecu. & de legatis primo. l. si creditori. §. id quod. cum ibi notatis. Secundo, reprobant in eo, dum dicit, quod actio ex vendito efficitur stricti iuris, quod ipsi negant. Primo, quia, vt dixi, est de per se æque principalis, vt esset, si pactum non esset. igitur eius natura non immutatur, sic de actione prætoria dicitur in d. l. si creditori. in glos. Secundo, quia hoc l. non cauetur, & quod non mutatur, stare non prohibetur, vt in legibus vulgatibus. Tertio, quia datur ad factum, velut ad partem precij, vt ff. de contrahenda emptione. l. fundi partem. & de act. empti. l. tenetur. §. primo. Igitur est bonæfidei, sicut quando pro precio intentatur, vt Institutio. de actio. §. actionum. Quarto, quia in ea veniunt accessiones naturales ex mora, vt infra, de pactis, inter empt. & vendit. l. secunda. sed hoc proprium est actionum bonæ fidei, vt ff. de vsur. l. mora. §. in bonæ fidei, &c. Quinto, addendo reprobat Guil. iel. de Cun. in tertio dicto vbi dicit, q etiam actio præscriptis verbis isto casu est bonæ fidei. Nam cum illud factum sit loco precij, vt legibus supra allegatis. videtur præscriptis verbis actio ad illud pro æstimato proponi. & sic est bonæ fidei. dicto §. actionum. ff. de æstiact. l. prima. Confirmat: quia in ea, sicut in actione ex vendito, veniunt accessiones ex mora, vt dicta l. secunda. infra, de pact. inter empt. & vendit. Dominus meus subtili intellectu motus tenet glos. Primo, quia si ut præfati Doctor. fatentur, actio ex vendito informata ad hoc factum datur, ut in l. iuris gentium. §. quinimo. ff. eodem, probatur. sequitur, quòd si noua forma datur, & per consequens primum esse tollitur, ff. ad exhib. l. Iulianus. §. sed si quis. & de auro & argen. lega. l. Seia. & sic prima qualitas non potest remanere, ut ff. de iustitia, & iure. l. ius autem ciuile. & de petitione hæreditat. l. nec ullam. §. si quis absentis. cum similibus. † Secundo, quia venditio sine constitutione precij est nulla, ut ff. de contrahenda emptione. l. prima. §. primo. & Institutio. eodem titulo. §. item precium. & in contractum innominatum alteratur, seu contractus innominatus indicatur, ut ff. de præscriptis verbis. l. insulam. modo sic in materia diuidua, quod iuris est de toto, idem de qualibet eius parte, ut ff. de rei vendicatione. l. quæ de tota. cum similibus. sed ubi venditio est totaliter sine precio, in contractum innominatum alteratur, ut dicta l. insulam. ergo & idem, ubi precium non est pro parte, quia in ea parte, in qua factum loco precij est adiectum, substantia venditionis debet alterari. & pro ea parte contractus innominatus censeri. Tertio, quia si aliter dicatur, sequeretur, quod qua ratione talis conuentio ualeret pro parte, ut venditio sine precio, eadem ratione, & tota ualere posset sine precio. quod est impossibile, ut in legibus præallegatis. Quarto, quia contra naturam eius ad hoc factum datur. ergo non est bonæ fidei. quia tunc secundum eius naturam daretur. Ad obiecta uidetur respondere per prædicta, quod tamen declaro. ad prima duo dic, quod coequariæ sunt actiones, & ex diuerso fonte nascuntur. sed quod gloss. dixit, quod subrogatur in locum præscriptis uerbis, non intelligatur, uelut illa non competat, sed subrogatur, id est, ubi illa non intentatur, licet possit hic intentare, & in idem competit, & intentatur. Ad aliud, dum dicunt, quod lege non cauetur, respondit, quod uerum est

ADDITIONES.

a † Valeant. Adde ultra hic dicta, de hoc proposito per Bart. & Bal. & utrobique in apostil. eosdem post Cy. in l. 1. infra, qui bon. ced. poss. & Alexan. in l. alia. §. eleganter. in apostil. ad Bartol. ubi omnino, & in sua lectura. ff. soluto matrimonio.

b ¶ Quæ pacta. Pro intellectu & declaratione huius quæstio. uide Domi. Soci. hic, ubi nc. & plene.

est expresse, & specifice: sed sufficit ratione probari. Ad aliud, dum dicitur, quod datur ad factum, uelut ad partem precij, fateor sed non vere est pars precij, vt in legibus per eos inductis probatur. Et est ratio: quia in venditione precium debet esse certum, vt sepius allegato §. item precium, sed facta sunt incerta. ut. ff. de uerbo. obliga. l. ubi autem §. qui id quod. Et si dicas, quare datur, respondeo, quod vnum uice mutua alterius est causa, cū aliter uenditurus ei non fuisset, nisi pactum fecisset: & quia uno connexu & contextu ambo sunt facta, & uenditio, & pactum inducens contractum innominati, & ut plura remedia habeat ad ualendum, & pro tanto sibi ad inuicem robur, & efficaciam præbent, & in tantum se coadiuuant, quod sicut uenditori datur ex uendito, & præscrip. uer. actio. sic ecōtra emptori, qui plenè impleuit, dabitur ex empto, & præscrip. uer. actio, si factū sit tale, ex quo adsit aduersario, uel forte, & si non adsit, ut hic dicam in l. cum mota infra tit. 1. Ad alia duo, per quę dicitur, quod in utraque ueniunt accessiones naturales, ut in l. 2. infra, de pactis inter empto. & uendito. Respondent quidam ex nostris doctoribus, qui tenebant, quod illud debet ibi referri tantum ad actionem ex uendito: non ad actionem præscrip. verb. Sed dominus meus putat in utraque actione illum tex. intelligendum esse. ideo aliter respondet & multum pulchre, uidelicet quod ibi illę actiones dantur ad factum resoluendi, & retrahendi, qua si succedant loco actionis sine causa, uel ad nō causam redactæ, in quibus ueniunt accessiones illæ ex mora: quia petitur, quod, est, uel fuit petentis, vt ff. de usur. luideamus, quasi per totum vsque ad §. si actione, inclusiue, & de condi. ob. cau. l. qui se debere, in fi. & de cond. indeb. l. naturalis, in princ. & de contrahend. emp. l. sed celsus §. si fundus. Nos autem loquimur, quando ad factum aliud prorsus extraneum agitur, nullam continens retractationem, & tamen hic & ibi actio ex uendito ad factum quod libet competens erit stricti, iuris, & naturam sibi assumit actionis prescrip. ver. vt dicit glo. ista, multum subtiliter defensata. Ad penultimum argumentum Guliel. per quod dicebat actionem prescriptis ver. esse bonæ fidei: quia pro æstimato proponitur. respondeo quod tex. ff. de æstimatoria actione, loquitur quādo res æstimata traditur vendenda, & sic diuerso casu loquitur, gatamen prædicta supponunt ex pacto apposito iuxta contractū vtro citroq; obligatorium oriri contractum innominatum, qđ moderni quidam reprobant. ideo uide, quæ dicam infr. eod. l. in bonę fidei. Quæro successiue, cum gloss. quæ sunt pacta, q̄ elidunt, & dic utin ea usque ad finem.

LEX VII.

1 *Actio quando confundatur ex aditione hæreditatis, & num. 2.*
3 *Obligatio non tollitur obligatione pari.*
4 *Hæreditatem tradere non potest ex hoc, quod de ea sententiam obtinuit.*
5 *Actione ex stipulatu an agi debeat, vbi quantitas soluenda est certa.*
6 *Sententia declaratoria neminem facit hæredem vel dominum.*
7 *Hæreditatem dimittens apud reum condemnatum qua actione illam repetet.*
8 *Agere ex sententia quando quis possit.*
9 *Replicare de dolo nomine pactijan quis possit.*

Debitori. Primo pro euidentia quoddam dictum pmittit. Secundo quæsitum decidit. Tertio contra facti remedium adijcit. secunda ibi, sed si. tertia ibi, quæ si. Casus. † Ex aditione hæreditatis debitoris cōfunditur actio a
2 creditoris, & ex pacto traditione vestito competit actio, hoc dicit. Not. ultra illa duo, quæ habes in summario, ex pacto uestito de aliquo alteri dando, paciscenti datur actio, quando intersit paciscentis. intererat enim hic heredis, ut cæteris creditoribus solueretur: quia ipse ad eis soluendum tenebatur, secus si paciscentis non interesset: quia pactum non teneret, vt ff. de uerbo-
2 rum obligatio. l. stipulatio ista. §. alteri. † Oppo. quod aditione hereditatis non confundatur actio. vt in fr. de iure delibe. l. fina. §. fin uero & ipse. Solu. ut in glo. 2. in uer. sed contra, usque ibi: & distingue, & caue, quia gloss. loquitur caute, dum dicit, quin de-
b ducat. Declara igitur sic eam. aut non fecit inuentarium, [b] & habet locum l. ista. aut fecit: & tunc aut quæris quo ad effectum deductionis, & detractionis Falcidiæ de legatis in residuo præstandis, & actio non censetur confusa, vt ibi. & infra. ad l. Falcidiam l. in imponēda, quod semper intellige, nisi actio esset mortę extincta, ut iniuriarum, ut ff. si quis cautio. l. si eum §. qui iniuriarum, quia illam inuentarium non resurgit etiam quo ad deductionem, cum non fuerit cōfusa aditione sed morte: aut quęris quo ad substantiam, & obligationis ueram essentiam, & puto illam confusam, quia impossibile est, quem sibiipsi obligatum esse, cum agens, & patiens eodem respectu esse non possit ut ff. de condi. indeb. l. frater a fratre, & de fideiuf. l. vranius. licèt quo ad ad deductionem fingatur non adhibita, ut dixi. Aut quætis quo ad iudicij exercitium, uel etiam quo ad necessitatem exactionis fiendam cum seipso, & actio remanet confusa: quia cum seipso non potest litigare, ut ff. de iudi. l. inter litigantes: nec necessitatem sibi imponere, à qua non licèt discedere, ut ff. de arbi. l. penui. & hoc quando hęreditas remanet ipsius fa

cto non extinguitur eius actio. ut ff. de inoffic. test. l. cum qui. §. fi. Si uero cum eius facto, uendicat sibi locum secunda pars huius l. quo casu dic: aut eius factum non est culpabile, aut est culpabile, ut infra dicam in fine quęstionis. Opp. secundo cum eadem glos. quod aditione non confundatur actio, ut ff. de duobus reb. l. si reus, & de solu. l. si duo. Et solu. distinguendo, ut in eadem gl. usque ad fin. quod aut creditor succedit debitori, vel contra. Et extinguitur principalis, & accessoria, & extra glo. est ratio, quia idem sibiipsi, nec pro eodem apud eundem potest obligatus esse, ut ff. de fideiuf. l. vranius, & l. hęres §. si stipulator. Aut reus debendi, reo debendi. Aut reus credendi, reo credendi, & tunc ambæ remanent, vt d. l. si duo. † Et est ratio, quia cum
3 obligationes sunt paris potestatis, non potest una per aliam tol
c li, [c] ut inquit tex. l. generaliter in eo. tit. aut fideiussor fideiussori & similiter neutra tollitur, ut in eodem tit. l. hęres debitoris. §. non est. & ratio est, quam proxime dixi. Aut fideiussor reo credendi, uel econtra, & tunc accessoria tollitur, ut d. l. hęres §. qđ si idem & est ratio, quia idem sibiipsi non potest esse astrictus, vt d. l. vranius. Aut fideiussor reo promittenti, uel ecōtra. & tūc si reus erat efficaciter obligatus, fideiussoria tollitur. & est ratio quia cum fideiussor accedat alienæ obligationi, ut Instit. de fideiuf. §. fideiussores, & nunc propter aditionem censeatur eadē persona cum defuncto, vt in Auth. de iureiurand. à mo. præsti. in princip. sequitur, quod fideiussor suiipsius, non potest esse, uel remanere secundum dominum meum. Aut reus non erat efficaciter obligatus, & tunc fideiussoria non extinguitur, ut l. hęres. §. quod si hic, & ratio est ne fideiussionis iam ualidæ fiat annullatio cum creditoris damno, quod si secus esset, inde iniuriarum nasceretur occasio, unde nasci iura debent, contra. l. memi nerint, inst. vnde vi. Et ex his determinauit Dyn. quod si fideiussor succedat reo existenti non soluendo, & creditori cōtra eum agenti ex obligatione principali opponat beneficium inuentarij, propter quod ultra uires patrimonij defuncti dicit, se non teneri, ex quo creditor pro residuo ad obligationem fideiussoriam vult accedere, non poterit dicere fideiussor illam peremptam per aditionem, cum demum confundatur, quando principalis est efficax, quod intelligendum est nedum quo ad actionem, sed quo ad exactionem, quia utroque casu uendicant sibi locum rationes supradictæ. Item & ea ratione, ne beneficiū fideiussori concessum redundet in creditoris lęsionem, ut infr. de emanc. li. 1. nec auus, & ff. ne quid in loco publ. l. 2. §. si quis à principe, & §. merito. Et pro ista determinatione accedat ff. de separationibus l. debitor, & quod notat ff. de fideiussoribus, l. ge
4 neraliter, ver. denique, ubi idem sequitur Bartol. † Opponi. 3. ad secundam partem, quod ex eo quod quis sententiam de hę reditate reportauit, non propterea tradere illam potuerit, cum per solam sententiam illam non consequatur, ut l. licèt ff. de petitione hæredit. & per consequens eam tradere non potest ut l. nemo ff. de regu. iuris. solu. quod hic quid obtinuit cum effectu, quia restituta ei fuit, ut in gloss. 3. & 4. Opponi 4. quod cęteris creditoribus, non potuerit pacisci uel stipulari, quia alter alteri stipulari &c. ut ff. eodem l. rescripto §. finali, & de uerborum obligatio. l. stipulatio ista §. alteri: Solu. quod illud uerum, nisi interfit paciscentis, ut hic erat, ut in gloss. secunda, &
5 se. in princip. † Oppon. quinto cum gloss. [d] fin. quod ex stipula
d tu non agatur, cum quantitas certa sit soluenda: ideo certi condictione debet agiut ff. si cer. pet. l. si quis certū, & Insti. de uer. oblig.

ADDITIONES.

a Confunditur actio, quæ confusio an fiat per niam solutionis, & qūo, uide p Bar. in l. vranius ff. de fideiuf. quod limita ut per Soci. & Moder. hic allegantes. Bal. in l. si uxor §. de bonis auto. iud. possi. quod dictum declara, ut per do. Soci. hic in 2. not. limita. & 2. quando hæres coactus a fideicommissario adiret, ut est tex. quem ibi ponderat Barto. in l. debitor, in princ. ff. ad Treb. & non est alibi secundum 1mo. ibi & sequuntur hic Moder. cuius contrarium tenet ibi do. pau. quia aditione licèt coacta cōfunditur actio. ad hoc est gloss. magna in fin. l. frater a fratre ff. de cōdic. inde. & quia sicut uoluntas coacta inducit obligationem etiam naturalem, ut per totum ff. q̄ metus causa, ita potest illam tolere secundum ipsum. Et ad illum tex. respon. prout hic dom. Soci. & dic in prædictis, prout hic per eum habetur plenè & no. quem omnino uide.

b Aut non fecit inuentarium. ad hoc uide plenè no. hic per do. Fran. Are. & ad de d. Soci. hic qui refert ꝛm quosdam modernos ultra ea, quæ ponunt hic doc. unam pulchram difficultatem, nunquid hæres grauatus post tps restituere hæreditatem, si adiuit uoluntariè non confecto inuentario in restitutione hæreditatis possit deducere, quod sibi debetur, & uidebatur concludendum, quod non, quia hodie non confecto inuentario hæres tenet ad legata, & fideicommis. in solidum, tenet tamen contrarium, ut hic uide per eum & ex hoc no. ut ipse in fin. huius l. refert, quòd alias consultum fuit, q̄ filius in restitutione hæreditatis deducit dotes maternas, licèt adiuerit, non confecto inuentario, & prædicta debent esse notanda, qa sunt de pane lucrando.

c ¶ Vna per aliam tolli. vide hic d. Ias. May. & limita prout hic per eum.

d Cum glo. pro intellectu huius gloss. adde do. Ias. May. hic versi. capio gloss. in uerbo, ex stipulatu.

oblig.in prin.Solu.vt in glo.quæ confitetur ꝯrium, & sic hic ex stipulatu non denotat nomen actionis,& formam: sed materiã ex qua.Sed caue,quia si stipulatio fuisset pœnalis, & certæ quãtitatis glo.optimè procedit,sed vbi non fuit pœnalis: sed stipulatus est sibi & cæteris satisfieri,vt sonat tex. tũc respectu tui ipsius glo.pōt procedere,sed respectu cæterorum glossa nō procedit: quia illorum respectu factum est in obligatione deductũ, vt ꝓbatur in tex.singulari ff.de verb.oblig.l.liber homo §.fin. & ibi per Bar.quod tene cordi . Quero cum glo.quid si stipulantis nō intersit.Respon.glossf.distinguendo: aut traditio interuenit,vt in tex.supponit.& tunc,vt implcatur cõuentio agetur p scrip. vers. allegat l.in reb.j.de rerum permu.Sed tex. est in l.hrditatẽ ff.de do.& idem putat Mar.fy l.& Iac.Bu.si quasi traditio interuenit, puta quia res tpe conuentionis erat in pscntia,ar.ff. de rei ven.l. hoc si res, & de pub.l.siue §.i.& Inst.de re.diui.§.per traditionẽ. aut traditio vera.vel quasi non interuenit, & tunc aget ex snia, & si possessor excipiat de pacto,replicabitur de excipiẽtis inobseruantia:vt j.eo.l.cũ proponas. Quidam moderni reprobãt gl. in eo,quod sentit,ꝓ in primo casu,vbi facta est tradito, nõ agit ex sententia,quasi a sentẽtia victus,fuerit liberatus per traditionem rerum hereditariarum,vt in simili no.glo.in l.Pōponius §. si bis ff.de procu.Sed hoc dicunt non procedere in realib.actionibus,in quib. duo concluduntur in libello . Primum actorem dñm declarari,vel in nostro casu eum hæredem esse. Secũdum aduersariũ ad rerũ restitutionem condẽnari, vt ff. de peti.hær.l. licèt,per rerũ ergo restitutionẽ liberatur a sẽdo,non a primo iõ si ad eũ res reuertatur, pōt ex primo capite cõueniri: vt probat ff. de iureiur.l.sed,& si possessori, & de excep.rei iu.l.si a te §.fi qs fundũ.† Sed ego satis miror de istis:quia ex snia declaratoria quis non efficitur hæres vel dñs:sed tm declaratur,& qui declarat non inducit,[a] vt l.adeo.§.cũ quis ff.de acqui.re.do.vñ fateor, ꝓ tradẽdo res victori liberatur a rerũ restitutione , & à rei vẽdicatione ꝯ eos directa rõne possessoris,q̃ tũc habebãt,& si retraditio fiat p hærede,dico, q dñiũ sic declaratũ; qd erat penes victorẽ,transfertur in victũ , ideo nec ex snia, quia illa nõ fecit eũ dñm,nec ex dñio,ad cuius probationem snia posset induci,quę inter eos habet pro veritate , pōt agi,qa desit dñs extare,retradẽdo victo.ideo pscriptis verbis, & snia pōt agi, & sic glo.vera, quinimmo & si sine facto victoris fuisset ad victũ reuersa pscns possessio,ꝓpeteret in rem actio victori probanti se dñm,qd faciliter faceret per snıam , & per hũc modũ non dr liberari à snia , non aũt , ꝓ ex snia agatur. Contra fm membrũ arguunt, ꝓ ex dimissione possit agi pscriptis verbis,qa traditoni æqparat: vt l. si mulier ff.de cond.ob cau.sed defende,ꝓ hic simplr dimisit,& etiã pactũ de non petendo fecit,in ꝑrio vero per acceptilationẽ liberatur.vnde ibi quasi traditio interuenit,& sic plenè vestiuit, ideo datur pscri.ver.ad ꝯctus implementum,ut no.§.eo.l.j.in gl. magna.† Quæro successiue,quid si sine pacto dimisit hæredita tem post snıam pœnes,rem cõdemnatum.Dicit glo.ꝓ si aget actione primæua pro aliis ex iure cesso, vel si non sit ei cessum , aget ex snia.Examinemus ista,& primo,ꝓ pro se non agat iure primęuo,vt clarum:quia eius actio per aditionẽ fuit confusa,& extincta vt hic in prin.igitur illam non poterit intentare:vt ff.de sol.l.qui res §.aream,& ita tenet Iac.de Ra.Pe.& Cy.Sed Ia.Bu. & dñs meus tenẽt glo.dicentes,ꝓ actio non habetur pro extincta,quia non remanet pœnes eũ,sed deuenit ad alium sub noie hæreditatis continentis iura,& actiones actiuę, & passiue.& iõ primęua potest agi:vt l.2.§.pen.ff.de hære.vel act.ven.sed possumus distinguere,aut dimisit, hæreditatis restitutionem negligẽdo,& Pe.& Ia.dicunt verum.Aut remittendo saltem verbo , & tũc gl. dicat verum, & est ratio,quia primo casu.vicem hæredis non obtinet,quia in eius loco non est positus.secundo sic, vt d. §.pen. & fi.est ratio , quia licèt hæreditas eius facto transeat ad alium,factum tale non est dolosum,nec culpabile:ideo actio resurgit,secus si foret culpabile,vt in tex.notabili ff.de his quib. ut indig.l.hæredem,secundum Iac,Bu.Secundo videamus an pro aliis possit agere ex iure cesso.& dicunt prædicti Iac. de Rau.& Pet.quod non:quia cum nullam actionem habeat cõtra possessorem victum:sed contra ipsum,qui obtinuit,sequitur illũ cedere non posse;arg.ff.de reg.iur.l. nemo plus iuris,quod fortifica , quod licèt quantum ad eum,qui vicit, & hæreditatem penes victum dimisit,ipse victus habetur loco hæredis,non tamen quo ad alios creditores:quia non possunt ipsum conuenire,nisi spōte volente:vt §.eo.l.2.& j.de hæredi.ven.l.2.sed dominus meus defendit in casu,in quo iuridice poterat esse incertitudo de successore,vt l.controuersia ff.de transact.& ponit rem in exẽplo.si à sentẽtia poterat appellari, vel erat intra tempus appellationis: vel si in cubitum reuocatum,an esset iudicatum, vel an sentẽtia valeret,& his cessantibus,aliam opinionem fatetur verã.† Tertio videamus , an ex sententia agere possit, & dicunt prædicti, quod non,qa actio restitũs ex ea ꝑ solutionẽ fuit sublata,ut Insti.quib.mo.tol.ob.in princip.sed tex. noster supponit,ꝓ satisfactũ fuit,ergo &c.tu defende fm dominum meũ, quod gl. se nõ refert ad tex.sed ad q̃stionem suam.s.q̃ non tradidit;sed sine pacto dimisit.† Quarto uideam[9], an si agat ex snia,& ille excipiat, Tu mihi spōte dimisisti hrditatẽ : possit actor replicare de dolo noie pacti,& dicit gl.qd hic,vt sequtur in ea vsq; ad fi.sed ꝯ hoc facit, qa nullũ pactũ interuenit, ergo eius noie de dolo replicari non pōt,sed defende,qd verũ,& expressũ,sed tacitũ sic,nã cum hrditas[b] ꝑtinet cõmoda & incõmoda, & ut ff.man.l.hrditatẽ. sequtur,ꝓ ex quo dicit,dimitto tibi hrditatẽ.& ille sic retinet,vtr tacitè paciscì,ꝓ ille omnia onera suberat, & cõmoda ꝓcipiat, vt sic per omnia in loco heredis succedat,vt d.l.2.§.pe.ff. de hære. ven.& l.hæreditatem ff.de do.& modo est expedita,& clarifica ta l.nostra,quam pridie scholaris noster habuit in punctis.

ADDITIONES.

a † Non inducit,ꝓ declarans nihil inducat noui,patet per tex.in cle. fi Romanus in patre,& ibi Card.ubi dicit,ꝓ uerbum,declaramus, nõ est uerbum inductiuum noui iuris,de præben.& in cle.j.§.fi.de re.eccl.non alie.idem in cle.constitutionem §.j.de ele.l.hæredes §.sed si notam. & ibi Bal.de test. & no.can.in c.cum dilecti.extra,de accu.& in c.j.de fum.trin.lib.6.

b ¶ Nã cũ hæreditas. Addu.Soc.cõsi.236.in fin.placet cõclusio.versi.quib.tamẽ nõ obstantib.cum seq.in 2 parte char.125.ubi hoc idẽ allegat, & firmat.

LEX VIII.

1 *Pactum de fetuum diuisione inter dominum,& pastorem pecorum quale contractus sit.*

2 *Animalia data ad pascendum cum pacto,ꝓ vtilitas erit communis: si perierit,cuius erit periculum.*

Si pascenda. Pactum inter dominum, & pastorẽ pecorum de fœtib.diuidendis est validum.h.d.Quæro de ratione dubitandi.dic,vt in gl.j. Quæro secundo,qua actione compellatur . Resp. distinguendo,vt in gl. sed cate,quia in secundo membro non vr dari præscrip.ver.rõ: quia hic non fuit do,ut facias,sed facio,vt des:quia conuenit pascere,& operam præstare,vt fœtus nascituri postea diuiderent; sed in facio,ut des,datur de dolo,vt ff.de præscrip. uer.l.naturalis §.quod si facio.Solu. ꝓ ibi quando ex facto non adest aduersario:hic adest pastus pecorum,ideo præscrip.ver.ad danda:vt j. tit.j.l.cum mota.& no.in d.§.ꝓ si facio,vel dic, ꝓ licèt pastus pecorum ex ordine naturæ præcedat,tamẽ conuentio fuit de dãdo,licèt in futurum , ut tm de præsenti vt vsq; ad tps pasceret:vt in gl.& sic no. ꝓ conuentio in faciendo tacite intellecta nõ mutat ꝯctum,nec eius actionem . † Quæro quid in dubio,an dicit ꝯctus societatis,vel innominatus,[a] & dicit Pet.& Cy.ex quoque cora non ueniunt diuidenda:sed fœtus tm, est contractus innominatus,& non societas:vt in d.§.fi.in coeunda,& forte hoc sentit ista glo. quod colligo ex modo,& ordine prolationis verborum , sed ꝯ hoc facit: quia cum societas possit sub conditione coiri,ut j.pro so.l.pe.& ff.eo.tit.l.j. uidetur societas in fetib.diuidendis,si nascantur, & pactum adijcere,ut interim pascas pecora,vel etiam sub conditione,si pascas pecora,& tex.de fundo dicere videtur,in d.§.fi in coeunda,& pro hoc facit,quod no.glo. in l.fi id quod,in princ.in eo.ri. & quia cessat ratio posita, in l.si rem, quam gl.allegatit. † Quero quid si bos, vel vacca equus, vel equa datus est æstimatus, vel æstimata pascẽda cum pacto : ꝓ fœtus , & quælibet utilitas sit communis, & postea perit cuius est periculum,uidetur, ꝓ rustici propter æstimationem,quæ facit emptionem:vt l.necessario ff.de peri.& commo.rei vend. sed veritas est,ꝓ emptionem non facit:quia utilitas tota nõ pertinet ad recipientem,quod facere deberet,ideo in quæstione distingue,an pereat casu,uel culpa rustici,ut in tex.notabili ff.pro solu.l.cum duob.§.damna fatalia,secundum Pe.

ADDITIO.

a ¶ Vel innominatus. Vide ad hoc d.Soc.hic in vlt.no.

LEX IX.

1 *Pactum dolo initum ipso facto est rumpendum.*

2 *Actionem non pariunt quæ ad exceptionem inducta sunt.*

Cum postea. Primo ponit dictum,secundo eius effectum,secũda ibi,& cũ ex ea. Casus. remittens ius, quod habet ex sentẽtia propter dolũ aduersarii, tuet exceptione doli.h.d. † No.ꝓ pactum dolo initũ in effectu non ualet.No quod p ista verba,[a] promitto controuersiam non mouere inducitur pactum de non petendo. Oppo. extra glo.ꝓ pactum

ADDITIO.

a ¶ Per ista uerba.No.fm d.Soc.hic,ꝓ per ista uerba,promitto controuersiam non mouere,inducit exceptio pacti de non petendo, & qd etiã intelligat de cõtrouersia extrainditiali,& ideo fm eũ oritur exceptio , quæ impedit litis ingressum,ut refert notare,& declarare Bar. in l. amplius non peti.ff. re ra.ha.& adde d.Ias.May.hic,q dicit,ꝓ ista uerba operãtur,qd intelligitur,nec in iudicio,nec extra,& sic et ante lit.contesta.item intelligitur,ꝓ nec de iure,nec de facto,fm Bart.in l.amplius non peti.in 2.col.ff.rem ra. ha.& aliqd in l.Lucius §.tres hrdes,per illum tex.cum glo.ff.ad Treb.& in l.diuus.ff.de pe.here.Bal.in l.j.j.de testib.& in addi.ad Spe. in tit.de emp. & uen.in uerbo cõtrouersia,& in l.j. ubi etiam Ange.j.de pscrip.lon.tẽp. & in l.causas j.tit.1.per eundem S. l.in l.qui fundum.infra,tit.1.d, Ant.de But.in c.si diligenti,de præsc.do.Ale.in consi.194.inc.Viso testamento Bartholomei,& talis promissio, committitur etiam per oppositionem exceptionum.l.non solum §.fi status,ubi Bar.& doc.ff.de procu.Bal. in d.l.j.j. de testi.Ang.in l.sed & sic tenere §.quod exigimus ff.de consti.pecu.

a pactũ non sit irritum,[a] quia tunc ipso iure esset nullum, cũ text. ilte loquatur per verba præsentis temporis,nõ futuri, & sic ipso iure fm doctrinam,quam ponunt gl in l. in criminali j. de iurisd. om.iud.& in l.si quis in tanta j.vnde vi, sed falsum est,ꝓ ipso iure sit irritum,vt patet ex tex. hic in fine,dum dicit,ꝓ iudex ab illo pacto non matrem tuam liberabit, & sic supponit illam vinculatam.ar.l.manumissiones ff.de iust.& iur.de verbo.obl.l.decem, & de reg.iur.l.eius est nolle,& ff.si quis om.cau.test.l.si qs sub conditione.Sol.ꝓ intelligitur irritum.i.irritandũ,& sic fallit hic illa doctrina:quia sumus certi de mente , & iuris dispositione ꝯria,quæ vult,vt dolus dans causam conuentioni stricti iuris nõ validet illam ipso iure: vt ff.de do.per totum,& specialiter in l.eleganter,& j.de inuti.stip.l.si quis dolo.Quæro igitur modo, quomodo irritabitur?Respon.gl.pen.quod si actio prima,vel ex sententia qua mater ageret,durabat,ꝓ tunc irritatur replicatione,quasi dicat,ille excipiet de pacto, & mater replicabit de dolo.vbi autem prædictæ actiones fuissent sublatæ per Aquilianã subaudi, & acceptilationem sequutam, tunc talis conuentio liberatoria irritabitur per exactionem de dolo : vt j.ti.j.l.sub prætextu, in fi. † Sed tũc opp. cum hęc conuentio facta fuit ad liberandum vel ipso iure,vel ope exceptionis,vt proxi.dixi, sequit, quod ex ea non potest agi:quia inducta ad excipiendum actionem non pariunt,l.statuas, ff.de acquiren.rer.dom.sol.vt gl.fi.videlicet,ꝓ in conuentione illa stipulatio pœnalis fuit adiecta,ex qua nunc agitur , quia conuentum fuit,& tunc litera plana,vel si stipulatio pœnalis nõ interuenit,expone, agi,id est excipi.vel agi.i.experiri , vel exerceri. vt aliàs §.de iur. & fac.igno.l.j.& sic vbi pœna non fuit adiecta, iudex liberabit eam ab actione proposita,id est pacti de non petendo , quod non tantum exceptionem parit: sed etiam paciscentem obligat naturaliter nõ petere,& ab hac naturali dicunt quidam hic eam liberari, & ideo istum tex.allegant, ꝓ pactum de non petendo inducat naturalem,ꝓ an sit verum,dicam.j.eo.l.pacta nouissima.

ADDITIO.

a Irritum. Ad hoc dictum Sal.adde Gem.in c.quisquis,de elec.per gl. in c.molita.in gl.1.in fi.11.q.1.qui eandem doctrinam tradit, vt hic Sal.tu dic secundum d.Ias.hic, ꝓ dictio,irritum est,non semper importat ipso iure,rex.in auth.ex causa.in uerbo,irritum est j.de libe.præte.uel exhære.& ibi Bal.in 4.col.dicit,ꝓ est generale,& potest intelligi ipso iure,& in effectu: & dicitur irritum,i.sine ritu seu solennitate,& idem Bal.in auth.non licèt, eo.ti. fallit uirtute geminationis,quando diceretur esse irritum, & cassum, tunc bene intelligitur ipso iure,ut vult glo.fi.in auth.casta.in gl.j.§. de fac.tan, eccl.no.Bal.in l.non dubium,in c.no.per illum tex.§.de ll. imo fortius verba futuri temporis si sint geminata,intelliguntur ipso iure,si dicatur,irritentur,& cassentur,ita sing.not.Bal.in tit.de pa.constan.in 10.col.in uerbo,& in irritum deducantur.Item ad hoc adde,quod no.Soc. hic.a. not.ꝓ uerba impugnatiua actus de præsenti ratione subiecta materiæ non semper significant actum ipso iure nullum,quod dicit esse no.ad ea quæ habẽtur in l.criminali j.de iur.om.iud.& in c.fi diligenti,de fo.compe.

LEX X.

1 *Pactorum aliud nudum aliud vestitum.*

2 *Conuentio priuatorum inter eos lex dicitur.*

3 *Pactum in traditione appositum quando sit validum.*

4 *Condictio ex pacto non datur,quæ traditione rei non vestitur.*

5 *Condictio æquiuocè capitur secundum quod diuersimodè scribitur.*

6 *Pactum nudum quomodo à vestito cognoscitur.*

7 *Pacti nudi effectus quis sit,& num.8.*

8 *Ius canonicum discrepat a ciuili in materia pactorum.*

10 *Pactum vestitum quod sit:& quibus vestiatur vestimentis,& nu. 11.*

12 *Contractus non omnes consensu vestiuntur,& quare.*

13 *Vestimentum re,& vestimentum rei interuentia, quomodo differant.*

14 *Contractus dotalis,an sit nominatus.*

15 *Pacta quæ vestita nascantur,& quæ non.*

16 *Pacta alia naturalia,alia sunt accidentalia.*

Legem. Hanc legem solenniter commẽtauit dominus meus respectu materię concernentis pacta nuda,circa quam eius stilum sequar, quasi in totum materiam pactorum uestitorum,quam ipse omisit,ego attingam,& oppositiones plures contra legem faciam . † Pro euidentia dicendorũ præmittẽ , ꝓ pactorum alia nuda alia vestita . Nuda regulariter non pariunt actionem,casualiter sic. Vestita uero totum econtra:quia regulariter pariunt actionem,casualiter non. Vestitorũ vero plura sunt genera , vel species: vt j.dicam. Diuide in duas, quia primo dictum. secundo repellit obiectum ab eo, diuersificando casum nostrum,secunda ibi,non obesse casus . Pactũ rei traditione vestitur,& actionem parit,non nudum.h.d. No.tria , quæ habes in summario. Item quarto, quia simplex appellatio pacti refertur ad nudum.facit in ar.ff.de le.3.l.quęsitum , & l.illud.Oppo.ꝓ priuatus non possit dicere l.vt §.de le.l.j.& l.fi.Sol. exponendo l.id est conuentionem,vt in prima glo. & sic non l. generalem.vt ibi:sed conuentionalem:vt hic,& qualis fuit conuentio dic , vt in ea. † No.tamen, ꝓ conuentio priuatorum lex est inter ipsos priuatos.facit j.de condi.ob cau.l.ea.l.& ff.depositi l.j.§.si conuenerit, & ff.de regu.iur.l. contractus.Conuentio autem populi, quia facta ab eo, qui habet potestatem condendi.l.municipalem:vt ff.de iust.& iu.l,omnes populi.habet etiam

tum l.& non priuatar , sed publicæ,& illius ciuitatis tantum.ar. j.de dona.inter vir.& vxo.l.pen.Ex quo infertur probabiliter,ꝓ per conuentionem populi singulares homines illius, & eorum bona possunt obligari,sicut possent per statutum. facit l.uenditor §.si constat ff.commu.pred.hoc tene mente. † Opp.extra, ꝓ pactum in traditione appositum non valeat:vt ff.de reli.l. quod si locus.iol. ꝓ hic de pacto præter l.ibi contra l. vel bonos mores,quod non valet:vt §.eo.l.pacta , & hæc solutio est generalis etiam ad sequentia contraria,vel dic specialiter ad legem illam, ꝓ ibi speciale religionis fauore,ar.l.sunt personæ;in eod.tit.siue locus sit tempore pacti religiosus,siue religioni, & sepulturæ iã destinatus.vt ibi no.Opp.ad idem de l.nemo ff.eod.tit.fol.ꝓ ibi pcñ in traditione rei non fuit appositum:hic sic,vt ibi notatur, vel si in traditione rei nõ fuisset appositum.Sol. ut in glo. in l.in traditionib.ff.eo.uidelicet , quod ibi speciale religionis fauore , uel fm Ia.Bu.hic,quando super re tradita pactum est appositũ , ibi super alia re. quo casu dicit distinguendum esse, aut interest pecuniariter pactum seruari, & valet,als secus quod no.Opp.ad idem de l.si creditor §.fi.ff.de distra.pig.prout in litera est ibi,cõuentionem , non venditionem.Sol.ibi speciale odio creditoris ad tale pcñ debitorem arctantis.Opp.ad idem de l. si tibi decẽ, in prin.ff.eo.Sol. ꝓ ibi de pacto obligationis qua re ꝯhitur augmentatiuo , quæ obligatio cum re ꝯhatur, pacto non augetur , quod declara latius , ut ibi no. hic de pacto potius diminutiuo , vel super eadem re appositò ad impediendum obłonem nasci alteri,& ad acquirendum sibi : Op.ad idem de l.seruus §.ead.ff. de seruis exportan.Sol.ibi speciale: quia pactum seruari non interest paciscentis: ideo pœna in nudo pacto deducta nõ potest peti tanq̃ odiosa , vt hic etiam, quia est adiecta ad solam duritiã paciscentis,seruandam,quam lex reprobat.Opp.ad idẽ de l.quãtus j.de viu.solu.vt ibi speciale in vsuris,& odiosis,ut non debeãtur citra vinculum stipulationis. Opp.ad idem de l.ex morte.circa medium ibi,& si pactum, &c.infr.de pact.conuen.fol.ibi speciale,vt æqualitas seruetur inter coniuges in lucris nuptialibus, & hoc forte ne propter inæqualitatem discordia oriatur inter eos . Oppo. ad idem contra text.de l.ania.infr. de iur.do.ubi pactum in donatione dotis appositum per patrem non valet . Solue, quia hic in extraneo dotem dante:ibi patre filiam,quam habet in potestate,dotante, cuius officium est filiam dotare , ut j. de don.pro l.sing. quòd non extranei nec matris vel auiæ, vt d. l.ania.& ibi alias rationes diuersitatis ponit gloss. Opp.ad idem, quòd pactum etiam ab extraneo interpositum in traditione dotis[a] non valeat,cum tempore promissionis non traditionis debeat esse appositum,ut infr.de pac.conuen.l.ex morte, in fi.Solue,ꝓ interdum promissio simplex præcedit actionem , & tunc pactum in traditione appositum nõ valet, ne eadem solutio pariat liberationem, & obligationem,cõtra l. in numerationibus, in fin.ff.de solu.Interdum nulla promissio præcedit: & tunc habet locum l.nostra.Quod dixi de promissione præambula, intelligo in casu nostro etiam nuda, cum illa sicut uestita dotis fauore sit efficax ad agendum,ut j.de dot.promis.l. ad exactionem , & sic sequens traditio est necessaria,non uoluntaria.Pro prædicta solu.facit gloss.posita super l.si in traditionib.ff.eo. & in l.pecta j.de donatio.quæ sub modo,licèt illud,quod no.ibi gl. videlicet, ꝓ pactum appositum uolente donatario valet, non sit uerum , quia aliàs semper pactum ualeret, cum fiat de placito ambarum partium,vt ff.eo.l.j.§.j.quod tamen est falsum per rationem dictæ l.in numerationibus, & hoc probatur etiam p id , quod de patre dotante filiam dixi. Pro illa gloss.tamen uidetur casus ff.de act.emp.l.tenetur §.primo.vers.sed si aream,qui tex. uidetur uelle,quod vbi præcedit obligatio efficax , pactum postea in traditione appositum valeat , & sic omnes alias glo.destruit.Sed dico,quòd ille tex.debet intelligi, quòd pactum tempore contractus fuit appositum.& ex his habes,ꝓ hic debet poni casus,quod iste nulla conuentione præcedente,dedit dotem pro alumna sua,& procedunt, quę dixi de præambula conuentione uestita,uel non,in extraneo indistinctè nedum paciscente,sed etiam sibi reddi , postea tempore traditionis stipulante: sed in patre habente in potestate distinguitur.Aut traditionem dotis , cuius tempore stipulationẽ apposuit, fecit post nuptias , & tunc stipulatio non ualet:ut infra,de iure do.l. cum a socero. aut ante nuptias,& tunc stipulatio ualet,vt ff.solu. ma.l.quoties uer.plane.Et est ratio:quia tunc traditio non trahit necessariam consequentiam à pręcedenti obligatione , quia ab illa poterat pater resilire dirimendo sponsalia filiæ,quam habet in potestate. quod extraneus non potest facere, vt ff. de spon.l. in potestatẽ, & ff.de iure do.l.adoptiuum §.j. & ibi tex. qui hanc differentiã facit.† Opp. 11.cum glos.quod ex isto pacto sic rei traditione vestito non detur condictio, sed præscrip.uer. actio ad implẽdum conuenta.j.de rerum permu.l.rebus,& de pac. cõuen. inter emp. & ven.

ADDITIO.

a † In traditione dotis.adde Soci.consil.92.inc.circa j.huius l.in 5.colum.in j. par.char.154.vbi hoc idem inducit,& allegat.

& ven.l.secunda,& de don.l.legẽ,& ff.de p̃scrip. verb.l.si dominus,† vt sentit glo.super verbo, Conditio,quam sic declara fm
5 Richar.q̃ conditio æquiuocè sumitur,& varijs modis scribitur. Nam quandoq; sine,c.& cum.t.puta conditio, & tunc stat pro conuentione,vel conditionis modo,& si ita hic sumatur,nõ obstat p̃rium,qa hic de cõuẽtione,ibi de actione. Qñque cum.c.& tunc interdum cum solo.c.sine.t.puta conditio, & tũc sumitur pro actione. Nam,omnis cõdictio est personalis actio, vt Instit. de acti.§. sic itaque, & fm hoc etiam nõ obstat contrarium, qa vtilis est actio,vt hic,quæ nominatur præscr.ver.vt in p̃rio. Interdum scribitur cum utroque.i.cum.c.&.t.& tunc stat pro nomine actionis, & directo obstat p̃rium,sed sol.q̃ prescri. ver.actio datur,vt in p̃rio, & nihilominus certi conditio generalis cõpetit vbicunq; certum petitur, ex quocunque p̃ctu petatur,vt ff.sicer.pe.l.certi conditio.in prin.& est glo. expedita vsq; ad vers. & dic.Opp. 12.in eadẽ gl. q̃ certi conditio vel præscr. ver.actio vtilis non detur,sed directa,quia concurrunt edicta de pac.mẽs, & verba.ergo actio est directa vt no.j.de act.& obl.l.j. & de interdic.l.j.Sol.exponendo vtilis.i.efficax. ad differentiam inefficacis,& inquit Richar. q̃ æquiuocè in iure sumitur: quia qñque pro p̃ria competente gestori ad differentiam directæ competẽtis ei, cuius negotia geruntur,vt Insti.de obli.quæ ex quasi p̃ctu §.j.qñq; pro non solenni ad differentiam solẽnis, & formulatę, vt ff.de neg.gest.l.actio. & Insti.de inter.in fin. qñq; pro efficaci ad differẽtiam inefficacis vt hic, & j.tit.j.l.cum mota.& ff.de eo quod cert.lo.l.j. qñq; pro sensuali,quę venit ex mente tũ ad differentiam eius,quæ venit ex verbis,& mente. vt in p̃,& not.in l. curatoris j.de nego.gest. Opp.13.cum eadem glo. de l.si tibi j. loca.dicit glo.solue,vt ibi in secunda solutione,quæ est communis,sed eam iunge cum tertia, quia aut pactum factum est cum alio,q̃ cum eo, cui res traditur & habet locum l. contraria, aut cum eodem,& tunc si incontinenti,valet,vt vestitum.vt hic,nõ, si ex interuallo,ut in p̃rio,& hic quando pacisciturſibi,non alij, etiam incontinenti:quia regulariter non valet. Fallit in deposito, & in alijs casib. notatis in l. penul.j. ad exhi.Expeditus de p̃rijs accedo ad materiam,quæ est tractanda per quęstiones;vt se
8 gationis, secundum dominum meum Richar. † Quero. modo virib. istorum pactorum, & primo de virib. pacti de non petendo, & dicit Ioan. & Azo. q̃ tria facit, Bul. uero addit quartũ. Primo. n. obligat creditorem naturaliter ad non petendũ, quod probatur sic, tale pactum est duorum pluriumve in idem faciendum placitus consensus, ergo obligatorium, vt l. j. in princ. ff. eo. Confirmatur, quia sicut se habet stipulatio ad naturalem, & ciuilem obligationem producẽdam: sic se debet habere pactum nudum ad solam naturalem, sed ex stipulatione amplius non peti quis obligatur naturaliter, & ciuiliter, ut ff. de ver. obl. l. eadem §. cato. & ff. rem ra. hab. l. amplius, ergo &c. & hanc rationem facit gl. in d. §. pactus ne peteret. Confirmatur, quia deducibilia in contractum sunt deducibilia in obligationem, sed nõ petere est in ꝗctum deducibile: vt d. l. & per consequens in pactum, cum & ipsum sit ꝗctus: vt no. ff. de act. & obl. l. j. ergo, & in obligationem per pactum, confirmatur per tex. in l. ubi pactum j. tit. j. vbi dicitur, q̃ in acceptilatione est vinculum, ergo fortius in pacto, confirmatur per tex. l. cum postea, §. eod. deducendo, vt ibi dixi. pro hoc dixit dominus meus esse casum §. eo. l. j. & j. eo. l. cum proponas, & j. tit. j. l. de fideicommisso. in quib. patet, q̃ per pactum tolliturius futurũ, quod fieri non posset, nisi pactum obligaret de præsenti ad non petendũ in futurũ, cum ius illud erit, vt no. in d. l. j. In contrarium, q̃ nulla oriatur, facit primo, quia istud pactum inducit liberationem fm istam gl. & latius in sequenti, vi, & operatione, dicam ergo, q̃ non inducit obligationem, q̃ idem actus non potest operari ꝗtios effectus: vt ff. de solu. l. qui hominem §. fin. sed non obstat: quia hæc duo liberatio, & obligatio tendunt ad vnam, & eandem exuberationem, & pleniorem liberationis effectum, & sic non contrariantur. Item ad idem facit secundo, quia talis productio obligationis esset superuacua, cum debitori per exceptionem sit promissum, quod debet sufficere, vt in pos. leg. l. j. §. si debitori, sed non obstat, quia ibi de cautionis prouisione inducta à lege, quæ cessat, ubi aliter est prouisum, hic de hominis prouisione, quæ non est ei deneganda, ex quo ex uerbis insurgit utraq; prouisio. argu. ff. de arbi. l. celsus. Nec propterea est superflua ista obligatio naturalis ad non faciendum: quia si contra fiat, cõmitteretur ad interesse, vt ff. de reg. iur. l. si quis ab alio, in fi. cum si. qua cõmissa de interesse ad aliud debitum in quantitate poterit obiici cõpensatio, vt ff. de ꝓpensa. l. ẽt. Tertio ad idẽ facit, q̃ a si pactũ istud pareret naturalem, deberet posse nouari ipso iure, vel in effectu per stipulationem penalẽ, vt ff. de noua. l. i. & tũ non nouatur, vt ff. eo. l. rescriptum §. si pacto. Sed non obstat, quia ipso iure dico non nouari: q̃ a obligatio ista est de iure gentium, q̃ non nouat ipso iure per stipulationem pœnalem, q̃ est de iure ciuilium ff. p socio l. si quis a socio, & de actio. emp. l. prædia. In effectu aũt. ope exceptionis, an fiat nouatio, possum dicere, quod sic respectu naturalis obsonis, non respectu exceptionis, uel naturalis nouatur, quando est simplex, & sola, uel cum ciuili mixta, non quando ad effectum liberationis est inducta: quia tunc concomitatur naturam exceptionis, cui cohæret, ut no. §. si pacto, & pro ista solutione accedat tex. ff. si quis cau. l. si eum §. qui iniuriarum, de quo latius dicam j. eo. l. si pacto. Quarto ad idẽ, quia si naturalis inducitur, ergo illi præscribere tur. arg. ff. rem rat. ha. l. fi. sed hoc falsum: vt ff. de dol. excep. l. cure, in fi. Sed nõ obstat, quia obligationi efficaci præscribitur: quia ex ea pt̃ agi: vt in cõtrario, nõ soli naturali: quia ex ea nõ potest agi, ergo &c. ut j. de

except.

ADDITIONES.

a ¶ Si uero fiat ex interuallo. Adde Soc. cons. 262. inc. in causam Pe. uer. praetea, & 4. in 2. parte, char. 165. ubi hoc idem allegat, & tenet.

b Implicat dictio maxime. Tu uide de hoc Bart in l. prima, §. ubi maximè, & ibi in apost. in eo. uersi. ff. de colla. bo. Panorm. plenè ca. damnamus, in num. 3. uersi. not. ibi maximè, & in apost. in eo. uersi. extra, de sum. trin. & in c. quoniam frequenter, in u. 7. ubi etiam in apost. in uersi. exponit istam dictionem maximè, extra, ut lit. non co pte. glo. in l. illud, & ibi Flo. ff. ad legem Aquil. & Fran. Aretin. consil. 50.

except. l. i. in fin. Quinto, & fortius videtur probari per textum expressum ff. de iure dot. l. si pater. §. qui debitorem. Sed solue duobus modis: vt ibi notatur. primo, quòd ibi non obligatur ad dandum, quia ibi verba non erant pacti obligatorij sed transitorij de debito ex vna causa in aliam. vel secundo ibi non obligatur ciuiliter sed naturaliter. sed contra vtranque opinionem fortius instatur, vt nedum naturalis sed etiam ciuilis nascatur. Nam in ipso pacto de non petendo. si alia causa non subest, causa donationis subesse videtur in tex. singulari. ff. de dona. l. in diebus. sed ex pacto donationis vel propter pactum donationis datur hodie actio, vt j. de dona. l. si quis argentum. §. pen. ergo &c. sed non obst. secundum opinio. Guliel. & Ray. quam posui. ſ. eo. l. legem. in 2. quæstio. Dicunt enim in obligationibus facti, & in tacita donatione non habet locum. l. si quis argentum. Sed quia gloss. ordinaria eis contradicit, vt ibi dixi. ideo aliter solue, uidelicet, quòd ex pacto donationis datur actio, quando non est sequuta quasi traditio: vt hic, penes se enim habet, quod peti ab eo non debet, & sic sua non interest, vt actio ei detur, vt in simili. ff. de eo, per quem fac. l. j. §. si reus, & ff. vt in possess. lega. l. j. §. si debitor. secundum Richar. de Saly. Ex prædictis bene patet, q̃ pactum de non petendo naturalem inducit, quod limitant quidam, quando stat in sua propria vi, & producit exceptionem pacti, non quando datur subsidiaria exceptio doli, vt in l. refcri-
9 ptum. §. fina. ff. eod. quod est notandum. † Secunda operatio pa-
a cti de non petendo est, quia tollit creditori naturalem [a] ei competentem ex primo contractu: vt l. Stichum. §. naturalis. ff. solut. Gul. de Cu. tenuit contrarium, quia actus agentium non extẽduntur vltra intentionem eorum: vt ff. eo. l. si vnus. §. pactus. ver. quòd si non vt totum, & si cert. peta. l. non omnis. in princip. & intentio colligitur ex verbis, vt l. non aliter. de lega. 3. sed verba pacti sunt interposita super illa petitione, vel actione, non super obligatione, ergo, &c. Secundo quia ciuilis obligatio est proximior actioni & petitioni, id est maiorem similitudinem, & participationem cum illis habet, quia, & illæ ciuiles sunt: vt ff. de orig. iur. l. secunda. §. deinde, & ff. commo. l. in commodato. §. fi. eut, igitur si in consequentiam petitionis aliqua debet ipso iure tolli, debet esse ciuilis obligatio, vt proximior, non naturalis, vt remotior. argu. ff. de dam. infect. l. si finita. §. ex hoc edicto, versi. itaque. cum simili. Tertio quia pactum de non petendo non tollit dominium, nec rei vendicationem. vt infra. tit. primo. l. si prò fundo, & l. siue apud acta. cum ibi notatis in glos. ergo nec respectu debiti obligationem debet tollere, cũ idem debeat posse consensus operari in vtroque, ex quo vtrunque est penes debitorem, cum patientia ex causa habili habeatur pro traditione. vt instit. de rerum diui. §. interdum, & ff. de rei vendica. l. quædam. Quarto hoc confirmat Iacob. Butr. dicens esse casum. ff. ad vellej. l. secunda. & ad mace. l. prima. in princi. in quibus patet, quòd ista verba, actionem petitionem ve non dabo, non tollunt actionem nec obligationẽ ipso iure. sed in effectu, exceptionis ope. Quinto ad idem induco, quia ex legato, quo hęres damnat non petere, nulla tollitur obligatio, nisi interponatur acceptilatio: vt ff. de libe. lega. l. si quis decedens. §. nunc de effectu. ergo nec ex pacto, cum plenior in vltimis voluntatibus consueuerit fieri interpretatio: vt ff. de reg. iuris. l. in testamentis. Ad §. naturalis. respondent ipsi, quod loquitur in pacto liberatorio, quo dicitur, libero te, vel absoluo: quia tale pactum concernit obligationem non in pacto de non petendo, quod concernit solã petitionem, & ita multi sequuntur, dominus meus stat cum gloss. & primo per dictum §. naturalis, qui indistinctè in suo dicto loquitur de quolibet iusto pacto. ergo, &c. Secundo per rationem, quam ibi textus ponit, quàm sic deduco: ex pacto vel contractu de petendo inducitur naturalis ex æquitate, qua nihil magis congruum, &c. vt ff. eod. l. prima. in princip. ergo ex contrario pacto de non petendo, quod eadem æquitate nititur, naturalis debet tolli, vt contrariorum æqualis ad oppositum sit operatio, vt instat. de sent. pas. l. fina. & vt vnum quodque eodem vinculo æquitatis dissoluatur, quo ligatur, vt ff. de re. iu. l. nil tam naturale. cũ si. Tertio per text. supra eodem l. creditori. vbi text. dicit, quod debitor de non petendo per pactum liberatus est, sed secundum eos ista verba, liberatus, concernunt obligationem: vt supra dixi, & naturalem tollunt: vt d. §. naturalis, & maximè, cum ibi pactum istud æquiparetur solutioni. Quarto per tex. ff. eodem l. si vnus. §. sed si stipulatus. vbi tex. dicit, per pactum de non petendo totam obligationem submoueri. Sed submouere est auferre id, cui adijcitur: vt ff. de compen. l. 2. & de except. rei uend. &
10 tra. l. secunda. † Quinto, vt dicit philosophus, finis operis est principale in intentione agentis, & probatur in prima constitutione. supra. de no. codi. compo. vt in authen. vt diui. iussi. in princi. Hinc dicimus, quod habito effectu, non curatur de modo, vt infra. de instit. & substit. sub condi. fac. l. tertia. Tendentia igitur ad finem sunt tanquam accessoria præambula ad ipsum finem tã quam ad principale, igitur si pactum de non petendo agit in ipsa petitione, & exactione, vt ipsi dicunt, & ipsa petitio, & ipsum principale, ad quod causatur obligatio, sequitur, quòd pactum, quod agit tollere petitionem iuris, tollit ipsam obligationem. nec dicas, quòd agat tollere petitionem facti, quia ridiculum esset & impossibile, vt infra. titu. primo, vbi nec credas, quod tollat petitionem iuris, quam ꝗctus immediatè nõ induxit, nisi tollat petitionem eius productiuam, & ciuilem, non potest, igitur sequitur quòd necessario tollit naturalem, qua sublata remanet pentio, & actio exceptione elisa. vt in solu. vltimi contrarij dixi. Ad obiecta respondetur, & primo ad primum, cũ dicitur actus agentium, &c. respondeo, quod minor est falsa, quia hic agunt saltem tacitè obligationem tollere ex vi antecedentiæ necessariæ. argu. l. illud. ff. de acqui. hæred. & ff. de procura. l. ad rem mobilem, & l. ad legatum, quod in proxi. argu. est demonstratum. Ad secundum respondeo, quod licèt ciuilis obligatio sit proximior actioni, tamen consensus priuatorum sine actu rei ciuilis non potest actionem nec obligationem ciuilem tollere: vt not. infra titu. primo l. vt responsum. igitur naturalem, cui magis cohæret, & quam induxit, tollit, argum. l. prout quisque. ff. de solu. cum simili. Ad tertium de dominio: respondeo, quod non est par ratio. nam consensus solus dominium non inducit vt infra. eodem l. traditionibus, merito nec tollit, vel trasfert, sed consensus solus naturalem inducit, merito consensus contrarius illam tollit. argum. infra. de sen. pas. l. fina. vel aliter pactum de non petendo non tribuit titulum. ideo, & merito non transfert dominium, vt l. nunquam nuda. ff. de acquir. re. domi. sed benè habet in se consensum, qui sufficit ad tollendum naturalem, quam induxit. argum. ff. de reg. iur. l. nil tam naturale. Ad quartum de l. prima, ad Maced. & secunda, ad Vell. respõdet dominus meus, quòd illa senatusconsul. quia sunt ius ciuile, vt l. ius autem ciuile. ff. de iustit. & iur. obligationem ciuilem tollere possunt, non naturalem, quæ est de iure gentium vt l. eas. ff. de capi. dimi. sed consensus contrarius sic, vt d. l. nil tam naturale. sed caue, quia argu. Iaco Butri. non meretur hanc responsionem: quia ipse non inducit illas leges directo respectu naturalis: quia ibi non tollitur, sed respectu ciuilis, & etiam actionis, quæ ibi non videtur tolli ipso iure per illa senatusconsulta, petitionem, & actionem denegantia, sed ope exceptionis. sicut igitur ibi ius ciuile non tollit obligationem ciuilem: sic nec hic consensus inducens naturalem nõ tollat primæuam naturalem. sed potest dicere, quod licèt ibi naturalis non tollatur, ciuilis tamen obliga. tollitur, & quamus ciuilis tollatur actio, tamen ipso iure non tollitur: quia non tantum a ciuili sed etiam a naturali, quæ durat, originem traxit. vel dic quod ibi lex vltra declarando processit. Ad quintum de vltima voluntate respondeo, quod aliud est in ea, aliud in pacto: quia illa à voluntate vnius processit, & sic naturalem non tollit a voluntate duorũ causatam. & si dicas, hæres adeundo, quasi contrahit cum legatarijs, respondeo impropriè dicitur contrahere, vt notat verbum, quasi, quod est nota diminutionis, & improprietatis. vt ff. de vsufruc. earum rerum, quæ vsu cõsum. l. secunda, & originem trahit a præambula voluntate defuncti. nec in eodem tempore concurrit consensus vtriusque. ex his concludamus cum gloss. pactum de non petendo tollere naturalem, quod limitant quidam in pacto de non petendo, quod operatur secundum se, & non secundum propriam vim, & naturam operatur, quod est, quando parit exceptionem pacti, sed lex propter pactum dat exceptionem doli, vt est videre. ff. eo d. l. rescriptum. §. fina. & ad quod etiam facit, quod not. gloss. ff. de libe. lega. l. non solùm. §. si liberationis verba. tunc tale pactum naturalem non tollit. sicut nec exceptionem pacti producit. quod satis videtur rationi consentaneum, & hoc de
11 secunda operatione. † Tertia vero eius virtus, & operatio est, quia ciuilem obligationem elidit. est autem aliud tollere, aliud elidere: nam tollere est penitus extinguere. sed elidere est infirmare, vel exinanire, sed valdè lædere. componitur enim ab e. & lædo, secundum Vgutionem, & Papiam, læditur enim valdè, quia aufertur ei socia, cuius viribus validior erat & eius effectus licèt non substantia tollitur: ideo valde læditur, & ab intra, & ab extra. contra hoc videntur obstare aliqua, quæ contra præ
12 cedentem operationem induxit, sed solue ea. vt supra. † Item circa hoc modo potest quæri, quare naturalis tollitur ipso iure, & nõ ciuilis respondeo quia naturalis causatur ex consensu: ideo contrario consensu tollitur. vt l. prout quisque. ff. de solue. cum si. sed ciuilis causatur ex solennitate, & robore iuris ciuilis, pactum autem solennitatem non habet à iure ciuili, sed robur habet a iure gentium, quod non tollit immediatè ius ciuile: vt ff. de transactio. l. cum aqui. & de capi. dimi. l. eas. Item obligatio ciuilis habet plurimum iuris, & minimum facti; pactum vero econ-

ADDITIO.

a Tollit creditori naturalem. vide hic per do. Soc. ibi in gloss. fina. communis conclusio est.

† Adde an istud pactum repellat agentem, si non allegetur, no. Bar. q̃ not. in l. si vnus, §. pactus ne peteret. col. 7. ff. eo: quod intelligę, scilicet quod allegetur per eum, quia si allegetur per actorem, quia actor confiteatur, non prodest aliter non opponenti. vt plene no. Bar. ibidem, vbi vide.

econtra habet minimum iuris, & plurimum facti. vt ff.eod.l.si
vnus.§.pactus, merito non potest tollere ipso iure, id quod ha-
13 bet plus iuris.arg.j.de codicil.l.si idem.cum si. † Sed iuxta hæc
quætunt Iac. de Ra.& Pe.quando hæc ciuilis eliditur. & vt re-
fert Cy.§.e.l.pacta quæ contra.ipsi dicunt elidi demum, quãdo
a exceptio opponatur,& non ante. [a] & mouentur, quia exceptio
num aliæ dilatoriæ,aliæ peremptoriæ.vt ff.de excep.l.2.in fi.sed
inter peremptorias est exceptio pacti de non petendo,ergo ipsa
perimit,cum objicitur,& non pactum, cum est initum:quia iã
peremptũ amplius perimi non posset.vt in Auth.de nup.§.dein
14 ceps.†Confirmant exemplo naturalisi,quia ars dẽt imitari:natu
rã:vt ff.de adopt.l.adopt.& l.arrogato. §.non tantum.sed in na-
tura hoc euenit, quod duo pugiles nõ prius se perimunt, vel eli
dunt,quam ad colluctationem veniant,ergo, &c. sed dominus
meus dicit hanc subtilitatem inutilem, & non veram. quod pa-
tet,quia ciuilis ideo eliditur,quia naturalis sibi socia aufertur, vt
in præcedenti quæstione dixi.sed naturalis ante oppositionem,
& exceptionem tollitur.ergo ciuilis ante eliditur.Quod natura
lis tollatur ante,patet per æquiparationem,quam facit tex.in l.
Stichum.§.naturalis.ff.de solu.dicit.n. quod pacto naturalis tol-
litur sicut numeratione.sed constat, quod numeratione statim
tollitur.vt institu.quibus mod.tol.ob.in princi. & infra. de solut.
l.obsignatione.igitur.Item text. ibi.& ff.de iureiu.l.fina.in princ-
cip.dicit,quod pacto tollitur naturalis,tunc autem tolleretur ex
ceptione,non pacto: ergo. Confirmatur,quia ea,quæ tolluntur
in totum per pactum,ipso iure tolluntur ante exceptionis obiec-
tum, vt ff.eod.l.si tibi.§. quædam.ergo. & quæ in parte tollun-
tur.argu.ff.de rei vendi.l.quæ de tota.& de admin.tuto.l.si duo.
in fi. Ad obiecta respondeo.l.& ad primum dico,quod statim pe-
rimit naturalem non ciuilem,sed elidit.exceptio autem cum op-
ponitur,actionem inductam ex ciuili,& naturali, quæ duranit,
licet mater fuerit perempta, vel elisa,perimit,vt Insti. de excep.
§. præterea. & sic bene procedit actio, nisi oponatur exceptio.
Ad secundum respondet,quod contractus primus,& obligatio
resultans ab eo,& pactum postea factum,& exceptio resultans
ex eo,non sunt pugiles ciuiles,sed arma pugilum.vt Insti.de ex-
cep. & replicatio.in princip. qui postea in ciuili prælio iudiciali
colluctando se vincunt,permuut,& elidunt:vt l.fina.infra. com
minationes,vel epistolas.& cum creditor ab initio facit contra-
ctum validum, induit arma actoris ad offendendum.cum vero
postea fecit pactum de non petendo,cepit armis offensibilibus
se spoliare, & reus arma defensibilia se induere, cum creditoris
iuuamine,& voluntate. ideo ex tunc cepit obligationem dissol
uere,& iuribus, vt flebothomatus exinanire.& sic exinanitus
ad bellum veniens iudiciali exceptionis lancea fortius infixa b
adhuc viuens non succumbens dicitur,vt viuus interemptus.&
isto respectu exceptione perimit. Vel dicendum, quod contra-
ctus obligationis,& pactum de non petendo statim pugnat ab
intra, & intestina, vt contractus induxit pactum sibi repugnãs
statim inter ius, & intestina ea sustulit, & elidit. sed actio non
est sublata vna cum exceptione opposita, cum inuicem postea
pugnant in bello exteriori, nec exceptio obligationem tollit:
quia illam iam perempram inuenit, nec ciuilem elidit: quia si-
militer elisam reperit. sed actionem, quæ ex reliquijs obliga-
tionis naturalis, ꝓ ex substantia ciuilis reperit consistere, &
campum iudicialem discurrere, & victoriam reportare, si se
non opponat, perimit cum se anteponit, quod cum est in iu-
dicio, opponitur congruo tempore, & modo. & infra. sen-
ten.rescin.non posse.l.peremptorias. & ex his patet falsam opi-
nionem esse eorum, qui dixerunt, quod in casu nostræ legis,
non poterat fundari libellus super veteri contractu, nisi fieret
mentio de secundo pacto de non petendo. & de tertio de pe-
tendo, vt sic primus contractus iungeretur cum vltimo. & na-
turalis inducta ex tertio poneretur in locum naturalis primæuę
per secundum pactum extinctæ, dicentes aliter actionem com
petere. quod ex prædictis patet falsum esse.& super primo con
tractu libellum fundari posse. & si excipiatur, tunc replicetur.
vt insti.de replica.in princip.non diffiteor tamen, quod actio,&
replicatio possent cumulari in eodem libello, vt peto centum,
quæ mutuaui non obstante pacto, quod feci de non petendo.
quia postea fecisti mihi pactũ de petendo. vt notat Innocen. in
15 c.super literis.extra de rescrip. † Nunc de quarta vio operationis.
quam addit Bulg. videamus. dixit enim, quod pactum de non
petendo exceptionem inducit,vt institu. de excep.§. præterea.
b & erit hæc exceptio dilatoria, [b] si pactum sit factum ad certum
tempus: vt dicta l.si vnus. §.primo.perpetua,& peremptoria si
pactum sit perpetuum, vel simpliciter sine tempore initum: vt
d.l.si vnus.§.pactus.& de excep.l.3.dubia, quando sub conditio
ne,vel in tempus incertum omnino:vt ff.de condi.indebit.l.suf-
ficit.& licet quidam dixerint,quod exceptio prius non compe-
tit,quam actio deducatur in iudicium,tu dic contra. Nam sicut
actio est per se substantia,& ius persequendi,quod debet actori.
vt insti.de actionibus.in princi. & eius editio est obligationis
narratio,& contractus executio: vt ẽ, de eden.l.edita. Sic exce-
ptio est per se substantia,& eius repellendi actionem, & perse-
cutionem indebiti reo competens, & eius propositio est illius
iuris iam competens executio. ut institu. de except. in princip.
vnde prius est actio,& exceptio,quam illarum propositio.vt de
hæred.uel actio.uendi.l.fina.& ff.de mino.l.quod minor.in prin.
& familiæ erciscun.l.plane, & hæc de pacto de non petendo.
16 †Quæro modo de viribus pacti de petendo post pactum de nõ
petendo subiecti. Respond.quod sunt quatuor. Primo namque
nouam naturalem inducit primæ similem in effectu.vt ff.eod.l.
prima. in princip.non autem primam extinctam suscitat. vt d.§.
pactus,& de sol.l.qui res.§.aream. Secundo per illius inductio-
nem parit replicationem. Tertio per replicationis partum exce
ptionem elidit,& perimit. Quarto per illius elisionem, vel per-
emptionem patet, quod primitiuam actionem, & obligation-
em elisam sanat,& iuuat: vt d.§. pactus. Quæri potest, quid de
pactis, quæ sunt secundum quid consona, secundum quid op-
posita,quæ Petr.appellat hic similia,& solu.quod opin.fuerunt
inter Ioan. & Azo.ex una parte: & gloss.ex alia, & etiam inter
modernos:sed remitto ad l.iuris gentium.§.adeo. ff.eod. & l.pa-
cta.ff.de contrahend.emp.& in eis plenè per dominum meum.
7 †Quæro vlterius quid de pacto de non agendo, [c] an naturalem
c tollat, an ciuilem elidat.dic quod non, quia obligationem non
concernit: sed eius exercitium fiendum in iudicio, & hoc nult
Innocen.extra.de sit.contest.cap. exceptionis obiectus. Quæro
ultimo, Titius pluribus exceptionibus tutus:puta prescriptionis
pacti de non petendo,& rei iudi. fecit creditori suo simplex pa-
ctum de non petendo, an hoc pactum intelligeretur generali-
ter factum contra quamlibet prædictarum exceptionum,an ve
ro contra solum illam pacti de non petendo, & dicit Pe.& Cy.,
quod contra omnes prodest, cũ aliter creditor petere non pos-
set. qui ergo nult consequens, velle dicitur antecedens.vt ff.de
iurisd.omn.iudic.l.secunda,& de aequir.hæredi.l.illud. pro hoc
etiam facit, quia pactum generale non debet restringi,ex quo
ratio recti sermonis remanet salua:ut ff.de lega.3.l.quæsitum.§.
j.& de liberatione lega.l.Aurelius §.Sticho.& melius. ff. de ex-
cept.l.pluribus. Nec obst.l.sed si, quis.§.quæsitum.ff.si quis cau,
quia ibi in exceptionibus competituris, & incertis. hic in iam
competentibus, & certis. secus si pactum fuisset restrictum ad
unam tantum exceptionem, quia tunc in alijs non præiudica-
ret.vt l.si domus.ff.de servi.urba.prædiorum.cum similibus.

ADDITIONES.

a † Quando exceptio opponatur, & non ante. Adde de hoc, quòd notaui in apostil.ad istum.§ ea.l.nu.10.versi.secunda operatio pacti de non petendo. in ver. tolli creditori naturalem.

b † Et erit hæc exceptio dilatoria. Adde quod Bald. in sua marga.in versic. pactum.versi.1. dicit, quòd pactum de non petendo,vel non conueniendo, impedit processum,& parit duas exceptiones, scilicet declinatoriam,& peremptoriam.

c † De pacto de non agendo. Adde ad hoc pactum, & pactum de non petendo sint diuersa,& Bald.in l.peremptoriam. colum.8.j.fen.rescin.non posse.tenet,quod sic,Bart.in l.si vnus.§.pactus ne peteret.col.8.ver.sum expeditus.ff.eo.no.idem,sed Alex.de Imol.post Bart.aliter loquitur in alle.§.pactus.in apostil.ad Bart.& in sua lectura vbi vide. & in l.amplius.ff.rem rat. hab.& Bart.in l.si prius.in 8.oppo.ff.de noui ope,nuncia.

LEX III.

1 *Pactum appositum in contractu, quando pariat actionem:*
2 *Actio præscriptis verbis, in quibus detur contractibus.*
3 *Actio informata quando nascatur.*
4 *Actionem veterem informare,& nouam parere conuertuntur.*
5 *Pacto cohærentia vestito nascitur obligatio.*
6 *Contractus innominatus ex relatione contractuum ad pactum consurgere dicitur.& num.8.*
7 *Contractus nominati a contractu innominato differentia.*
9 *Species diuersæ,an possint vnum totum integrare.*
10 *Pactum cohærens quare dicatur contractus innominatus.*
11 *Pactum quando dicatur incontinenti factum.*
12 *Incontinenti,dictio,quid significet.*
13 *Contrahentes ad alia diuertere quando dicantur.*
14 *Pactum ex interuallo adiectum actionem non parit.*
15 *Exceptio fideiussoris non dati dilatoria est, non actionem, sed exercitium eius concernens.*

In bonæ fidei. Casus. Pactum cohærẽs contractui parit actionem: distans vero solum exceptionem.hoc dicit. Et diuide in duas,vt in summario patet. Opp.quod nedum hoc sit in contractibus bonæfidei:sed etiam in stricti iuris.vt j.eo.l.petens.cuius contrarium videtur texr.inuenire ar.l.cum prætor.ff.de iudi. Solu.cõfitendo contrarium, vt in prima gloss. quod hic de bona fide dixit; non fecit, vt aliquam specialitatem in eis notaret:ideo vt dubitationem circa secundum responsum hujus legis remoueret. Nam propter exitberantiam bonæfidei,quæ in eis maximè debet attendi:vt insti. de

de actio.§.in bonæ fidei,& ff.de eo quod cer.lo.l. in bonæ fidei. videbatur, quod pactum etiam distans produceret actionem, quod tamen non facit,quia pactum sibi non cohęret,sed distat: & sic nudum remanet, & per consequens eadem est ratio in cõtractu bonæ fidei,quæ est stricti iuris, & econtra, & sic non ob.
1 d.l.cum prætor.† Opp.2.& extra glo.quòd pactum incontinenti appositum non producat actionem: vt j. de usur.l. quamuis, & j.de iure dot.l.auia. Sol.hoc,& alia contraria:vt seriatim scripsi.ẽ.eo.l.legem,quæ hic potes repetere,cum opportunum tibi
2 visum fuerit.† Opp.tertio quòd tex.dimittat nos in incerto,cum dicat,quòd actio competat,& non dicat,quæ.contra.§. quibus. ẽ.de nouo codi. compo.solu.quòd licèt iste non dicat brevitatis causa:tamen alia lex dicit puta j.de pac.inter emp.& uen. l.2.ut præscriptis uerbis actio similiter,& uetus informata:ut ff.eod.l. iuris gentium.§.quinimo,& si cer.pet.l.lecta.uer.dicebam, & j. eo.l.petens,& hic gloss.2.Contra gloss.insurgunt Iaco.& Raph. Pet.& Cyn.dicentes actionem præscrip.uerb. non semper dari, cum illa detur in contractibus innominatis,qui sunt quatuor:ut ff.de præscr.uer.l.naturalis.per totum. sed contractum,bonæ fidei sunt nominati. ergo &c. Item quia illa datur, ubi dubitatur de nomine contractus,uel obligationis.ut ff.de æstima.ac.l.unica,quod non est in casu nostro.ergo &c. Item illa non competit,ubi & alia competit:& ff.de præscrip.uerb.l.1.2.& 3.& l.quo ties: sed uetus informata hic competit, ut legibus super glo. allegatis,& patet in emp.& uen.ff.de contrahen.emp.l.fundi partem,& de act.emp.l.tenetur.§. 1.ergo &c. Sed ipsi defendentes gloss. distinguunt quod interdum habita relatione contractus præcedentis ad pactum immediatè sequens,resultat aliquis cõtractus innominatus do, ut des, uel do, ut facias, & tunc datur actio præscriptis uerbis, ut est uidere in contractu ultro citroque obligatorio. Nam eo respectu quo ille,pro quo pactum est interpositum:est creditor, & ei datur uetus informata:ut d.l.tenetur,& d.l.fundi partem,& eo respectu, quo est debitor habita relatione contractus ad pactum, nascitur ei actio præscriptis uerbis,si plenè impleuit ex parte sua,& nõ prius,& j.de rerum permu.l.ex placito.& ita intelligunt. l.2.j.de pac. inter empt. &
3 uend.† Ex his nota,quod actio informata statim nascitur ex cõtractu uestito, & efficaci,quæ a pacto informatur:tamen agenti obstabit exceptio contractus ex sua parte non impleti: ut l.Iulianus.§ offerri.ff. de act. empt.sed præscrip. uerb. non nascitur, priusquam conuentio impleatur: & tunc non ex implemento, sed ex conuentione præcedenti propter implementum tamen. ut dicta lege.ex placito. ff.de pac.l.iuris gentium.§. j. & not. hic Cyn.in 4.& ultim.q.& idem dicunt ipsi, si contractus non esset ultro citroque obligatorius.dumtamen contractus sit pro uno: pactum uero pro altero. ita quòd habita relatione cõtractus ad pactum possit resultare contractus innominatus. Nam contractu impleto nascitur ratione præscriptis uerbis, ut pactum impleatur, & nihilominus antiqua informata ei competet, si tale quid est in pacto,quod informare potuit. Circa autem istud de informatione non insistam super ista l.sed dicam.j.eo.l.petens. Secundum ergo præfatos doctores, vbi contractus, & pactum sunt pro eodem,præscriptis verbis actio locum habere non potest.Sed Iacob.Butrig.dicit præscriptis verbis actionem semper locum habere,& alio respectu, quam ipsi dicant.nam ex pacto vestito contractus cohærentia dicit immediatè actionem præscriptis verb.nasci,nec ad eius natuitatem aliud implementum fore necessarium, quod ẽt nostri glossatores voluerunt in locis, quos j.subijciam, & probat primo per istũ texr.vbi dicit hic esse
a causam,dum ex pacto actio competit. Nam dictio,ex,[a] denotat causam proximam,& immediatam.ẽ.de legi.l.non dubium,& j.si ser.exte.l.j.& not.in l.cum oportet.in prin.j.de bon.quæ lib. hoc idem probat lex. ff.eod.l. iurisgentium.in tribus ver.ibi po-
4 sitis.†Secundo quia informare veterem ex cõtractu,& nouam parere videntur conuertibilia:secundum eum,vel vt tollam omne dubium saltem partus noue actionis est necessario ꝓsequens ad informationem veteris.vt ff.eod.l.iure gentium.§. quinimo: ergo cum veterem informat etiam si contractus,& pactum sint pro eo,vt est text.j.eo.l.petens ff.si cer.pet.l.lecta. ver.dicebam. sequitur ꝓ nouam actionem producit. Tertio quia cum pactũ statim appositum sit vt pars contractus,cui adhæret.vt d.l.lecta. ff.de contrahen.emp.l. fundi partem.non minus debet vna pars suam producere actionem,quam alia.cum ratio sit eadem,non diuersa: vt j.de lib.præte.l.j.hanc opin.sequitur dominus meus per rationes prædictas, & ego etiã sequor:& vltra induco quasi pro casu.ff.de contrahen.emp.l.labeo scribit sibi bibliothecam. vbi traditio facta non est,& tamen præscrip.verb.actio competit ex illo tacito pacto,quod inerat in illis verbis conditionaliter appositis,vt impetret a campanis loci venditionem.similiter induci potest vt ff.de pericu.& commod.rei vend.l. in venditione conditionali. in princ.vbi patet,ꝓ si res vendita sub conditione nondum tradita interim perit ex pacto in venditione apposito: vt pereat emptoris periculo tanquam valido,ꝓ cohærentia con
5 tractus vestito potest agi.†Ex quibus legibus collige duo,videlicet pactum vestiri cohærentia, cuius contrarium dixerunt vltramontani:vt dixi ẽ.eod.l.legem.Item ex eo vestito obligationem,& actionem nasci.Ad contraria respondeo per notata per gl.super rubr.ff.de præscr.ver.videlicet ꝓ de alia actione præscr. ver.loquitur, quàm nos, nam in tribus generibus negotiorum locum habet,videlicet ex pacto incontinenti apposito,& de ista dicta loquũtur.Item in contractu innominato, vel quando de nomine contractus dubitatur, & de ista loquuntur obiecta. Itẽ ista, quæ competit ex pacto incontinenti apposito fortè est eadem cum vtili,vel in factum,quæ datur,quando æquitas suggerit actionem dari,& deficit alia,de qua in l quoties.ff.de præscr. ver.Nec tunc obstat tertia ratio in oppositum facta,dum dicunt hic competit alia,quia antiqua informata: quia licèt hoc sit verum:vtraq; tũ non nascitur ex eo.fonte: sed diuerso.nam vetus informata nascitur ex contractu velut ex sua causa proxima informata per pactum,vt eius causam remotam.sed præscr.ver.na scitur ex pacto statim apposito:vt ex sua proxima causa propter ꝓtractum tũ ipsum pactum vestientem,& roborantem,vt suam causam remotam:& ideo nimirum si ista actio præscri.ver.concurrit cum alia ex eo fonte non orta.& dicebat Iac. But.esse casum j.eo.l.pacto successorum. ver. de chirographis.vbi præscri. ver.concurrit cum alia respectu diuerso. licèt dici posset, quod ibi dantur ad diuersa:ideo mesus facit text.j. manda.l. cum ex causa maxima. fin vltimam lecturam ibi positam, & ff.de contrahẽ.emp.l. labeo scribit sibi bibliothecam.Nã valet replicare, ꝓ actio præscr.verb.nascitur ex ꝏctu.ff.eo.l. iurisgentium.ver.& ideo,quia ibi de alia specie præscr.ver.quæ ex cõtractu innominato nascitur,cum impletur. nos de alia specie,vt dixi, quæ immediatè nascitur ex pacto vestito,quam etiam ex contractu nasci dico:quia & pactũ est contractus, quia duorum plurium ue, vt in idem simul tractus:vt ff.eo.l.j.in prin.& ita dicit glo.ad lite-
6 ram,quæ est secunda in sui fine.in l.j.ff.de actio.& ob.† Viso,qd ex pacto cohærentia ꝓtractus vestito immediatè nascitur actio,
a quæro an verum dixerint prædicti doctores vltramõtani,a dum dixerunt,ꝓ habita relatione contractus ad pactum insurgit,vel resultat contractus innominatus:ex quo inferunt,ꝓ impleti cõtractum nascitur post implementum præscri.ver.actio,vbi contractus sit pro ambobus vel pro vno,& nõ pro alio.Dicunt quidam perusini,repetentes.l.petens j.eo.quod non, & mouentur primo quia contractus nominati, & innominati specifica differentia distinguuntur:vt ff.eo.l.iuris gentium.in prin.ergo sequitur, quod ex contractu nominato ad pactum velut innominatum,cum duæ species diuersæ non integrent vnum totum:vt j. qui nu. tu. l. j. Secundo quia multiplicationem in contractibus ponere non debemus.vt ff.de procu.l.licet.§.ea. & depositi.l.j.§. quod vbi rem tibi. Tertio quia id, quod põt valere per modum ꝏctus nominati non debet valere per modum innominati.vt ff. depositi.l.j.§.si quis seruũ,& notat doct.j.de iure emph.l.j.Quar to a diuisione,quia aut dices,ꝓ iste ꝏctus innominatus,quem dicunt resultare immediatè ex se producat actionem sine alio rei interuentu.& hoc nòn potest esse:quia esset contra eius naturã: vt j.de rerum permu.l.ex placito.aut dices, quod implemẽtum per rei interuentum expectet:& hoc est impossibile,vt rei interuentu possit impleri,& vestiri,& per cõsequens impossibile est exactionem dari.Ex his sequitur aliud,ꝓ talis resultatio contractus innominati est frustratoria inanis,& superuacua. igitur nõ facienda.arg.ff.de procu.l.non cogendum.§.sabinus. vt legatorum.nomina caue.l.& cum stipulatio.§.diutus,quod aũt impleri, & sic vestiri non possit, probo: quia interuentus seu traditio rei in contractu deductæ non esset uoluntaria,& libera,vt exigi tur in ꝏctibus innominatis:sed necessaria ex vinculo actionis,& obligationis illius contractus nominati.igitur ꝏctum innomina tum vestire non posset:vt ff.eo.l.si intra:cum ibi notatis,& eo.ti.

l.in

ADDITIONES.

a Nam dictio,ex.Adde do.Soc.in secunda not.& do.Ias. & adde Bald.in ca.iniuria.ad fin.de pac.iur.fir.& Bart.in l.j §.si plures.4. colum.ff. de except.& in d.l.non dubium,& in l.quo tpe.§.seruus.ff.de pec.leg.& Bal.in l.maximum uitium.3.colum.j.de lib.præte.& Abb.in c.inter delictos.de fide instru. Et quid importet dictio,ex,uide Bal.in l.j.j.si seruus exte.& in l.ex nostra.lib.j.de ac.emp.in l.secunda.j.de fideiuf.& in l.petens.j.eod.8.colum. Bart.in l.prætor.§.j.ff.de bonis auto.iud.pos.& in l.j.§.j.ubi, per Alex.de incen.rui.& nau.& in l.liberorum.4.colum.de uerb.sig. & in l.cumque j. de bo.quæ li.Pau.de Castr.in consi.39. & Odofr.consil.49. ubi plenius, & Host.in c.cum in cunctis.de electio.Bald.in l.ex hoc iure.de iust. iu.& Pet. de Anc.in ca.si propter de rescrip.in ui.& glo.in c.pe.§.fi.de offic. delega. Item adde do.Soc.consi.14.in cap.sequendo ordinem. uersi.tertio.probatur.in prima parte char.20.quòd dictio, ex, ex proprio significato denotat causam proximam.

† Adde de ista dictione, ex,quid denotat quod notaui plenè in apostil.ad istum post eum in l.non dubium.num.1.uersi.5. quòd dictio,ex,in apost. in e.uersi.& ibi dixi in addi.ad Bar.num.4.uer.no.quòd dictio,ex,in apost. in eo.uer.C.de legi.

b Vltramontani. Adde do. Soc.qui dat materiam defendendi opi. ultramonta. dicit tamen non recedendum esse a contraria opin. quam dicit esse limitandam prout hic latè per d.Alex.

l.In traditionibus.Ne ergo sequantur ista absurda,dicendum est ꝯctum innominatum non resultare.Quinto,quia pactum cohærens contractui nominato non debet iudicari ꝯctus innominatus,sed nominatus, & per consequens ex duobus contractibus nominatis non pōt resultare vnum complexum innominatum: quia qualis est habitudo partium, seu simplicium,tale iudicatur ipsum totum seu compositum:vt l.3.j.de bo.mat.& no.in l.2.ff. de ver.ob.q̄ autem pactum cohærens contractui vestito siue vltro citroque obligatorio sit pars illius,est tex.de contrah.emp.l. fundi partem,siue non vltro citrōq; obligatorio, probat tex.ff.si cer.pe.l.lecta.ver.dicebam.ubi tex.dicit,q̄ inesse creditur ꝯctui: sed illud ineſt,quod intra est,sumpto argu.a dictione,in, quæ significat rem intra id,cui adijcitur.vt ff.ne quid in loco pub.l.j. & ne quid in flu.pub.l.i.§.in flum.& quasi per totam l.† Cōfirmo, & aliter videlicet per locum ab effectu. nam ꝯctus nominatus, & purus: quia de illo loquimur,statim obligat,& actionem producit,innominatus non,nisi post implementū, & ipsius implenti:ut j.de re.permu.l.ex placito,& probatur vtrunq;.ff.eo.l.iuris gentium.usq; ad §.sed cum nulla.ex isto pacto sic cohærenti immediatè nascitur obligatio,& actio non expectato alio impedimento:vt in præcedentibus est demōstratum. ergo pactum est ꝯctus nominatus,licèt prædicti doct.Perusini sentiant ꝯrarium in rationibus suis §.primo loco positis.Sexto potest cōfirmari, quia absurdum esset,& ꝯ naturam conditionis eundem contractum nominatum,& innominatum,& sic contrario iure censeri:ut ff.de cond.& demon.l.Titiæ,& de usucap.l.cum qui ędes.

8 †Concludendum igitur vt.ex præmissis nullum contractum in nominatum resultare ex relatione contractus ad pactum, quicquid dixerint ultramontani,& citramōtani, qui postea eos fuerunt secuti. Sed his non attentis quantuncunq; subtiliter dictis vt contrarium taliratione. Condictio ob causam ad repetendū data non uendicat sibi locum in contractu nominato,sed mn in innominato : ut no.in l.si pecuniam.in prin.ff.de condi.ob cau. & in l.si.eo.tit.sed in terminis nostris,si non impleantur conuenta repetuntur.data:ut j.de pac.inter emp.& uen.l.cum te. quod intelligi debet per condictionem ob causam,quicquid dicat gl. & latius declaraui in repetitione mea.l.petens.j.eo.in 4 q.ergo aliquo respectu resultat aliquis ꝯractus nominatus huius actionis productiuus:& hoc nō potest euenire nisi ex mutua relatione, ergo &c. Ad obiecta rndeo,& ad primum, cum dr, q̄ duæ diuersæ species non integrent vnum totum:vt j.qui num.tu.l.i. Respon.tripliciter,vt faciunt doctores in l.bonæ fidei j.de iureiur.Primo quod regula est in oppositum:ut patet ad sensum in quolibet toto,quinimo dicimus,q̄ ex duobus ꝯrarijs mixtis fit unum totum compositum habens in se optimum temperamētum.speciale est in cōtrarijs fauore pupillorum, & ita dixit Dy. Secundo quod ibi quælibet species est in se imperfecta:hic quælibet pars ꝯctus in se perfecta.ideo unum perfectum possunt inducere.Tertio ibi quelibet species seu ambæ non tendunt ad finem unius totius, sed quælibet ad finē suiipsius, in casu nostro tendunt etiam ad unum nominatum ꝯctum inducendum per relationem mutuam. Ad fm de multiplicitate contractus non ponenda respondeo dupliciter.Primo quod eo respectu,quo in casu nostro inducitur cōtractus innominatus,nullus alius inducitur,sed diuersi sic.Secundo quod multiplicitas non est ponēda,nisi necessaria,& prouisoria, ut est in casu nostro : quia aliàs non repeterentur data per condict.ob causam,ut dixi. Ad 3.rndeo eo.modo. Ad 4.a diuisione factum respondere possum dupliciter.Primo confitendo primum membrū:ut statim sine alio rei interuentu producat actionem uēditori:ut uidetur fuisse de mente Bart.in d.l.lecta.uer.dicebam : ex eo quia sola uenditione implet conuenta , quod fortè procederet, ubi prius uendere conuenisset,ut iret,uel faceret:sed ubi a principio uendit rē pro decem,ut uadat Romam,uel scribat librū:puto ipsum prius debere rem tradere,quàm agere possit,ut pactum impleatur:quia uenditionem debet implesse ex sui parte.arg.l.Iulia §. offerri.ff. de actio. emp.ut sic ipsum factum uenditionis plenè impleat,sicut quamlibet nudam conuentionem,quæ consisteret in dādo, uel faciendo.nec tunc obst.quod dicitur q̄ rei traditio,cū fiat ad liberandum,non potest uestire pactum:ut l. si intra.cum ibi notatis,ff.eod,quia illud procedit,qn pactum appositum tempore traditionis, non qn a principio tempore quētionis,ut hic,quod

10 nota. † Ad quintum dico , quod pactum cohærens de per se consideratum est ut conuentio nuda:& stat in nomine generis sui:ideo ꝯctus innominatus est iudicādus:vt ff. eo.l.iuris gentiū, in prin.facit quod no.j.de rerum permu.super rubr.nec huic uaget replicare, q̄ pars contractus uenditionis censetur : ut l.fundi partem.in contrarium allegata, quę per similitudinem ibi loquitur.nec.n.nerè est precium, licèt actio ex uendito informata detur adipsum factum,ut dixi §.eo.l.legem. Item nec ualeret dicere,q̄ mō illa conuentio debet iudicari nominata,cum ex ea uelut uestita ꝯctus cohærentia immediatè detur actio fm opinio. quàm §.tenuit:quia rndeo,q̄ conuentio nominata ex se,& pp se p.o iucit actionem.hic uero non pp se;sed propter robur, & cali

ditatem,quam habet a contractu cui cohæret.Ad vj.respōdeo, quod eodem respectu non iudicatur noiatus , & innominatus, sed diuerso.qd fieri pōt.ar.ff.de inof.test.l.Papinianus.§.sed nec impuberis:& sic vr,quod ex tacita quadā relatione insurgit qdā ꝯctus innominatus, vt alias in tex.& glo.ff.fami.ercisc.l.his pūr. §. sed & cū monumentū. & hoc teneo pro indubitato si teneamus,quod in d.l. cum te.competat cōdictio ob causam ad repetendū,quod tenuit Bar.in d.l.fi.sed si teneamus, qd detur actio ex vendito:vt quidam tenent,vt ibi per Cy.tunc forte alia opi.esset verior.Et not.q̄ hoc dubium procedit,vbi pactū vestitur cohærentia contractus;nam vbi non vestitur,contractus innominatus benè pōt resultare:vt sentit glo.j.eo.l. petens.& ibi scripsi

11 in 4.q.† Quæro modo, quando pactum dicatur fieri incontinēti.& respon.vt in gl.3.cuius verba attende cum fi. & dicit,& diuerterint pacisccntes ad alia &c. Quia ēt si ad alia non diuerterint,pactum appositum post contractum perfectum,& a partibus absolutum non dicetur fieri incontinenti, vt dicatur vestiri a contractu,& actionem parere.j. de dona. quæ sub mo.l.perfecta,cum ibi no.& ff.de sol.l.j.in fi.l.cum se.vbi dicitur,qd illud fit incōtinenti,vel pūti,qd fit in agendo, & donec est in fieri,nō

12 in perfecto esse.hoc suadet ethimologia vocabuli.† Nam incō-

a tinenti idē est, q̄ in actu simul se tenenti : sed simul cum ꝯctu non est,quod fit contractu a partibus absoluto. vt j.de fid.instl. ꝯctus.ergo &c.similiter eō, si contractus non esset apartibus factus,& absolutus,& interim ꝯhētes ad alia diuerterint,pactum postea in perfectione sequutum, non dicetur ex interuallo, sed incontinenti fieri, vt patet in testamento eodem contex. fiēdo. j.de testa.l.cum antiquitas.versi.& si quidem. & in violentia,pulsata.ff.de vi & vi arma.l.2.§. cum igitur, & ibi notatur, & in filia,& adultero a patre occiso.ff.de adulte.l.quod ait lex.§.fi.& hoc in casu certi.Sed si dubitaretur, an cōtractus fuisset habitus pro perfecto,& absoluto a partibus,tūc recurrendum est ad gl. istam,vt si diuerterint ad alia,credatur absolutus: secus si non diuerterint, quia credetur imperfectus.& ita dixit Iac.de Raue.&

13 dominus meus. † Sed quæri potest , quando dicentur diuertisse ad alia,respō.quando illa,ad quę diuertuntur,sunt prorsus extranea a contractu.secus si essent adiacentia, vt tabellionis scriptura.nam si notario adhuc scribente fiat pactum,dicetur incontinenti,nō ex interuallo fieri:vt no.gl.in l.duos.§.fi.ff. de duo.reis. q̄ intellige,si scribit , vt postea quōd scriptum est coram testib. & partib. legat: secus si iam in breuitate recitauerat corā testib. & postea solum nomina testium subscribit,vel scripturam extēdit,quia ꝯctus erat perfectus , & absolutus. Nec obstat dicta gl. quia in constitutione duorum reorum loquitur, & ibi iam erat actum,vt constituerentur duo rei.& idem dicerem, si inter contrahentes de illo pacto prius fuisset conuentum: quia pacto illo post contractum absolutum immediate apposito, & coram eisdem testibus,& in eodem loco,& tempore,ita q̄ nulli ipsorum ad extranea diuerterint, intelligitur factum esse incontinenti.

14 † Quæro,pactum ex interuallo appositum etiam si ponatur ad petitionē,puta vt fideiussor detur pro euictione , nō parit actionem,vt hic.& in gl.antepen.sed an parier exceptionē.Gl.hic posita super verbo:sed exceptionem:vr dicere,quod non:& sic vēditore petente precium non poterit emptor excipere,vt fideiussor detur fm pactum,quia replicabitur,q̄ ex eo non datur exceptio,& potest esse ratio , quia ad hoc non fuit interpositum. & sic non debet egredi intentionem pacisccntium; vt ff.si certum petat.l.non omnis.in princ.& ita no.gl.fi.in simili,in l. 2.j. quanlic.ab emp.dif.& ff.eod.l.ab emptione.in glo. fina. in princi.ad hunc tex.qui videtur casus in oppositum,respōdere videtur ista glo.penul. quod non de eodem pacto loquatur tex. sed de alio interposito ne fideiussor detur , vel ne res petatur . Sed mihi vr casus in oppositum in l.pacta.versic.sed quidam casu.ff.de contrahen.empt. vt ꝯ venditorem agentem ad precium excipiatur de fideiussore non dato ex pacto præstando, licet interuallo apposito.pro hoc etiam,quia pactum nudum, quod naturalem tātum inducit exceptionem,& ius compensandi inducit; vt ff.de compens.l.etiam.Ad gl. in contrarium , & earum rationem respondeo , q̄ interdum pactum ad obligandum inductum concernit obseruantiam æquitatis fiendæ,vel reducendæ inter ꝯhētes.& tunc exceptionem non producit; quia operaretur contra principalem intentionem pacisccntium; quod fieri non debet; vt j.de iuramento calum.l.ij.ad fi.& ita loquuntur gloss.pdictæ in glo.l.ij.j. quan. lice. ab empt. disce.clare notatur. Item interdum pactum hanc æqualitatem non concernit, sed ipsius obligationis faciliorem exactionem seu cōseruationem , vel etiam augumentū ; & tunc super naturalibus ipsius cōtractus interpositum,vt in fideiussore de euictione,licet non producat actionē ex interuallo appositum,parit tamē exceptionem; vt hic.& d.l.

pacta.

ADDITIO.

a Incōtinenti Idem est q̄ in actu simul se tenēti.adde Bar.& in l.petēs.nu.47. ver.nunc venio ad vltimā gl.j.eo. & in l.iuris gentium.§. quinimmo.nu.19. ver.qualiter ītelligat incōtinēti.vbi posui in addi.ad cū in apo.i e.ver. ff.e.

pacta.ff. de contrahen.empt. quia tunc non repugnat, imò con-

51 formatur intentioni pacisccntium. †Et est notandum,quòd hæc exceptio fideiussoris non dati est dilatoria,& non actionem,sed eius exercitium concernit:vt ff.de actio.emp.l.Iulianus.§.offerri,& hæc sufficiant.

LEX XIIII.

1 *Stipulationis pœnalis effectus quis sit & nu.4.*
2 *Principale non vestitur a suo accessorio.*
3 *Missio in possessionem iuris ordine seruato fieri debet.*
5 *Stipulatio pœnalis quando mouet obligationem præcedentem.& nu.6.*
7 *Pœnæ quantitas in nouatione quando attendatur.*
8 *Stipulatio vsurarum quando debeat vestire pactum.*
9 *Agens ad pœnam quid consequi debeat.*
10 *Agi ad pœnam quando possit ex stipulatu.*
11 *Stipulatio ex mora quando committatur : & quando mora attendatur.*
12 *Lis super quo sit contestanda.*
13 *Reus quando moram purgare possit.*
14 *Mora quando purgatur, & quomodo hoc ipsum efficiatur.*
15 *An ex sola possibili petitione vtriusque impediatur purgatio moræ.*
16 *Mora non purgatur, si per pactum eius purgationi renunciatur.*
17 *Mora non purgatur,vbi de non contraueniendo iuratur.*
18 *Mora non purgatur,vbi debitum ex pœna exigitur.*
19 *Mora non purgatur,vbi pœna ad executionem fortitur.*
20 *Mora non purgatur si eius pœna ius morosō competens in alium transferatur.*
21 *Mora a debitore non purgatur a quo particulare interesse cum re debita non auferitur.*
22 *Mora non purgatur,si creditoris persona obligatio principalis cōcipiatur.*
23 *Mora non purgatur,si ab homine pœna,vel dies certus adijciatur.*
24 *Mora purgatur,vbi dies est terminis solutionis,& pœna a lege inducitur.*
25 *Mora purgatur, vbi dies,& pœna obligationis multiplicandæ gratia adijcitur.*
26 *Mora purgatur,vbi dies præstationis multiplicandæ causa apponitur.*
27 *Mora purgatur, vbi dies incertus solutioni adijcitur.*
28 *Si:& cum:quomodo differant.*
29 *Mora purgatur,vbi pœna,sed non dies exprimitur.*
30 *Mora purgatur,vbi dies,& non pœna ab homine adijcitur.*
31 *Mora purgatur non expressa die,si post moram obligatio sequatur.*
32 *Mora purgatur, si post moram obligatio non succedat,vel ad aliud non inducatur.*
33 *Mora purgatur a fideiussore,qui conuenitur,si principalis excludatur.*
34 *Mora purgatur,etiam si clausula,rato manente pacto:adijciatur.*
35 *Mora à creditore purgatur,vt ei actio quæsita conseruetur.*
36 *Mora purgatur, quando iudicia præparantur.*
37 *Mora non purgatur,quando in arbitros compromittitur.*
38 *Mora purgatur circa media causæ in iudicijs,quando litigatur.*
39 *Mora non purgatur, vbi in decisorijs causæ dies, & pœna ab homine apponitur.*
40 *Mora quando purgatur vsque ad quod tempus purgare volens audiatur. & nu.41. 42.& 43.*
44 *Mora quando purgatur,quid ad hoc requiratur.*
45 *Mora quando purgetur de delicto,quod perpetuatur.& nu.46.*
47 *Mora, an purgatur offerendo rei æstimationem peremptæ,sicut purgari poterat, antequam perimeretur.*
48 *Mora quando purgatur,quos effectus operetur.*

Si pacto quo pœnam. Primo facti narratio. Secundo exhibitio pslii.Tertio denegatio supplicati. Secunda ibi:nam bona.

1 †Casus effectus stipulationis pœnalis pacto subiectæ est exactio sessionem.hoc dicit.secundum Richar. Pone casum in terminis coniungendo tertiam partem cum prima . quia tertia pars continet id,quod principaliter quærebatur a principe, & licèt glos. dicat tria pacta interuenisse:tamen legi potest cum duobus tātum , videlicet cum primo nudo de permutando, cum secundo vestito de stipulatione pœnali obiecta , clarior est hæc positio, & in pacto de permutando non ponas terminum aliquem fuisse præfixum.aliàs purgatio moræ non admitteretur inuito acto

2 re:vt infra dicetur in vltima oppositione.† Not. quod principale non vestitur ab accessorio,principale est hic pactum nudum de permutando , accessorium vestitum est stipulatio pœnalis: & tamen primum non vestitur a secundo , rationes infra videbitis. Secundo nota , quod si conuentio nuda non seruatur, ex stipulatione pœnali iuridice agitur. Tertio quod petitio pœnæ habet quasi vim petitionis alternatæ,cum ipsum principale possit solui vsque ad sententiam. Quarto ex proximè dictis habes,

a quod admittitur purgatio moræ vsque ad sententiam.a † Quin-

3 to not. in possessionem missionem , vel bonorum adiudicationem fieri non posse,nisi seruato iuris ordine . cōcordat l.prima, & l.ordo.infra.de except.rei judic.& pro tanto, si citra iuris ordinem,& solennitatem induci quem faceret in tenutam,& pos-

sessionem sicut de facto,& non de iure fecisset : ita de facto reuocare , & inductum extrahere debet : vt not.ff.de euict.l. minor.facit ff.de re iud.l.si cum nulla.& ff. si mulier ventris nomine.l.prima.§. primo.cum ibi notatis. Pro declaratione huius vlt. quæstionis hic in princi. quæritur de isto ordine, & dic vt in eo. tamen in casu nostro iste deprecabatur principem , vt aduersario aliter non citato , vel conuicto ipse mitteretur in possessionem bonorum,vel sibi adiudicaretur,vt in fin.colligitur. Imperator autem hoc denegat , & vult illum citari , & conuinci. & tunc ordo est , quem gloss. secundo loco dicit . Opponitur primo,quod ex stipulatu non debeat agi, sed certi cōdictio. vt ff.si cert.pe.l.si quis certum,& de verbo.oblig.l. stipulationum quædam,& in l.vbi autem non apparet,& instit.eo.d.titu.in princip. Solu. tripliciter , vt sequitur in eadem glossa vsque ad ver. item quæro.vltimam reproba.vt in gloss. & primam & secundam simul iunge,quia aut pœna consistit in facto, & habet locum prima solutio,aut in dando,& habet locum secunda , & dictio,ex stipulatu,non denotat nomen actionis,sed materiam, ex qua actio nascitur, obligationes autem facti ideo dicuntur incertæ , quia possunt augeri ex mora rei , quod non est in obligationi-

4 bus dandi,vt d.l.vbi autem.§.qui id quod.† Opponitur secundo, quod effectus stipulationis pœnalis non sit exactio pœnæ vel contractus perfectio , cum per stipulationem pœnalem præcedens conuentio sit nouata,vt ff.de actio.& oblig.l. obligationū ferè.in fin.& de verb.oblig.l.ita stipulatus. in fin.& sic in prima conuentione deductum tanquam non debitum , nō potest pro alio solui creditore inuito,vt ff.si certum pet.l.secunda.§.primo. & de solu.l.Paulus.Secundo vt sequitur in eadem glo.vsque ad ver.item nunquid.videlicet , quod hic actum fuit quod non nouaretur . aliàs innouatio facta esset iure isto , & iure veteri vt in contrariis.licèt hodie secus per l.fin.j.de noua.Sed hic attendēdum , quia consistit vna de difficultatibus nostræ legis, pro declaratione cuius est sciendum , quod secundū communem opi. lex fin.j. de noua. solum habet locum,vbi stipulatio est principalis,& cœqueua ad contractum præcedentem . lex vero nostra quando est pœnalis,& accessoria,quo casu dicunt nil innouari per legem illam.quod an sit verum,ibi examinādum relinquo.sed circa stipulationem pœnalem,glossatores antiqui varia uerūt, & etiam Moder. & sic secundum varias opiniones ad cōtrarium prædictum variæ darentur solutiones . nam secundum vnam opinio.quam sentit gl.magna in l.prædicta.ff.de act.emp. dicendum esset,quod hic non fit nouatio ipso iure, quia præcedit conuentio de permutando:vt patet in gl. t.quæ est iuris gentium : vt ff.de iusti.& iure l.ex hoc iure . ideo non nouatur , nisi exactione facta:& quatenus concurrunt,vt ff.pro soc.l.si quis a socio.cum seq.& d.l.obligationum fere.& in d. l. ita stipulatus , vbi præcedit conuentio de iure ciuili,ideo nouatur.arg.ff.de acceptila.l.an inutilis.§. accepto ferri. & §.fin.l.si acceptolatum,& hanc Gul.de Cug.tenuit,& Iacob.But.Ista solutio non est tuta: quia licèt contractus iuris gentium immediatè non possit per acceptilationem tolli, tamen in stipulationem benè potest trās fundi.vt ff.de transa.l.aquil.& l.cum aquil.Præterea nec contractus iuris ciuilis semper nouatur per stipulationem pœnalem : vt patet.ff.de verb.oblig.l.qui Romæ.§.Flauius,& de do.exceptio. l.apud celsum.§.labeo.secundum vnam lect.& patet in contractu emphyteutico,qui est iuris ciuilis.vt no.ff. de iust.& iur.l.ex hoc iure,& de pact.l.legitima,& tamen per sequentem stipulationem pœnalem non nouatur.vt not.j.de iure emph.quapropter alij dederunt vnam aliam solutionem,videlicet, quòd non nouatur,vt hic cum si.nisi contrarium sit actum , vt in cōtrarijs. Et hanc sentit glo.in d.l. ita stipulatus.§.fin.in glo.j. licèt alia gl. dicat contra postea.Ista diuinat, & tex.destruit in contrarijs.qua propter alij dixerunt,quòd ipso iure non nouat:vt hic cum si.sed exactione facta sic , & quatenus concurrunt, vt in contrarijs, & mouetur per d. l.si quis a socio, & l.prædia.§. allegatas. hoc destruit text.in d.l.obligationum fere.in fin.& in d.l. ita stipulatus. in fi.in quibus nulla exigitur exactio,& videtur clarè cōtra text. l.j.ff.de penu.leg. l.prima.§. item si ita.ff.ad l.fal. quapropter alij dixerunt aliter,vt colligere potes ex solutionibus positis in glo.

dicta

ADDITIO.

a Vsque ad sententiam. Adde do.Soc.hic qui no.hic esse casum secundum intellectum Bald.per quem limitatur illa l.si insulam.ff.de verb.ob.in qua dicitur,quod post litem conte.non admittitur purgatio moræ . nam illud est verum,nisi in contestatione mora contrahatur,quia tunc vsque ad sententiam potest mora purgari per illum tex. quem ita intelligit,quod dictum dicit in se esse uerum,ut probatur in l.si maior.j.eit.proxi.secūdum vnum intellectum,& dicit esse communem cōclusionem, sed quantum ad istam l.dependet ab alia dubitatione , an possit mora purgari ante lit. contesta. per interpellationem huius l. de qua hic per docto.

†Adde inquantum hic dicit,moram posse purgari &c.vt l.si insulam.ff.de verbo.oblig. & l.& si post hæc ff. si quis cau.hoc est verum, nisi sit apposita dies,& pœ,navt in l.magnam.j.de contrahen.stipu. Bald.not.in l.cum allegas.infra de vsu. Alexan.omnino in præall.l.si insulam.colum.1.& consi. 46.& consi.117.volum.4.

dicta l.ſi quis a ſocio, ſed neutra per ſe bona, & rationes omitto
propter prolixitatem ſcripturæ. Et ad ſolutionem originaliter
Old. quam dicunt fuiſſe fac. de Are. tranſeo. Dicit enim Oldr. q
hæc non diſcordat ab alijs. Vnde dixit iplę not. q in d.l. obligationum
fere. tex. non dicit, q verè nouetur: ſed q quaſi nouatur:
& ſic cum quadam improprietate. vnde dixit ipſe, dic, q nouatur:
ſed non ſic omnino, q tollatur poteſtas ſoluendi, quod in
priorem conuentionem fuerat deductum, vt hic. quod ſecus eſt
quando ſtipulatio etiam eſt cœaequeua, & principalis: quia tunc
debitum in prima ſic trãsfunditur in ſecundam, quod debitum
ex prima ſolui ex ſecunda non poteſt: vt ff. de nouatio. l.j. Vſque
autem ad quantum tempus hæc poteſtas ſoluendi detur: declarabitur
in ſequẽtibus in materia purgationis moræ. Iſta ſolutio
eſt notanda: ſed contra eam facit. ff. de penu leg. l.j. & ad l.fal. l.j.
§. item ſi ita. in quibus videtur primum legatum totaliter transfundi
in fm pœnale. fol. q & ibi trãsfunditur cum poteſtate ſoluendi
primum vſque ad lit. conte. vt in d. l.j. circa principium patet.
Sed iteraro fortius contra Old. obijcio de eo, quod §. dixi. videlicet
quod non faciebam differentiam, an præcederet contractus
iuris gentiũ, vel ciuilis, vt ibi probaui: ſed vbi præcedit contractus
iuris gentium, non ſit per commiſſionem ſtipulationis
pœnalis iſta quaſi nouatio, quod patet, quia ex prima conuentione
poteſt agi. vt d. l.ſi quis a ſocio, & d. l. prædia. & idẽ ſi
preceſſit cõuentio iuris ciuilis. vt patet in l. qui Romæ. §. Flauius. de
ver. ob. Nam ibi in ſtipulatione, qua cauit ſeruum manumittere
ibi conuenitur, non obſtante, quod ſtipulatio pœnalis fuit commiſſa,
quapropter ſolutionem Oldr. habemus limitare per ſolutionem
dominii, & etiam Barto. videlicet, quòd interdum
obligatio, vel conuentio præcedens eſt facta ex cauſa onerola:
interdum ex cauſa lucratiua. Primo caſu habet locum lex iſta
fm exemplum in l. ſigl. poſitum, & l.ſi quis a ſocio, & l. prædia. &
l. qui Romæ. §. Flauius. aut ex cauſa lucratiua; & habet locum l.
obligationum fere. & l. ita ſtipulatus, & l.j. de penu lega. cum ſimilibus
vna cum declaratione, quam dixi per Old. & rationem
aſſignat dominus meus: quia duæ lucratiuæ cauſæ non poſſunt
concurrere in eadem re. vt ff. de act. & obli. l. omnes debitores.
ſed pœna loco rei videtur ſubrogata. vt l.ſi quando. §. ſi hæres.
de leg. j. ergo &c. vel fortè hoc operatur fauor liberalitatẽ exercẽtis: vel quia in vna actor tractat de damno. in alia de lucro. & hæc non ſunt paria. vt j. de iure deliberan. l.ſi. §. licentia. & de co
6 dicil. l.ſi. † Concludamus, ergo modo ſic, cum quæritur, an ſtipu-
a latio pœnalis nouet obligationẽ præcedentem: quia aut quæ
b ritur ante illius commiſſionem, & non nouat. vt ff. de nouationi
bus. l. quoties. §. ſi ſub conditione, & no. in d. l. obligationum fere. §. ſi. aut poſt commiſſionem, & tunc aut conſtat de expreſſa
voluntate contrahentium, & illam ſeruat: aut dubitatur, & tunc
aut obligatio præcedens eſt liberatoria, & tunc illa nõ nouatur:
vt ff. eo. l. reſcriptũ. §. ſi pacto, & l. ſi vnus. §. pactus, & in vtroque
not. aut obligatio præcedens eſt obligatoria, & tunc aut fuerat
dictum rato manente pacto. & non nouatur: vt ff. de tranſa. l. qui
fidem, & j. titũ. j. l. cum proponas, & in vtraque no. aut fuerat dictum: & tunc quidam diſtinxerunt. aut in pœnali eſt tantum: aut
minus, quàm in prima, quam diſtinctionem non ſic ſimpliciter
admitto: ſed prius aliter eſt diſtinguendum: vt j. patebit. Alij dixerunt: aut præcedit pctus iuris gentium, aut ciuilis: ſed nec hoc
admitto: quia §. reprobaui. Ideo ſolùm diſtinguo: aut precedens
conuentio eſt ex cã onerola, aut lucratiua. ſi onerola: & tunc ipſo iure non nouat ante exactionem, ſed poſt ſic, & in totum ſi
tfm. vel plus eſt in ſtipulatione pœnali. alias ſi minus, tunc quatenus concurrunt, & non in plus, ſiue ſit contractus iuris gen. vt ff.
de act. emp. l. prædia. & pro ſocio. l.ſi quis a ſocio, & ita debet intelligi. l. duo. §. locietatem. in eo titu. ſiue ſit pctractus iuris ciuilis:
vt ff. de do. excep. l. apud celſum. §. labeo. fm vnã lecturam. ff. de
ver. obl. l. qui Romæ. §. Flauius. ſi vero prima obligatio ſit ex cã
lucratiua, & tunc ſi ambæ ſint in perſona eiuſdem, ipſo iure fit
nouatio: vt ff. de act. & ob. l. obligationum fere. in fi. & de ver. ob.
& l. ita ſtipulatus. in fi. & de penu. lega. l.j. & ad l. fal. l.j. §. itẽ ſi ita,
& hæc nouatio cenſetur quaſi nouatio. ut d. l. obligonum ferè. in
fi. quia pacta facta cum poteſtate offerẽdi in prima obligatione
deducuntur: & ſic cum poteſtate purgandi morã, vt hic. Si vero vna in perſona vnius & alia alterius, & tunc nõ nouat ipſo iure, ſed exceptionis ope: vt ff. de ſtipu. ſer. l.j. §. fi. & ibi no. Et ratio
diuerſitatis in gl. ibi aſſignatur. quare autem vbi præcedit cauſa
onerola non nouatur niſi exactione facta, & vbi præcedit cã lucratiua nouatur, ſtatim §. dixi, & tres rationes aſſignaui. † Sed du
7 bitari poteſt, vtrum vbi præcedit cauſa lucratiua debeat attendi
quantitas pœnæ, vt pro rata innouet, & non in plus, ſi ſit minus:
ſicut dicitur, quãdo præcedit cauſa onerola, & videtur, quod ſic,
quia a pleno nõ videtur recedi propter minus, & ſemiplenum:
vt ff. de reſt. in. ncnd. l.ſi id quod. §. j. ff. de uei b. obl. l. qui uſum fructum. Contrarium tenet Bart. in d. l. ita ſtipulatus. Quod placet
primo, quia lege non cauetur, ut fiat pro rata. ergo &c. ut j. de collatio. l. illam. Secundo quia l. ſimpliciter dicit fieri nouationem, uel quaſi, nec diſtinguit quantitatẽ pœnę. ergo &c. & maxime, quia legũlatores æque bene ſciuiſſent diſtinguere in cauſa lucratiua, vt fecerunt in onerola, ergo &c. vt in ſimili dicitur,
infra. de cad. tol. l. prima. §. finautem a deficientis. Tertio, quia arguere de cauſa onerola ad lucratiuam non eſt argumẽtatio bona, cum paria ſint debita, & lucratiua non capere vt infra. de his
qui ante aper. tabul. l. vna. & de codicil. l. fina. † Quarto, quia credendum eſt liberalitatem exercentem in plus voluiſſe ſe obligare, quam adiecerit immediate in ſtipulatione pœnali. ſimiliter & ſtipulantem attenta liberalitate donantis, quod ſecus eſt,
vbi deductum in priore cõuentione ex cauſa onerola debetur:
quia illud damnum pati velle non creditur: ideo ſolum pro rata fit nouatio exactione facta, vt dixi. non ob. d. l. id, quia magis
facit pro, nec dicta l. vſumfructum. quia non loquitur in pœnali:
ſed æque principali. Et eſt ratio diuerſitatis: quia pœnalis immediate adijcitur. & ſic deductum in prima non ſic efficaciter debitum cenſetur, ſicut quando prima fuiſſet ſimplex, & pura ſine alia ſubrogatione ſperata. Contra prædicta videtur obſtare
l.ſi rem. ff. de arbitris. vbi pœnam nullo modo nouat. Solut. quia
ibi de pœna adiecta loco cõremptus arbitri: nos vero de pœna
adiecta loco rei, vel intereſſe, vt ibi. De materia habes hic per
Gul. de Cug. & per Cyn. hic. & j. de nouatio. l. fina. & hic, Batto,
in ſæpius allegata. l. ita ſtipulatus. Opp. 3. & principaliter, quoniam ex ſtipulatione, ſed etiam ex primo pacto velut veſtito
cohærentia contractus agere poſſit. vt §. e. l. in bonæ fidei. & j. e.
l. petens. Sol. vt ſequitur in glo. vſque ad ver. item quomodo valet, quod contraria loquuntur, quando ſtipulatio eſtit æque prin
cipaliter interpoſita, & nõ ad nouandum, ſed augmentandum,
hic quando eſt pœnalis, & accęſſoria. Et ratio, quia ex acceſſorio nõ infertur robur ad principale. nec ex eo emanãt aliqua influentia in ipſum principale: vt ff. de vulg. & pup. l. patris & filij.
& l. ex pupillari. & facit §. de epiſco p. & cleric. l.ij. & j. de nupt. l.
9 fina. & ff. de ſenator. l. fęminæ. † Contra gloſſ. videtur ff. ſi certũ
petatur. l. lecta. vbi ſtipulatio vſurarum debet veſtire pactum ſuper ſorte interpoſitum. & tamen illa eſt acceſſoria. vt j. de vſur.
l. eos. Solutio. quod nõ tantum, vbi vſurarum fuit ſtipulatio: ſed
etiam ſortis. quia omnia vno tempore, & contextu fuerunt facta. nec hoc habet impedire ſtipulatio media vſurarum: quia ipſa non cenſetur actus extraneus, cum ad conſeruationem ſtipulationis præambulæ ſortis, & ad eius finem tendat, vt ff. de ſeruitu. ruſti. præd. l. qui ſella. in fi. Sed iterato contra glo. facit, quia cũ
ars imitetur naturam: vt ff. de adop. l. adoptio. & ſecundum naturam congruentius eſt ſeruum infere robur domino, quamecontra. quinimmo ſeruus non iuuans dominum punitur: vt ff. ad
ſy. l.j. & j. ad l. fi. Sol. quod illud in extrinſecis obſequijs. Nos vero de extrinſeco robore qualitatem; & efficaciam intrinſecam
concernente ſecundum Richar. Iterato fortius cõtra glo. facit, quia
quod pœna iſta precium a priuatione ſuccedit loco rei permutandi. argu. inſti. de verbo. oblig. §. fina. & ff. de leg. j. l. ſi quando.
§. his. igitur eius ſolutio, tanquam ex interuentu rei debet pactũ
veſtiri. & infra de rerum permu. l. ex placito. & l. rebus. cum ſubrogatum aſſumat naturã, & effectum eius, in cuius locum ſubrogatur: vt ff. ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus. l.j. §. Scæuola.
Solu. ſecundum vltramontanos, & Cy. in l. petens. infra eodem,
vbi hanc oppoſitionem format, quod glo. loquitur de veſtimento cohærentiæ contractus. Obiectio vero de veſtimento reinteruentu, quo veſtimento confitetur veſtiri, pœna ſoluta, & nõ
ante: & quando æquiualet æſtimationi rei. quia alias non videtur plene impleſſe, quod eſt neceſſe, vt agi poſſit; vt dicta l. ex
placito. & l. rebus. ff. de ac. empt. l. Iul. §. offerri. & pro hoc facit,
quia pro rata videtur tunc prior conuentio nouata; vt ſupra dixi, hoc videtur ſequi Iaco. Butr. Dominus autem meus ſimpliciter tenet contra, vt nec rei interuentu dicatur veſtiri. & eius
ſunt motiua, primo, quia res, quæ nouatione ſpontanea ſuccedit loco alterius, non aſſumit vim. & priuilegia illius; vt ff. de cõdi. furt. l. parui. & de noua. l. aliam. j. de fideiuſ. l. nouatione. Secũdo quia pactum formaliter pœnam non comprehendit, igitur
ab ea teſtimentum non recipit. argu. ff. de pactis. l. unus. §. ante
omnia. Tertio quia rei interuẽtus tũc teſtit pactum, quãdo eſt
materia ipſius, ut ff. eo. l. iuris gen. in prin. & uer. ſed ſi in alium,
& de præſcr. uerb. l. naturalis. per totum. ſed pęna nõ eſt in materia

ADDITIONES.

a †Stipulatio pœnalis. Adde vltra ea, quæ hic not. Bar. nu. 3. verſi. quæro vtrum ſtipulatio pœnalis. quod Pet. de Ancha. conſi. 276. incip. quod donatio. videtur tenere contrarium eius, quod hic dicit Barto. in l. ita ſtipulatus. ff. de verb. obl. ſcilicet quod commiſſio ſtipulationis pœnalis non innouat præcedentem obligationem ex cauſa lucratiua.

b ¶Nouet obligationem præcedentem. Adde l. prædia. & ibi Bart. in 3. col. & doc. ff. de ac. em. & in l. ſi quis a ſocio. in prin. ff. pro ſoc. & in l. duo ſocietatem. & ibi Bar. in j. q. quod non. eo. tit. & hic in 3. q. & Bal. hic in ij. col. & 1. op. & doc. ff. de pact. & ibi late per do. Iaſ. May. in 15. col. per totum. do. & Alex. in l. ita ſtipulatus. in prin. de verb. obl. quod ſic, niſi cum in: ameato, vel cũ clauſula, rato manente pacto, vt ibi in fi. item niſi prima ſit ex cauſa onerola. l. qui Romæ. §. flauius. & ibi doc. de verbo. oblig. & vide per d. Iaſ. May. hic circa medium vltimæ col.

teria pacti, & eius cauſa. imò interponitur, vt per eam a pacto recedatur. Quarto quia pœna non conſueuit præmium afferre: vt
ff. de neg. geſt. l. ſiue hæreditaria. cum ſimili. ibi allegatis. ſic fidẽ
frangentem non debet pactum veſtire. nec recipientem, cuius
fauore fuit apposita, lædere: vt §. de leg. l. quod fauore. Quinto,
quia cum exactio pœnæ nouet pactum præcedens. ff. pro ſoc. l.
ſi quis a ſocio, & §. dixi, ſequitur, quod illud non roborat, neque
veſtit. quia ꝗdictio non conſentit. ff. de condi. & demon. l. Titiæ.
Sexto quia conuentus ideo pœnam ſoluit, vt a pacto recedat, vt
hic, ergo eius ſolutio pactum recedenti ab eo non veſtit. Septimo prius debet implere, qui ſibi petit impleri. d. l. Iulianus. §. offerri. ſed qui pœnam ſoluit, nõ prius impleuit, ſed fregit, & rumpit: vt j. tit. j. l. vbi pactum, & l. ſi quis maior. ergo &c. Nec inquit
ipſe, dicas, q ſponte recipiendo videtur eſſe cõtentus pro impleme
nto: quia non recipit ſponte: ſed cauſatiua coactione, quia pactum ſibi non implebatur: nec tunc pro pacti implemento, ſed
pro eius reſciſſione. Iſta verba ſunt multum pulchra, & ſubtilia,
& demulcere debent aures auditoris. Tamen vnũ dubium pro
veritatis inueſtigatione videtur prius dicẽdum, videlicet an antequam pœna cõmittatur, ſit neceſſe ex parte petentis id, quod
in primæua conuentione deduxerat, offerre. & deponere, quod
videtur, cum alibi dicatur, quod pœna committitur ex parte illius, qui nõ impleuit ex parte ſua: vt ff. locã. l. quæro. §. inter locatorem. Sed oblatio, & depoſitio habetur pro implemento: vt
j. de vſu. l. acceptum. ergo &c. Præterea de oblatione conſtare
videtur: vt ff. de act. emp. l. Iulianus. §. offerri, & j. de cond. inſer.
l. ſi. ſed de depoſitione videtur per no. in d. §. offerri. & ſi ſic, videlicet
dum eſſet, an iſtud oblatum, & depoſitum peti poſſit ab eo, cuius nomine fuiſſet depoſitũ, quod vi, quia pro traditione habetur vt ff. de ſol. l. qui decẽ. & quod peti poſſit, probatur j. de vſu.
a l. accepta, & ſi ſic, ad quid quæritur, cum ſolutio pęnæ ei veſtiat
pactum rei interuentu. Sed ego reſpondeo, quia res eſt depoſita, non vt ſimpliciter ciſſed demum ſi & ipſe velit implere conuenta, cum non fecerit ex eo capite, patere nõ poterit, ideo merito queritur, an poſtea ſoluendo pœnam impleſſe per ſubroga
tionem videatur, vel ꝗra locum habet in efficaciter obligatis,
nõ in alijs. arg. d. l. ſi. j. de cond. in ſertis. Præterea poſt depoſitio
nem & pœnæ commiſſionem fortè recipit eam deponens; vt d.
9 l. acceptam. in fi. † Reuertor ad gl. & op. 3. & principaliter, quod
agens ad pœnam non conſequatur, quod in conuentione deuenit, ſed ſolum pœnam peritam: cum ſententia debeat cõformari libello: vt ff. communi diuid. l. vt fundus, & j. de fideicom.
libe. l. ſi. Solu. vt ſequitur in gl. vſque ad ver. in caſu tamen. videlicet, quod per ſententiam non conſequitur: ſed metu pœnæ parebit conuentioni primæuæ. ſic & alias vnum petitur, & aliud
ſoluit, & maxime, quãdo id, quod petitur eſt in obligatione propter id, qd ſoluitur. vt ff. locã. l. in naue Sauphoij. & de le. j. l. ſi ſundum per fideicom. & de re iud. l. miles. §. j. & inſti. de offic. iud. in
prin. Oppo. 5. quod non ex ſtipulatione pœnali. ſed ex pacto primo debeat agi: vt ff. de ope. lib. l. ſi ita ſtipulatus. ſolu. vt ſequitur
in gl. quod ibi fallit, & eſt ſpeciale: ſed dices tu, quomodo fallit:
quia ſtipulatio pœnalis incepit ibi a præcedenti conditione. puta ſi decem operas non dederit. 22. dare ſpondes: ſed dic ſecundum dominum meum, quod in hoc eſt ibi ſpeciale, quod lex
ibi fingit promiſſionem, & pactum præceſſiſſe, quod intelligendum veſtitum non nudum, ne lex videatur imperfectum ſanxiſſe, contra l. cum ſill. j. ad ſil. Et maximè, quia defectum intendit
ibi perficere: vt de rei vxo. ac. l.ij. in prin. Et quia text. dicit, q operæ finguntur ibi promiſſæ, quod debet intelligi efficaciter, argu.
ff. de pact. l. iuris gentium. §. quod fere, & j. de vſur. l.j. cum notatis, & ne ibi fiant duæ fictiones, vel improprietates. videlicet, qd
tra l. mulieri, & Titio. ff. de condi. & demon. & contra not. j. de
20 do. promiſ. l.j. † Oppo. 6. quod ex ſtipulatione non poſſit ad pœnam. quia cum illa ſit ſub conditione concepta, nõ poteſt ex ea
agi, priuſquam ſit commiſſa: vt inſti. de verb. obli. §. conditionalis. ſed hic non eſt commiſſa, quinimo, nec potuit committi. ergo &c. Minor probatur, quia ex prima conuentione velut nuda
nulla potuit eſſe petitio. vt §. eo. l. legem, & per conſequens, nulla mora, vel caſſatio fieri: vt ff. de verb. ob. l. ſi pupillus, & de reg.
iur. l. nulla mora, & ſic nulla mora committitur, nec commiſſio
pœnæ inducitur j. de contrah. & commit. ſtipu. l. magnam, & ff.
ſin. Remittendo ad notata in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cautio. & ibi glo. dicit, quod lite conteſta: ſuper nudo pacto cõtra mittitur.
alibi dicit, quod committitur lite conteſta. ſuper pœnali ſtipulatione, & hæc fuit opinio Ioan. vt not. in l. nuda. j. de contrah. & commit. ſtipu. Sed neutra iſtarum opin. ſoluit contrarium, licèt cuiuſliber veritatem j. dicam. ſol. quidã, quod de iuris rigore hæc ſtipulatio non committatur: vt in contrario. ſed de æquitate ſic,
lite ſuperę principali: vel ſuper ſtipulatione pœnali, conteſtata: vt
d. l. nuda. de æquitate ideo dicunt, quia lis conteſtatur de facto,
& non de iure: cum nulla prius competat actio: quia non ex pacto nudo: vt §. eo. l. legem. nec ex ſtipulatione pœnali, quia non
eſt commiſſa: vt §. dixi. Sed docto. vltramonta. de iſta æquitate
ſunt mirati, quomodo æquitas poteſt dicture, vt ſine actione cõtra regulas quis experiatur, & lis conteſtetur, & ad finem, vt ſtipulatio pœnalis ſui natura odioſa committatur, contra l. cũ quidam, & cum ibi notatis. ff. de lib. & poſthu. Ideo dicunt, & ipſi, quod per ſolam interpellationem pœna committitur: quia conuentio nuda de dando, vel permutando intelligitur cum petiero. ff. de verbo. oblig. l.ſi decem cum petiero, & per conſequens
pœna intelligitur promiſſa, ſi non dat, cum petitur. & interpellatio ſola ſufficit, vt ſic tali ratione exiſtentis conditionis pœna
committatur, licèt non ratione moræ, ſic, & alias committitur
ſtipulatio ex conditionis exiſtentia: vt ff. de verb. oblig. l. quoties
in diem, & l. ſi quis ita ſtipulatus. cum ſimili. Hanc opinionem
ſequutus eſt Bart. primo per iſtum text. qui dicit more priuatorum iudiciorum exiges, cum de more iudiciorum non ſit experiri ſine actione, vt ff. de neg. geſt. l. ſi pupilli. §. videamus, & de
admi. tu. l. quoties §. item ſi pro temporali. Secundo per l. ſtipulatio iſta. §. alteri. de verb. ob. ubi tex. dicit, quod ſufficit ita factum
non eſſe, vt comprehenſum, vt pœna committatur. & tamẽ ibi
preambula ſtipulatio erat inefficax: vt eſt hic pactum nudũ. Tertio inducit. ff. de arbi. l. ſi cum dies. §. fi. vbi ſufficit interpellari reũ
extra iudicium, quod pareat ſententiæ arbi. vt ſtipulatio pœnalis in compromiſſo adiecta committatur, & tfi ex ſnia arbitri nõ
datur actio, vt ff. de arbi. l.j. ſicut nec ex pacto nudo ut hic. Ad l.
nuda. per quã noſtri maiores fuerũt moti, rñdent, q ibi de commiſſione impugabiliter facta, nos de purgabili, quæ fit per interpellationem. Sed dñs meus dicebat, q hæc rũſio non conuenit textui d. l. nuda. qui dicit, poſt litem motam conditionẽ extitiſſe. & non prius conditio extitit. & per conſequens, nec com
a miſſio pęnæ facta fuit, cum dictio poſt oẽ anterius excludit. vt
11 ff. de manumiſ. te. l.ſi ita fuerit. † Præterea, quod prædicti dicũt,
quod mora non currat, impugnat ipſe dicens, q in ꝓditione caſuali, vel mixta ipſi dicunt verum: vt legib. per eos allegatis. ſed
in conditione poteſtatiua mora attenditur, licèt immediate ſtipulatio ex mora non committatur: ſed eiuentu ꝓditionis, ꝓp mo
ram tfi, vt cãm mediatam. ut j. de contrah. & commit. ſtipula. l.
magnam. & ff. ſi quis caut. l. & ſi poſt tres. & de arb. l. celſus. §. idẽ
ait. & ff. ſi cer. pe. l. lecta. & de uer. ob. l. ita ſtipulatus. licèt diuerſimode hæc mora committatur. vt j. dicam. ideo dicebat ipſe, q
opi. Ia. & Pet. quam ẽt ſequutus fuit Bar. non eſt bona. Ad leges
ſuperius allega. rñdet, vt j. ſubijciam. ſed antea præmitto, q ipſe
non concordat ſe cum Io. & Azo. qui dixerunt, q litis conteſta.
eſt neceſſaria. Nam ipſe dicit, q ſola motio litis ſufficit: vt dicit
tex. in d. l. nuda, ſed motio litis præcedit lit. conteſt. vt §. eo. l. poſt
quam, & clarius j. de litigio. aut. litigioſa. & ff. pẽti. hæ. diuus, facit l. lites, vel cãs j. de tranſac. ergò &c. quod forte de ſtricto ſignificato eſt uerum. licèt communis opin. interpretetur illa verba
exigere litis conteſt. Ad obiecta rñ. ipſe, & primo ad rationem
vltramontanorum, quod illam clauſulam, cum petiero; dicunt,
debere intelligi, cum petiero legitime, fm quod ius requirit per
litis motionem non ſimplicem interpellationem extra iudiciũ:
ut d. l. nuda. vt ſic l. aliam viam elegerit, quando obligatio eſt efficax ad agendum, vt in contrario. aliam, quandò eſt inefficax:
ut in pacto nudo ut hic. Ad hunc tex. reſpõdet, quod modicum
facit: quia iſta verba more priuatorum &c. adijciuntur exactioni, & eius effectui, non initio iudicij, & ſic nõ initium iudicij, &
commiſſionem ſtipulationis qualificant: ſed exactionem tm: vt
etiam probant ſequentia verba. nam bona &c. Præterea, inquit
ipſe, licèt initium iudicij concernerent, adhuc non obſtat. quia
initium eius eſt per lit. conteſt. ut in auth. de litij. §. omnem. Sed
motio litis, per quam mora inducatur ex qua conditio purificatur, ex cuius purificatione ſtipulatio committitur, antecedit litis
conteſt. & ſic eſt uerum dicere, q tpẽ litis conteſt. & ante experiritur cum actione. Iſtarum ſolutionum prima procedit tenendo
opi. gl. q litis conteſt. exigatur. Secunda eſt bona tenendo, q ſola litis motio ſufficiat. Ad l. ſtipulatio iſta. §. alteri. Reſpondet ipſe, q ibi, uel actum erat expreſſe, q pœna committeretur ex interpellatione extraiudiciali, uel tacitè per diei appoſitæ lapſum:
ut ibi uidetur tex. dum dicit. ut ſi ita factum non eſt, ut comprehenſum ſit. & ubi hæc non interuenerunt, dicit, quod ille §. dẽt
intelligi fm l. nuda. ut in eo ſentit gl. j. ut apparere debeat, non ita
factum eſſe, ut comprehẽſum erat per litis motionẽ. Vel tertio
inquit ipſe, ibi prima conuentio nõ tam fuit ineffica x, quàm nul
la pp defectum cãæ finalis, unde petitio non poteſt eſſe ibi, niſi
de mero facto, & pp ipſius contemptum pœna adiecta. ſed hic
aliqua, licèt inefficax. Ad l. ſi cũ dies. §. fi. rñdet, q per ſtipulationẽ promiſit parere ſentẽtiæ arbitri. & ideo ſuper illa interpellatur.

ADDITIO.

a Dictio poſt. Dictio poſt quo modo ponatur, vide Bart. & doct. in l. 2. §. creditum. ia prima colu. cum ſequen. uerſi. uenio ad uer. neluti. ff. ſi certum pet. Ioan. de Imo. in l. diuortio. ſolu. mat.

†Adde glo. in l. quoties. §. ſi quis ita, in uer. medio, & ibi poſui in addi. ad Bart. nu. 1. uer. dictio poſt. ff. de hær. inſtit.

tur.vt l.diem proferre.§.fi. in eo.tit.vel si per nudum pactum sic cõuenit dici, quod ibi est pœna meri contemptus facti,cum ex sententia arbitri nulla oriatur actio. & ideo sufficit ibi sola interpellatio de facto;vt infra titulo,prima.l. vbi pactum. & l. si quis maior.facit quod nota. J.si manc.ita fuer.alie.l.ea quidem. Concludamus igitur,quod vbi præcedit conuentio valida,& vestita
a sufficit interpellatio extraiudicialis[a] super illa: vbi inualida, nec vestita,tunc si pœna est meri conteemptus . & idem , vt in d.l.si cum dies.secundum vnam lecturam,sinautem non est meri cõtemptus. quia ex prima oritur obligatio licet inefficax,tunc lex elegit vnam mediam viam:vt lis debeat moueri,priusquam cõmittatur:vt d.l. nuda. quod intelligunt nostri maiores communiter per lit.contest, præter quam dominus meus, qui intelligit per simplicem motionem,vt tex.iacet. & sic intelligendo euitabis quodam contrarium,cui aliter non potest responderi: vt dicam J.proxi.quæstio.† Quæro modo ad declarationem prædictorum, super quo lis debeat contestari tenendo opi.glo.quod
12 litis contestatio sit necessaria.& gl.in d.l. nuda. recitat duas opinio.& tertiam addam,quæ fuit Dy. Dixit igitur glo.quod Ioan. dicit;quod super prima cõuentione nulla lis contestabitur. Sed ei obstant quatuor. Primo quia sine actione experitur. Secũdo quia iurãdo de calumnia deierauit, cuius periurij lex autor erit, contra l.videamus.ff.in lit. iuran. cum simi. Tertio quia ex sola
b naturali non agitur.Quarto,quod vbi nulla petitio [b] committitur:ad quę singulariter respõdet Ioan.vt nota.in d.l.nuda.& hãc opin.Ioan.videtur tenere glo.in l.si post tres.ff.si quis cau. in gl. fina.Azo. vero dixit, quod super pœnali stipulatione lis contestabitur.& mouetur per istum tex.vbi etiam Iaco. But.dicit esse casum.& sic dicit debere intelligi d.l.nulla. vt ibi de motione lis super eo.quod proxime dixerat , loquatur.& in hac ibi inclinare videtur glo.vt nimis absurda.quia tenẽdo opin.Ioan.oportebit lite contestata super conuentione nuda, postea porrigere libellum super stipulatione pœnali,& primam dimittere, & secundam persequi.minus igitur absurdum est litem contestari a principio super stipulatione pœnali,Dyn. dixit vtranque opin. veram: vt sic in electione actoris sit, quam velit , practicare.ga vnam probat lex ista.aliam d.l. nuda. quancunq; teneas,habes , quod de facto lis cõtestabitur.& postea de iure agetur.quia per litis contestationem exititi conditio. & hoc dicit Dyn.esse speciale,& legis dispositione permitti,ne contractus, & stipulatio reddãtur inutiles,vt per eum.nota.in c. non est in mora. extra de regulis iuris libro sexto.quod euenirет,si ex alterius tantum cõtrahentis penderent arbitrio,contra l. Pomponius.ff. de negot. gestis.sed dominus meus,ut dixi,dixit,quod nec sola interpellatio sufficit, nec litis contesta. est necessaria , sed alia media via : quia sola litis motio , vt dicta lege nuda , quæ litis contestationem antecedit : vt in Authen. de litig. infra. de litigio. & super altero prædictorum sufficit hæc litis motio , vt dicebat Dyn. de lit. contesta. Et secundum hanc opinionem patet , quod lite mota ex sola conuentione contrahitur mora , vel quasi conditio impletur , & stipulatio pœnalis purificatur , & pœna committitur : vt infra,titu.primo.l.si quis maior.& l.vbi pactum . & postea cum actione experitur,& litem cõtestatur. & sic cessant prædicta obiecta : vt hic plenius nota. per eum in dicta l. quod inuenire fuit pulchrum,& subtile, & alias inauditum. ideo not. Dy.Quæro secundo, quando aliæ stipulationes committantur, & respondeo,vt in gl.remittendo ad no.in dicta l.& si post tres. quod aliter non prosequor : quia nõ est nostra materia, supple-
13 tiones tũ quas ibi scripsi, poteris videre. † Nunc ad materiã purgationis moræ accedo, & videtur, quod reus hic purgat morã. Contra , quod oppono , quod moram purgare non possit: vt J. de contrahen.& commit.stipu.l.magnam.& ff. de act.& obli.l. traiectitię. §.de illo.So.secundũ Dy. quod ibi fuit dies, & pęna, hic pœna,& non dies.Sed hic attendendum, quod vltramonta ni videlicet Iacob. & Petr. reprobarunt istam distinctionem di-
c centes, qd in ꝑctibus,licet sit dies,& pęna [c] mora potest purgari, qa hoc in iudicijs ; vt d.l.& si post tres, ergo,& in contractibus, tum quia in iudiciis quasi contrahitur,vt ff. de pecu.l.3.§.idẽ scribit.tum,quia non est ratio diuersa inter ea.hoc cõfirmauit And. Zaffus de Pisis per l. qui Romæ.§.flauius.ff.de ver.ob.vbi pęna est expressa,& dies manumittendi tacitus,quia cũ petiero,q debet æquiparari expresso;vt d.l.quoties.& l.idem.in e.tit.inducebat ẽt in e.ti.l. si ita quis.§.seia.vbi dies erat expressa,sit & pęna, quia priuatio iuris iam quæsiti pro ortis hũdis . & tũ ibi purgat mora,nisi multo post & c.vt ibi in tex. Idẽ fertur, qd tenuit Ray.
14 de Forli.& inducebat l.j.in fi.ff.de pe.le. † Ad l. magnam.rũdebat,quod ibi de commissionæ pœnæ,non de purgatione morę disponitur. Ad l.traiectitiæ.§. de illo.quod ibi pęna poterat peti una cũ ipso principali.iõ non purgatur;quia oportet;vt utrunq; saluet.secus ubi pęna cũ principali nõ potest peti,quia sic mora purgat ; vt d.l.si post tres.non ergo dies est ibi cã exclusionis purgationis morę sm cos,sed pmissa petitio utriusq;. & ita concludebant in ista materia.licet qsi utrunq; peti non potest, subdistinguãt.ut hic scribit Dy. qd prosequi nõ curo.Moderniores nostri,ut Ia.But.Bar.& dũs meus tenent cum Dy.ut in ꝑctibus si sit dies & pœna.non purgatur mora,quia hoc est in ultimis voluntatibus;ut d.l.de penu lega.uer.nisi , ergo.& idem in cõtractibus,cum ea.fit ratio, uidelicet, ut permissum ad tempus postea censeatur prohibitum:ut l.statuliberum:de le.2. & quia idẽ est in decisionijs iudiciorũ,ut ff.de arb.l.celsus,& in iudiciis quasi contrahitur.l.3.§.scribit.ff.de pecu.ergo.&c.& pro hoc specialiter inducebat Bar.d.§.de illo.in fi. ubi dicit esse diẽ expressum, & pœnam,quia amissio partis precij iam soluti,quæ pœna censetur:ut ff.de peti. hære.l.sed & si lege.in prin. & J.de pact.inter emp.& uend.l.1. Sed illi tex.faciliter potest rñderi, quod in illa parte precij iam soluti statim termino elapso facta est executio de eo, nimirum si mora non purgatur : ut J.dicam,& eo modo rñdeo ad l.qui fundum.ff.de cõtra.empt.in qua vẽ casus per Dy. Nam ibi pęna non erat in quantitate rei emptæ,sed in parte precii soluti ultra modum precii.& sic executio, uel quasi in pœna reperitur iam facta. Item dicit Bart.in d.§.de illo,in prin.fore casum pro Dy.ut ipse dicebat, nec rationem decidendi ibi fuisse, quia pœna potest peti una cũ principali, ut dixerunt ultramontani,sed illam fuisse:quia ibi dies fuerat cum pœna,quod nititur probare ttib.rationib.primo quia in actionibus arbitrariis tõne loci post moram interesse põt peti:ut ff.de eo quod cer. loc.l.2. in princ.& tũ si actor habet electionem, ubi petat,& reus antequã actor sit litem cõtestatus,eligat,ubi soluat, mora purgatur, ut d.l.2.§.qui stichum.uer generaliter. ergo.&c. Secũdo quia J. non parentem sũæ arbitri pœna , & ipsa res principalis põt peti,ut ff.de arbi.l.si quis rem, & si dies parendi apposita non fuit, mora purgatur:ut in eo.tit.l.si cum dies.§.fi.ergo appositio dici est illa,quæ ibi cã impeditiua, non potentia petendi utrunque. Tertio quia ubi pœna excedit debitum principale,utrunq; peti põt.i.ipsum principale debitum, & pęna in eo, quod exceditur ff.pro soc.l.si quis a socio.& de act.emp.l.prædia.Ista ratio est ut puto corrupta,debet.n.dicere econtra.i.q ipsa pęna potest peti, & ipsum debitum principale,quatenus pęnam excedit,ut dictis legib.& tũ purgatio moræ admittitur ẽt quo ad totam pęnam, ut d.l.i.in fin.de penu leg. & d.l. qui Romæ.§. Flauius . & sic ex prædictis ꝓcludit Bar.quod in l.traiectitiæ.§.de illo.et casus pro
15 Dy.ut dies apposita sit ibi cã impeditiua purgationis moræ, nõ aũt sit illa cã, quia utrunq; peti possit.† Quia attende quod ego non credo,q præfati doct.uoluerunt dicere , q ex sola possibili petitione utriusq; impediatur purgatio,& ratio tũc est in se euidens:quia purgatio morę impedit exactionem pœnæ,& purgãtur mora offerendo debitum principale,sed cum per solutiõ principalis nõ impediatur exactio pęnæ,sequitur necessario,qd ubi utrunq; potest exigi,purgatio non admittitur.imò de ea ista quæritur. Petitio.n.tunc esset de alterutro,non simul,de utroq;,& pro ista distinctione habes gl.or.ff.de uer.ob.cũ stipulatus sum mihi a proculo,& fuit Rugerius.& est signata super uerbo,& prope modum.cũ ergo in d.§. de illo.utrunq; possit peti, & exigi,sequit q tex.ille non fundat opi.Dy.sed ultramontano. Alius autem text.§.allega.de l.1.de penu lega. est ille solus,qui opin.Dyn.fundat.Restat respondere ad leges,quas And.de Pisis induxit contra eum,& primo ad l.qui Romæ.§.Flauius,& dicebat Dy.quod ibi est pœna,sed non dies.nec obstat,quòd dies intelligitur in qua petiero : quia illa est tacita, quæ non tantum operatur,sicut expressa respectu purgationis morę:ut ff. de arb. l.si cum dies in fi.& l.celsus simul iunctis.Præterea talis dies inest potius demonstrandi causa,quam causa solutionis differendæ :& sic non impedit purgationem moræ:ut etiam hic est,secundum intellectum ultramontanorum , qui dixerunt hic pœnam cõmitti ex sola interpellatione extraiudiciali , ut d. §. dim. Ad l.uero si ita quis.§.seia. quæ fortius vrget. Respondebat Dy. q ibi erat dies:sed non pœna . ut sentit gl.Contra quod replicebat.

ADDITIONES.

a Sufficit interpellatio extrãiudicialis. Adde text. fin.in l. cum postulasset. prout ibi not.in apost.ad tex.post Bolog.in uer.tex.in l.cum postulasset. & ibi Bart.fing.in prin.ff.de dam.infe.not.Bart.in l.fi ex legati causa.n.2. & ibi in addi.in uer.extraiudicialis . ubi omnino Alex.& l.interdum.ff.de uerb.oblig.& not.colle.c.1.num.4. & ibi in apost. in uer. post interpellationem , extra.de commoda.

b Vbi nulla petitio.Adde do.Soc.consi.180.incip.diligenter puncti narratione.uer.3.etiam excusantur . in 2.parte char.52.

c Licet sit dies,& pœna.Adde Soc.consi.288.incip.circa primam q.uer.dcult.in 2.parte . char.220.ubi hoc idem all.& firmat, & adde casum Bartolus dum Ang.& Alex.in l.qui Romæ.§. Calimachus. de uerb. oblig.q ubi est dies, & pœna mora.non purgatur,nisi dies esset apposita pacto nudo,sed in testamento non solenni.Bald.in l.1.13.q.J.de his quæ pe.no per hanc l. & per Alex.in l.si insulam.11.col.8.fal.vbi plenius.sed de rigore iuris mora non purgatur etiam,vbi non est dies,& pœna.l.fi feruum.§.sequitur & Alex.de uerbo.oblig. Item uide do.Soc consi.199.in incip. causa tacta in nozi.uer.nec ob.cum uer.seq in 2.parte. char.74.

¶ Adde ad propositum eorum , quæ hic dicuntur tam per Sali. quam do. coapostillatorem meum,quod not.in apo.ad Sal.supra ea.l.in princ.j.uer. nu.4.ex proximè dictis.in apost.uer, usque ad sententiam.

bat. And. quod imò erat pœna priuationis iuris iam quæsiti ad ortos , vt ex solutione quæstionis colligitur , & sic illi legi dicebant non posse responderi, sed Bart.ibi dixit, quod vbi est dies, 17 & pœna,purgatio non admittitur,vt pœna commissa euitetur, sed bene admittitur,vt actio quæsita conseruetur,& ita ibi. Ista solutio non videtur habere saporem , ex quo pęna erat in amissione actionis.licet prius quæsitæ.Nam tunc purgatio non potest admitti,vt actio conseruetur, quinetiam admittatur pœna, vt commissa euitetur. Præterea, si purgatio non admittatur, vt petitio pœnæ non euitetur, multominus debet admitti , vt exceptio ei denegetur.& tollatur iuxta regulam dicentem,cui damus actionem: fortius exceptionem, quapropter disputationis 18 causa cogitati alias dicere , quod Dyn. in contractibus non dicebat bene per dictum §.Seia. Et ad tex.l.j.versi.nisi.de penu.lega.qui solus,vt dixi,videtur fundare opin.Dy.cogitabam respõdere altero de duobus modis. Vno, quod ille versic.non ponitur,vt purgationem moræ simpliciter excludat, sed vt includat vsque ad illud tempus, quo testator verbis,vel mẽte.voluit purgari posse,quod si non apparet,vsque ad lit.contesta.lex permit- 19 tit; vt predixerat . Alio modo, quod ibi ponatur simpliciter exclusorie. Cogitabam dicere,quod in vltima voluntate esset speciale,vt faciliorem habeat exitum,ad quod facit d.l.j.in fi. & ff. de regulis iuris. l. in testamentis. sed quia communis opin. resistit , & aduocati ; .& alii practici non faciunt diuersitatem inter contractus, & vltimas voluntates.ideo vt communem opin.defendam,cui inhęrere intendo,dico quod in §.Seia,nulla fuit pęna ex partium conuentione,vt ibi dixit glo.& Dy.quod demõstro.Pro euidentia tamen præmitto,quod qui vult agere,debet ex sui parte conuenta prius implere,vt ff.de act.emp. l.Iuli.§.offerri.& loca.l.quæro. §.inter. Modo ad propositum, Lucius Titius , qui promisit omnem summam soluere Sciæ in calendis Aprilis, per non solutionem abstulit soluendi vltra terminum, & sic potestatem offerendi,& hoc de iuris rigore,quia ad tempus permissa post tempus cẽsentur prohibita, infra, de iure emphyt.l.2.sublata ista potestate insurgit 20 l.quia non permittit,eum agere, nisi prius offerat, offerre autem non potest,quia ex conuentione terminus præfixus transiuit , & sic consentire videtur se priuasse iure agendi, quia se priuauit potestate offerendi; sed insurgit æquitas , quæ hanc facultatem ei statim restituit , dumtamen infra modicum tempus soluat, vt d.§.Seia. non ergo est ibi pœna aliqua adiecta,sed dies tantum apposita, & si qua pęna insurgit a lege procedit pœna,at legalis purgatio non impedit infra modicum tempus,vt extra,de loc.c.potuit.quia minus agitur cum lege, quam cum homine in his, quæ ipsa l.disposuit 21 inducere . Nam eius est modificare, cuius est inducere,vt ff.de in litem iuran.l.videamus.§.penult. Ad l.j.in fi.de penu.leg.quã inducit Rayn.Respondeo,quod ibi loquitur,quando dies apponitur causa multiplicandæ obligationis , quo casu cuentus talis diei non inducit moram , imò in legatis , quæ prouenientibus annis censentur conditionalia purificata , & inducunt obligationem , & sic eo momento in mora non constituit, vt not. per Doct.in l.minorum.infra,de in integrum restitutio minor.Igitur cum ad moram inducẽdam exigatur interpellatio, meritò eius sic inductę admittitur purgatio.Nos vero loquimur,quando dies apponitur solutioni,non obligationi,& quando apponitur animo committendæ pœnæ sibi adiectæ, quo casu concludo cum Dyn.moram purgari non posse, & hoc per d.l.j. versic.nisi.ff.de penu leg.quia ratio temporis prætaxati,quæ est ibi causa sic decidendi,locum habet etiam in contractibus. Item, quia hoc est in iudiciis,vt l.si cum dies. §.fina. & l.sequen. ff.de arbit. ergo & in contractibus,argumen.l.omnem, ff.de iudic. l.3 . §.idem scribit.ff.de pecul. Item, quia creditor prouidendo sibi de pœna, si non soluatur in termino per eum apposito, videtur hoc velle,& promittens consentire; argumen.eius, quod dicitur,vt permissa ad tempus, post illud tempus videantur prohibita,vt ff. de legat.2.l.statulibe.& infra,de iure emphyt.l.2. Item, quia æquitas suadet , vt debitor non adiuuatur contra exactionem pęnæ , in quam incidit sua prouisione,& spontanea voluntate, vt l.2. §.si quis cum possit. ff.si quis cautio, & hæc fuit directa composita in l magnam.infra,de contrahen.& committen.stipulat.& hæc æquitas vult in specie derogare æquitati in genere , per quam admittitur purgatio moræ,vbi factum suum, & culpa non possit reo imputari, vt ff.de verborum obligatio.l.si seruum.§.sequitur.Ex his,& prædictis patet dictum Dyn.defensatum,licet aliquas modificationes recipiat, vt ex prædictis solutionibus patet, sed quia & aliæ sunt addendæ, ideo per nouum stylum materiam assumo,quia oppositiones dimitto,& per conclusiones materiam trado,& incipio a negatiuis purgationem nõ admittentibus, successiue ponam affirmatiuas purgationem admittentes , & primo in contractibus , vel vltimis voluntatibus, postea in iudicijs, & postea aliquas quæstiones formabo , vt se- 16 riosius patebit. †Prima conclusio est,quod vbi purgationi moræ per pactum fuisset renunciatum , purgare volens non audit: tex.singularis est, infra, de fideiuss. l.Iancimus. §.sed si quidẽ,&

fundatur super regula posita , infra eodem, l. si quis in conscribendo . vbi autem simplex fuisset renunciatio , & non per pactum,dic,vt dixi s.eodem.d.j. † Secunda conclusio,quod vbi iu- 17 ramentum est de non contrauieniendo, mora non purgatur, vt in tex.ad hoc singularis.infra tit.j.l.si quis maior.& hoc operatur
a iuramentum, [a] contra quod veniendo efficitur periurus , & sic infamis,extra,de iureiuran.cap.querelam.2.quæstio.j. cap.infames. & sic non infamiæ pęnæ statim est executio facta, per cõsequens non debet posse moram purgare , vt dicetur in tertia conclusione,& maxime quia in pristinum statum non potest se restitui, , cum solus Princeps infamiam restituat , ff. de postula. 18 l.j.§.de qua.excludenda. † Tertia conclusio,quod vbi vtrunque, id est, pęna , & debitum principale,potest exigi, mora non potest purgari,tex.est in l.traiectitiæ.§.de illo. ff.de actio.& oblig. & glos.ordina.ff. de verborum obligatio. l.cum stipulatus sum mihi a Proculo. signata super verbo,& prope; & huius est ratio euidens,quia alias exactio esset de altero non vtroque,vt in cõclusione supponitur,quod no.ad quęstionem,quam infra subijciam. † Quarta conclusio, quod facta executione pęnæ, vel interesse nõ admittitur purgatio moræ, siue traditio fiat post moram , & etiam per errorem a putante se moram, non posse purgare, vt ff. de condictione indebiti. l.qui ob rem. & ff. iudic. iol. 19 .Iam tamen , 2.responso. siue ante moram . & pro hoc induco tex. ff.de contrahen.emptio. l.qui fundum. & de actio.& oblig. l.traiectitiæ.§.de illo. in fi. idem si executio sit facta a l.vt probatur ff.de legat. 2.l.si is cui.j.respond.Nam electione facta,statim fit executio a lege , quia dominium rei legatæ transit in legatarium,& ita not. Dy.in l.seruum.§.sequitur.de verborum obligatio. quod not.quia ex hoc dixit Bart. quod si testator legauit Titio centum,& si illa ei non daret,legauit ei fundum,& hæres interpellatus centum non dedit. propter quod fundi legati dominium transiuit in legatarium,vnde hæres non poterit purgare moram,Nec obst.l.j.in j.responso.ff.de penu.lega. quia ibi secundum legatum est quantitatis, non species: vnde dominium non potuit transire in legatarium.†Quinta conclusio,quod vbi pęna moræ est iuris,vel facultatis prius moroso competentis in alium translatiua,ibi purgatio moræ non admittitur.Hæc conclusio probatur per casum l.fi.§.sed & si quis. infra.commu.de leg.vbi actu electiuo iuris eligendi in alium translato non purgatur mora, simile in l.cum quidam. ff.de legat. 2. infra, qui admit.ad bon.poss. l.j. 2. & fi. Nam vt in eis patet,primo tempore exclusio , sequens admittitur,nec prior vltra tempus suum audi- 20 tur , Confirmatur ratione , nam ex quo ius est in alium translatum , non debet ipse illo priuari , vel auferri ab eo , absque eius facto.ff.de pac.l.fi.& de reg.iur.l.id quod nostrum.† Sexta conclusio , quod licite a purgando moram debitor repelitur , si ab eo particulare interesse cum re debita non auertur . Hæc conclusio probatur ex eo , quod super æquitate fundatur purgatio moræ, vt l. si seruum. §.sequitur. ff. de verborum obligatio. sed æquum non est,vt sine refusione in interesse admittatur purgatio morę. Hinc est,quod prętor in arbitraria loquitur,& nititur equitate,vt ff.de eo quod certo loco,l.quod si Ephesi. §.fin.arbitratur,vt morosus ad interesse teneatur,l.2.in.princ.in eodem tit. ergo, &c. Hoc probatur in interesse expensarum in iudicio factarum . Nam nisi illis refusis contumax non auditur, vt ff. si quis cati.l.& si post tres. & infra.de iud. l.sancimus.& in alio interesse extraiudiciali,ff.de verborum obliga.l.si ita quis. §.Seia. Et hanc conclusionem firmat glo.de constit.pec. l.sed si aliam . in glo.3.& l.item illa.in glo.2.& de verb.obligat.l.qui Romę. in prin.& proderit tunc purgatio, vt pęna,quatenus excedat,vertit interesse euitetur, & vt res oblata pro rata sit interesse excipiatur,vt ff de act.& oblig.l.fideiussor euictionis,& secundũ prędicta intelligo,l.insulã.ff.de verb.obliga.† Septima cõclusio,quod
22 b mora non purgatur,quãdo in persona creditoris [b] est concepta principalis obligatio . In persona vero tertij est cõmissa pęnalis obligatio. Hęc conclusio probatur primo, quia cum pęnalis stipulatio est commissa,ius est quęsitum illi tertio, cuius note fuit cõcepta,vt est videre in casibus notatis.Instit.de inutilib.stipul. §.alteri.sed cõstat,quod ius alteri,quę sitũ sine eius facto nõ põt auferri ab eo.ff.de pact.l.fi.& de reg.iur.l.id quod nostri ũ.& J.de fideiusso.

ADDITIONES.

a ¶Iuramentum.Quòd iuramentum impedit purgare moram,Bart.in l.si quis maior.infra,de transact.& Lud.in fing. uersic.iuramentum excludit,quod uerum est in foro temporali; secus in foro pœnitentiali, glo. not.22.q.1. apud misericordem iudicem, secundũ Lud. in fing. uersic.iuramentum. Item adde D.Alex. in l.insulam.in principio.char.de uerb.obligat.& ibi per Doct.& Bar.Bal.& Imo.per d.l.si quis maior.& Ange.in d.l.& si post tres, nisi subsit causa iusta,secundum Doct.ubi supra.

† Adde quando allegauit D.Coapostillator meus hic,Romæ.in suis fing.q uoluit eum allegare fing.suo 446.incip.iuramentum excludit.

b ¶Quando in persona creditoris . Tu uide de hac conclusione eundem Barth. Salyce.in suo tracta.de mora. quæ est in repetitio. l. semel mora. in 5.quæstio.negatiua. uer. debitor non purgat moram. char.3. ubi hæc, & multa alia dicit,ff.soluto matrimon.

fideiusso. l.nouatione. ergo nec in casu conclusionis prædictæ, & sic sequitur, quod mora purgari non potest, quia illa purgata, tertius ius illæ pœnam petere non posset, vt ff.de penu.lega. l.j.Secundo, quia principalis obligatio est nouata per pœnalem commissam exceptionis ope. ff.de stipul.ser.l.j.in fi. & cum debitoris voluntate, igitur non debet ipse posse soluere principali creditori in præiudicium tertij, in cuius persona est nouatio, vt l.3.infra,de noua.& l.fina.infra,de transact.Et ex ista conclusione infertur, quod si quis stipulatur aliquid sibi dari, vel fieri, quod si non detur,vel fiat,stipulatus sit dari mille fisco, vel alteri,cui possit stipulari, quod pœna commissa mora non poterit purgari in præiudicium fisci, vel illius tertij. Huic conclusioni obstare videtur text. ff. de adimen.lega. l.3. §.si quis plusquam. Bart. dixit, quod nisi constet de contraria voluntate stipulatoris,facultas soluendi ipsi stipulatori non dicitur adempta,vbi inquit ipse sibi videri, quod ista verba, si Titio non dederis, dato Seio, hunc habent sensum, videlicet dato Seio, si non potueris dare Titio : vbi ergo dare possit, continuo audiri debet, si dare velit,sed certe tex.ille non attingit materiam nostram: nam ibi ex mora facta primo legatario, non debetur secundo; iii casu nostro secus, & sic casus ille est diuersus a nostro, & vt clarius videas attende, quod quædam verba in themate ibi posita sunt illa, quæ ibi illud operantur. Dixit enim, Titio dato, aut si Titius ante decesserit,quam accipiat, Sempronio dato, modo illa verba,si ante decesserit,quam accipiat, hunc habent sensum,id est, antequam accipere possit,quod est ante diem legati cedentem, vt ibi in glo.not.si ergo post diem legati cedentem decedat Titius, quantumcunque mora in dando sibi facta fuerit, nihil debetur Seio. sed in casu nostro est totum econtra, quia non mora facta primo debetur, & committitur pœna secundo, & stat

23 conclusio nostra. †Octaua conclusio, mora non purgatur, quãdo pœna est adiecta ab homine,& similiter dies certus pro termino solutionis appositus, & ita debet conclusio Dy. restringi, & verificari,quæ fuit,quod vbi est dies,& pœna,mora non pur-

a gatur [a] in actu extraiudiciali,vt supra vidisti. Pro ista conclusione Dy.inducit l.magnam.infra,de contrahen. & committen.stipula.quæ satis probat,secundum Iacob.Butrig.ibi,dum dicit ad euitandam pœnam,&c. Licet Vltramontani dixerint,quod de commissione pœnæ,non de purgatione moræ loquitur. Induceit etiam l.traiectitiæ. §.de illo. in princip.sed non facit, quia ibi vtrunque exigi potest,quod fieri dico semper posse,quando cõcernit nouum interesse extra debitum principale. & est ratio, quia tunc noua obligatio adijcitur, nec prima nouatur ipso iure,nec in effectu, & de hoc est text. not. in d.§. de illo. quem ad hoc tene cordi. sed Bart.induxit eundem §.in fi. Sed responderi potest,quod facta erat iã executio in pœna, vt supra dixi Mod. & ipse Bar.vltimato induxerunt l.j.ver.vbi.ff.de penu lega.& ille melius facit,& succedit ratio,quia ad tempus permissã postea videntur prohibita,vt l.statu liberum.de legatis 2. & argu.l.cum prætor.ff.de iudic Et quia lex quæ inducit purgationem moræ, non debet inducere, vt tollat ius parti quæsitum ex sua prouisione, argumẽ.ff.de arbit.l. Celsus. & de fideicommiss.libe.l.filius. §. erit. Lex enim suum, non partis denegat auxilium, vt dictis legibus. Et etiam,quia hoc est in stipulationibus,quæ deciforia concernunt,vt d.l.Celsus. & hæ rationes,& aliquæ aliæ, quas supra scripsi, fundant istam conclusionem, nec huic conclusioni obstat,extra,de locatio. c.potuit, vt patet in sequẽti cõ-

24 clusione. †Nona conclusio,quod vbi dies est terminus solutionis,sed pœna est a lege inducta,purgatio moræ est permissã et si dies illa ab homine sit apposita, & de die apposita ab homine, est casus in l.si ita quis.§.Seia. ff.de verb.oblig. secundum quod supra eam declaraui in responsionibus,quas feci,& si hoc est in die apposita ab homine,fortius in apposita allege,vt l.cum dies. §.fi.& l.Celsus.ff.de arbit. Et pro hac parte est casus in c.potuit. extra,de loca. vbi dies & pœna imponitur a l. & tamẽ mora purgatur,& ratione prædicta attenta patet, quod glo.Ioan.And.in c.more. de reg.iur. non bene dixit, dum dixit,quod in c.potuit, ideo purgatur: quia ab eadem lege cauetur,quod falsum est,qa idem,si non caueretur in eadem lege,cum sufficiat rõne ppbari.

25 † Decima conclusio,vbi dies seu tẽpus apponitur,& causa multiplicãdæ obligationis etiam adijcitur pœna, põt purgari mora, vt l.j.ad fi.de penu leg etiam si pœna excedat in multo pluri ipsum debitũ principale;vt est tex. facit ff.de verb.oblig.l.stipulationũ,quæ est l.5.§.fi.& l.qui Romæ.§.Flauius. † Vndecima cõ-

26 clusio, vbi tempus apponitur,non causa multiplicandæ obligationis,sed causa diuidendæ & multiplicandæ præstationis, purgatio moræ debet admitti : exemplum quæstionis, seu conclusionis summe in stipulatione annua,vt patet in l.senatus.in fi. ff. de donat. causa mort. & licet casum l.de ea nesciam, & Doctorũ authoritatẽ non valeam inducere, qa eam non reperio tactã, tamẽ eã sic probo:tẽpus istud respectu diei ipsius anni est sui, pplatione incertũ, & non specificatum a partibus, & ideo insurgit l.disponẽs,in prin.anni deberi,vt ff.de verb.obliga.l.cum qui ita. §.qui ita.& de castren.pecu.l.si seruus communis Mẽuij. §.fi.& infra,quando dies leg.cedat.l.j. & ff.in eod.tit.nec semel.l.j.responso. Cum hac ergo l.quo ad purgationem moræ mitius debet agi,vt in sexta conclusione dixi. Item si bene consideretur, stipulator non agit diem apponere principaliter solutioni, sed obligationem solidi in plures præstationes diuidere, ergo secũdum eius principale propositum est iudicandum,vt ff.si cert.peta.l.si quis nec causam. Tertio potest probari per l.j. versi. quod in annos.vsque ad fin.ff.de penu lega. Nam licet in sequentibus annis legatum sit conditionale, tamen in primo anno est purum,& tamen ibi vult text.quod si omissa solutione primi anni pœna sit commissa,possit mora purgari.Ex quo sequitur,quod interpellatio fuit necessaria, & sic nec primus, nec secundus dies, & sic de cæteris, constituit in mora, quia si fecisset, mora purgari non potuisset, vt in ead.l.versic.nisi. Ex illo ergo primo anno, cuius obligatio est pura, & tempus sic confusum, rectẽ potest inferri ad stipulationem annuam, quia ratio non est diuersa, & secundum hoc habes, quòd in stipulatione annua singulis annis interpellatio est necessaria, vt reus constituatur in mora,quod no.secus dicerem,si stipuletur singulis annis die tali sibi dari sub certa pœna, &c. † Duodecima conclusio, & fuit

27 Cy.in l.magnam.infra,de contrahen. & committen.stipulatio, b quòd vbi est pœna,& dies [b] incertus solutioni appositus,euentus diei non impedit purgationem moræ, & ponit exemplum c in eo,qui promittit facere, & curare, quòd tertius consentiret [c] alicui contractui, cum ille tertius peruenerit ad ætatem legitimam. & est ratio,quia probabiliter potest errari in tempore, & sic cessat ratio posita in l. magnam. & hoc habet pro indubitato in prorsus extraneo,sed in patre,& alio coniuncto, qui præsumitur ætatem non ignorare, vt l de tutela, infra,de in integrũ restit.mino.& ff.vnde cogn l.octaui,dimisit in dubio. Ego idem credo in reis,quod in extraneo:nam tempus hoc in persona tertij adiectũ reddit stipulationem, & dispositionem conditionalem, præterquam libertatis fauore. ff.de manu.testa. l.si ita scripsum.facit ff.de condit.& demonstr.l.hæres meus. & legibus die-

28 bus.§.quidam Titio. † Nec enim dictio,si,& cum, differunt,qũ alicui extrinseco apponuntur,vt ff.de verb.obligat.l.quodcunque.§.non solum. & ibi not.Bart. sed nemini dubium,quod per dictionem,si,redderetur illa stipulatio conditionalis,ergo & per dictionem.cum,pro hoc etiam facit,quia dictio,post quam,conditionem facit,vt ff.de verb.sig.inter illam:ergo,& dictio,cum, hoc supposito sequtur,quod tempus legitime ætatis,quod habet conditionem purificare,nõ cõstituet promissorem in mora,sed interpellatio erit necessaria, & sic purgabitur, vt §.in septima

29 conclusione dixi,hic not. quæ sunt quotidiana. † Tertiadecima d conclusio [d] fuit Dyn. quod vbi est pœna, & non dies expressã, quantumcunq; sit pœna,purgatio moræ admittatur, etiã si dies a lege tacite subintelligatur : hæc conclusio probatur in l.q Romæ.§.Flauius.ff.de verb.oblig.& de penu leg.l.i.in princ.& in fi. ff.de arbit.l.si cum dies.§.fina. & l. Celsus. coniuncta l. non distinguemus in princ.in eodem tit. Et huius conclusionis,quo ad primam partem, scilicet, vt excessus pœnæ non attendatur, potest esse ratio, quia pœna adijcitur principaliter, vt eius principali pareatur,vt hic, & ff.de verb.obligatio. l.stipulatio ista.§. alteri. & ratio quantitatis illius non attenditur, & tanto minus, quia quanto maior, tanto odiosior, & purgatio moræ fauorabilis nitens æquitate,vt ff.de verb.obligatio.l.si seruum.§ sequitur. quantum ad secundam partem, vt dies subintellecta non attendatur, potest esse ratio, vel quia ei prouideri non potuit, vbi dies incerta fuit, vel si certa, vt est videre in tempore dato iudicatis,quod olim fuit duorum mensium,hodie quatuor,potest esse ratio,quia benignitas legis in hoc dispensat. & modificando procedit illud,quod induxerat,arg.ff.de in litẽ iuran.l.videamus.§.pen.& ideo dicimus,quod in istis pœnis extrinsecis mitius agitur cum l.q̃ cũ hoc,vt d.l.Celsus.cũ §. & hoc quando pœna non est prioris iuris,vel facultatis ademptiua,seu priuatiua,& in alium translatiua,quia tunc nõ purgatur, vt §.in quinta conclu-

ADDITIONES.

a ¶Non purgatur. Adde quod fallit in multis positis per Alexan. post Doct.& Ange.in l.insulam,de verb.oblig.& quid in actore Alex ibi ultra Bar. † Tu uide de hac conclusione, & illius ueritate,quòd no.in apost.ad istum, supra ea.l.nu.j.uer.4.ex proxime dictis in apost.in uer.usque ad sententia. Do.coapostillatorem meum,ubi hunc articulum examino.& not.ea ycin repet.l.semel mora.in 6.conclu.negatiua,uer.debitor non purgat moram. ubi poni: hic ferme in terminis,licet ibi amplius,quàm hic procedit.

b ¶Pœna,& dies. Adde Soci.consi.100.inci.non potuisset.uer.confirmatur. hæc in j.parte.char.176.ubi hoc idem inducit,& firmat.

c ¶Quòd tertius cõsentiret. Adde ad quid ille teneatur Bar.in l.stipulatio ista habere licere,nu.j.& in apost.in uer.facturum,& se curaturum.ff.de verb. oblig ubi do.meus fas.de May.col.6.uer.sed iuxta hoc cadit uitio,& Iolẽnis dubitatio,& de hoc per prædall.Bar.consi.136.inci.Martinus promisit, cuius simile consi.h.habes in consi.F.de.de Sen consi.122.quod inci.Martinus promisit se facturum, quod fuit 10.Palatiẽsis. ubi de hoc plene habes.

d ¶Tertiadecima conclusio.Tu uide de ista conclusione per istum in repetitio. l.semel mora.in 6.conclusione affirmatiua,uer.ubi in conuentione est pœna.ff.soluto.matrimo.

30 cõclusione dixi. †Decimaquarta conclusio,& fuit Dyn.quod vbi est dies, & non pœna ab homine adiecta, purgatio moræ est permissa,probatur per l.si ita quis.§. Seia. ff.de verborũ obligationibus. nec obstat, quod ibi de interesse offerendo dicitur, quia illa est pœna legalis, non conuentionalis. nec etiam obstat, quod ibi erat pœna etiam iuris iam quæsiti ad ortos, quia, & illa pœna est legalis,& consecutiua ad priuationem iuris, & potestatis offerendi,vt plene supra dixi in responsione ad obiecta contra Dyn. inducta, probatur etiam ratione, quia ex quo creditor de alio sibi soluendo post diem illam non prouidit,cõtinuo illud sibi soluit volui. Et ex prædictis habes, quod illud, quod non potest dies, vel pœna de per se operari, vel impedire, operantur, & impediunt ambo simul iuncta. & hoc quia tunc

31 maior contemptus,& contumacia,vt ff.de arb.l.Celsus. †Decimaquinta conclusio, quòd vbi non est dies expressa, sed post moram obligatio succedit ad aliud, purgatio admittitur, vt ff. de verborum obligationibus. l. si insulam. & ibi ponitur vique ad quod tempus. Et ratio cõclusionis apparet ex proximis duabus:nam si ambo simul impediunt,vt in quinta conclusione,& altero ipsorum deficiente,alterum non impeditur,vt in duabus præcedentibus, sequitur quod minus impeditur, vbi vtrunque

32 deficit. †Decima sexta conclusio,vbi post moram obligatio nõ succedit,vel non inducitur ad aliud,mora purgatur, sed improprie de purgatione quæritur, vt est videre in simplicibus obligationibus dand.ff.de verborum obligationibus. l.si seruum. §. sequitur. & ita debent intelligi l.interdum. §.fina. in eodem tit.

33 † Decima septima conclusio est,vbi a purgando moram principalis excluditur, fideiussor conuentus admittitur, vt ff. de doli except. l.fideiussor. secundum lecturam secundam, quæ in stipulatione duplæ intelligit l. illam, & est ratio, quia fideiussor laborat alieno vitio, ideo facilius ei subueniitur, vt j. de natura. libe.l.legem. & etiam mora principalis censetur grauior, quam fideiussoris,vt ff.de verb.obligatio.l.mora.hæc etiam conclusio probatur j. de fideiuss. l. fancimus. licet illa in stipulatione iudi-

34 ciali loquatur. † Decima octaua cõclusio, [a] clausula,rato manẽ-

a te pacto alio non adiecto, non habet impedire purgationẽ moræ. Hanc conclusionem posuit Bar.in l.insulam.de verb.obliga. & eam probat sic, clausula ista habetur pro expressa in contractibus bonæfidei, in quibus pœnalis stipulatio, licet commissa, non nouat principalem obligationem, vt hic, & ff.pro socio.l.si quis a socio. & de acti. empti. l. prædia. & tamen si sit tacite intellecta,non impedit purgationem,vt hic,& ff.de penu lega.l.j. ergo nec expressa,cum ratio non sit diuersa.Confirmo,qa clausula ista, alio non adiecto, non plus operatur, nec alio fine apponitur, quàm vt nouatio impediatur, & ita ex eius mente, & significato colligitur,& per consequens purgationem non impedit,vt d.l.j.versic.2.de penu lega.Et hoc puto verum,quando principale pactum cedit ad obligandum: secus si ad liberandũ, quia tunc mora nõ purgatur, vt infra tit.j.l.cum proponas.& ibi rationem assignaui. Item in pacto obligatorio attende,ne vltra clausulam adiciantur verba; exactionem vtriusque importantia:puta si dixit,quod toties pœna committatur, & exigi possit, quoties fuerit contractũ, rato manente pacto, quia tunc impeditur purgatio moræ,vt in tertia conclusione dixi, & hæc de

35 conclusionibus ex parte debitoris sufficiant. † Nunc ex parte creditoris videamus, & dico, quod ei purgare moram permittitur, vt actio etiam quæsita conseruetur, vt l. si ita quis. §. Seia. ff.de verb.obligat. Item,vt ei per neglectum rei pœna commutatur,& per consequens,vt actio sibi quæratur,vt l.Celsus.§.fin. cum l.sequen. ff.de arbitris. Item, vt ei per factum suum ius, & actio quæratur, quando tempus adiectum facto per eum fiendo est oneris augumentatiuum,vt ff.de statu liber.l.seruus.§ seruus.& l.cum hæres.§.fina. denegatur autem ei,quando tempus adiectum facto per eum fiendo est potestatis limitatiuum vt ff. de fideicom.libe.l.Thays. §.intra,& ratio huius,& præcedentus

36 per se patet. †Modo ad actus iudiciales,vel quasi accedamus,& prima conclusio sit ista,circa præparatoria, seu iudiciorum constructiua admittitur purgatio moræ, licet dies,& pœna sit adiecta ab homine. Hoc probatur per text. l.& si post tres. ff.si quis cautio.secundum vnam lecturam,per l.3.§.fin.ff.de iudicijs.Solu. quod isto casu non æquiparantur iudicia contractibus, in q-

b bus,his concurrentibus,mora non purgatur, [b] vt dixi in octaua conclusione,& est ratio, quia in iudicialibus fit interpretatio ex mente,& æquitate prætoris,quod non est in conuentionalibus, vt l.in conuentionalibus.ff.de verb.obligatio. Prętor igitur,quia summa æquitate nititur,l.quod si Ephesi. ff. de eo quod cer. loco.§.fi. interpretatur, vt si ius aduersarij non sit factum deterius, circa negocium principale, mora purgetur, & sic sola deterioratio iuris attenditur, vt d.l.& post tres. quod non est in actibus extraiudicialibus,vt ff.de penu lega.l.j.ver.nisi. & j.de cõtrahẽ. & committen.stipula.l.magnam. & ratio rationis potest esse in iudicijs, vt rei veritas, de qua dubitatur apud iudicem, deducatur in lucem. Item,quia in eis mora non est commissa circa aliquod totale, sed circa aliquod particulare actus totalis, & successiui, videlicet circa comparitionem fiendam coram iudice, ideo æquum est, vt ratione actus futuri explicandi, in quo mora commissa non fuit, mora circa actum præteritum commissa purgetur, sine cuius purgatione ad actum futurum procedi nõ potest. Hæ rationes cessant in actibus extraiudicialibus, quia in eis committitur circa rem ipsam totalem, quam non præstitit.

37 † Hæc conclusio licet procedat in iudicijs, tamen non procedit in arbitris compromissarijs,cum simplici pœna electis. Nam in eis purgatio moræ non admittitur : ratio,quia statim cum arbitrio non paretur, pœna committitur, & compromissum soluitur,vt ff.de arbit.l.si quis rem.& l.diem proferre. §. si quis litigatorum.& ibi no. Nõ ergo coram eo, qui arbiter esse desijt,mora purgari poterit,& ex hoc inferri videtur,qꝑ si in compromissi instrumento fuerit apposita clausula, vt toties pœna commutatur,quoties fuerit cõtrafactum, rato manente compromisso, tunc mora purgari posset, sicut in iudicijs, quia clausula illa facit durare compromissum,& sic quia arbitria ad instar iudiciorum sunt redacta,vt l.j.ff.de arbit.videtur,quod mora tunc purgari possit. In contrarium facit : quia licet ad vlteriora procedi possit, tamen æquitas arbitri nihil potest arbitrari, cum nullam iurisdictionem habeat, fed simplicem notionem ex partium conuentione: ideo,vt in conuentionalibus iudicetur,in quibus vide,quod dixi supra,in vltima conclusione:cogitandum relinquo. † Secunda conclusio, circa media causæ in iudicijs admittitur purgatio moræ,non obstante pœna intrinseca a iudice cõminata,nisi super ea sit sententia lata. Hęc conclusio quo ad primam partem probatur ex dictis in præcedenti conclusione, & in l.3.§.fina.ff.iudi.fol.quo ad secundam partem probatur: quia lata sententia super illa pœna comminata, cessat æquitas prætoris, per quam dixi purgationem admitti, & maxime vbi sententia traxerit secum executionem, vt in alijs conclusionibus

c dixi. [c] Pro ista illatione est casus, infra,de iuramen.calum.l. 2. §. quod si actor. vbi habes,quod siue contra actorem, siue contra reum de calumnia non volente iurare, iudex pronunciauerit eum cadere a causis,contra quem pronunciauerit,non auditur postea iurare volens. Idem dico in nolente respondere positionibus, vt si iudex comminetur, quòd eo non respondente ipse pronunciabit illas pro confessatis, quod si illo in contumacia perseuerante iudex pronunciauerit eas haberi pro confessatis, quòd is contra quem sic pronunciauerit, moram purgare non poterit, vt extra,de confess. c.j. lib.6. Idem dico in eo, cui sacramentum veritatis defertur, vt eo recusante sine iusta causa, & iudex super hoc contra eum pronunciauerit, nõ poterit postea velle iurare,& moram purgare, vt l.generaliter. §.finautem. in-

39 fra,de iuramen. calum. † Tertia conclusio, circa deciforia cau-

d sæ, [d] non admittitur purgatio moræ, vbi dies, & pœna sit apposita ab homine: secus si dies sit apposita a lege, & pœna ab homine : hæc conclusio apparet euidẽter vera in sententia arbitri, vt ff.de arbit.l.si cum dies.§.fina.cum l.sequen.& si hoc in arbitro: fortius in iudice,cuius efficacior est sentẽtia, vt infra,de arbit.l.j & ff.eod.tit.l.2.Et ratio diuersitatis inter deciforia,& præparatoria potest esse, quia lata sententia iudex est functus officio suo.ideo æquitas eius amplius non speratur,vt infra,depositi. l.3.sed in præparatorijs durat,vt §.dixi:alia ratio potest esse,quia per sententiam diffinitiuam mandatur,quid dari,vel fieri,quod datum, vel factum post se aliud nõ expectat, & sic mora respectu totalis actus reperitur commissa, qꝑ non est circa præparatoria,vt in prima cõclusione dixi. Item potest esse alia ratio:qa in sententia deciforia iudex operatus est æquitatem suam,& secũdum illa arbitratus est,dum tempus apposuit, infra quod iudicatũ solui mandauit,& sic non expectatur,vt amplius arbitretur:sed in comparitione, quam iudex mandat coram se fieri,nihil arbitratur fieri ex sua æqrate, sed potius exequẽt dispositionẽ iuris ciuilis,vel municipalis necessitãtis eũ,ad sic faciẽdũ. Ex

38 pdictis inferi, qꝑ si iudex in sua duos mẽses olim,hodie quatuor ad soluẽdũ cõdemnato pfixerit,& sic tps legale,qꝑ expsitio talis tpis nõ impedit morã purgari, qa nihil est arbitratus,ppria æqtate,sed aliena, puta iuris cõis est sequutus, cũ expressio eorũ,q̃ tacite insunt nihil operetur,vt l.nõ recte.j.de fideiuss. & ꝑ hac sua bene facit tex.ff.de re iud.l.4.§.si qs,& ibi gl.pe.hãc opinentit,

ADDITIONES.

a ¶Decima octaua conclusio. Tu uide de hac conclusione per istum in repetit. sæpe,allega.l.semel mora.in octaua conclusione affirmatiua. uersic.licet in conuentione pœnali.

b ¶Mora non purgatur. Adde Bal.in d.l.& si post tres.ff.si quis cau.& Mart.de percussio.in consi.uerba statuti,&c.

c ¶Dixi. Salyc.in repetit.sæpe alleg. l.semel mora.in 3. conclusione iudiciaria. ue. sic.circa media causæ.post hęc uerba.adde inferens ex ista conclusione, quod siue actor, siue reus noluerit de calumnia iurare, propter quòd iudex per sententiam suam pronunciauerit, nolentem iurare cadere a causa,& is, contra quem sit pronunciatum, & nõ poterit postea uolens purgare moram,& postmodum sequitur.

d ¶Circa deciforia causæ. Adde Bar.in d.l.si cum dies. §.fi. de arbit.alleg.in tex. & in l.si post tres, si quis cautio.

tit, & Bar. tenet hoc in l. 3. ff. de legat. j. Et ego etiam sequor. Sed
a dubitatur,[a] an idem sit in arbitrio, & dixit Bar. ibidem, q̃ non, qa
in eius sententia tempus legale non inest ex necessitate, sed ex
voluntate. cum ipse possit quantuncunque aliam diem statuere. & partes tenentur, vt l. diem. §. stari. ff. de arbit. ideo si illud exprimat, sua æquitate dicitur facere, & non aliena. quia pro libito poterat minuere, quod non est in iudice: ideo eo minus arbitrante lex supplet, vt d. l. 3. §. si quis. In contrarium fortiter facit, quia si arbiter de tempore nihil dixit, tacite videtur legale præfigere, vt in simili in l. si quis cum nullum. ff. de iure codicil. Item, quia & si tempus legale exprimat, nihil ab eo addit vel detrahit, & per consequens nihil proprium statuit, vt ff. de iustit. & iure. l. ius ciuile. Item, quia pariter vtriusq; sententiæ illud tempus inest ex legis dispositione. Item, quia iudex habet potestatem illud minuendi cum causa, vt ff. de re iudicata. l. 2. & ampliandi sine causa, vt d. §. si quis. & sic idem videtur dicẽdum in eo, quod
40 in iudice. † Quæro modo in casibus, in quibus purgatio moræ admittitur, vsque ad quod tempus purgare volens audiatur. & licet quilibet debeat formidare hanc quæstionem, sic generaliter propositam decidere, tamen in præsenti cohærendo eõclusionibus supra scriptis, mihi videtur sic dicendum. Et primo in creditore puto. & sic de præsenti: quia aut ad purgationem suæ moræ exigitur eum aliquid offerre. & tunc vsque ad modicum tempus iudicis arbitrio æstimandum, vt ff. de verb. obligatio. l. si quis. §. Seia. aut non exigitur eum aliquid offerre, & tunc potest quandocunque, nisi res sit perempta, vt ff. de arbit. l. Celsus. §. fi. & l. sequẽ. & ibi glossa. Vnum tamen hic no. quod creditor isto casu non potuit moram committere, nisi quia rem debitam nõ voluit recipere sine iusta causa: vnde petitio, quam postea facit debitori, non cõstituit illum in mora prius, quam cum illo fuerit litem contestatus: nam ex tunc, & non ante debitor incipit teneri de casu. & de hoc videtur mihi casus singularis in l. sed & si alia. ff. de constitut. pecu. licet aliter Rayn. intelligat illum tex. vt infra dicam. sed eius intellectus non videtur mihi sic amicari literæ. & si ita est, satis videtur inferri, quòd creditor per petitionem eius extraiudicialem non purgeret moram, cum debitorem non constituat in mora. quod est notandum. In creditore vero conditionali, & intelligo de potestatiua conditione habente tempus certum annexum: & tunc si illud tempus est appositum pro termino implementi conditionis, non habet locum quæstio nostra, cum tunc non possit moram purgare, vt supra dixi. Si vero illud tempus est appositum ad taxandum quãtitatem oneris iniuncti, tunc mora purgabitur quandocunque,
41 vt ff. de statu liber. l. tertius qui. §. seruus. & hoc in creditore † In debitore vero videamus primo, quando ab eo offertur id, quod petitur, vt est videre in obligatione dandi, & in quibus casibus mora obligatio non succedit ad aliud, tunc dixerunt glos. quod mora purgatur, vsque ad litem contest. non postea: ita not. in l. interdum. §. fi. ff. de verborum obligatio. & mouetur per l. insulam. in eod. tit. quæ hoc non probat, quia loquitur, quando aliud offertur. Ideo Iacob. de Rauen. Pet. & Cyn. in l. magnam. infra, de contrahen. & committen. stipulatio. quòd perpetuo purgatur. Quia per litis contestat. non tollitur facultas soluendi, quòd petitur, vt Instit. de perpet. & tempo. actio. §. fi. Sed Ray. contra eos dixit, quod casus erat pro glos. in l. sed si alia. ff. de constitut. pecu. Sed dubito an hunc intellectum tex. ille patiatur. Ad dictum §. fina. responder, quod illud quantum ad effectum sententiæ absolutoriæ ferendæ ab obseruatione iudicij. Bart. vero dixit, quod ante lit. contesta. per simplicem oblationem extraiudicialem purgat moram, & lite contesta. etiam purgat, sed requiritur, quod tunc in iudicio offeratur, argumen. ff. de procur. l. si reus. & ff. de pigno. actio. l. si rem. §. fi. & rationem sumit ex l. nihil tam naturale. ff. de regulis iuris. & l. prout quisque. ff. de solut. Et hoc quo ad purgationem moræ. Sed quo ad effectũ absolutoriæ consequendæ ab obseruatione iudicii, requiritur etiã consignatio, quæ vim solutionis obtinet, vt infra, de solu. l. obsignatione. & no. in d. l. si rem. & ita not. ipse in d. l. interdum. & l. si insulam. & quod de purgatione per oblationem fiendam in iudicio dixi, est bene notandum: tum quia locus moræ non videtur attendi: tum quia de facili non itur ad iudicem, quin mo-
42 ra sit prius commissa. † Secundo videamus, quando a debitore offertur aliud, quàm petatur. quo casu fac tria membra, aut id quod offertur fuit a principio in petitione, seu obligatione, aut solum in mera soluendi facultate, aut in neutro. & si in neutro non habet locum nostra quæstio: quia cum moram nõ purget, argumen. ff. de sol. l. Paulus. cum simil. frustra quæritur vsque ad quod tẽpus purgare possit: primo igitur casu dic, aut illa obligatio fuit efficax, & valida, aut inefficax, & valida: si valida, & efficax, & tunc si iam super petito erat in mora, purgare poterit vsque ad litem contest. non postea, vt ff. de penu. lega. l. i. in prin. & de verb. obliga. l. si insulam. nisi de aliquo minori tempore caueretur in l. sinautem prius non erat in mora, sed per lit. contest. mora fuit inducta, tunc potest vsque ad sententiam, argumẽ. eorũ, quæ not. infra tit. j. l. sine apud acta. & in l. si maior. facit quod in sequẽti membro dicam, sed si inualida, & inefficax, vt est cõuetio nuda, & tũc aut causa illius obligationis inualidæ non est productiua alicuius exceptionis, & tunc potest vsque ad sententiam, vt in hac l. si pacto. & est ratio, quia ante lit. contesta. seu motam proprie non potest esse in mora, vt ff. de regulis iuris. l. nulla mora. cum simil. licet quasi mora dici possit: ideo per lit. contesta. ab offerendo ipsum principale non excluditur. Aut causa illius obligationis inualida, est productiua alicuius exceptionis, quia ex causa transactionis est facta, & tunc quia oblatio moræ purgatiua habet cohærere exceptioni: ideo de ea iudicandum est, fieri possit vsque ad tempus, quo exceptio opponi potest, & ideo tunc considerari oportet, an exceptio opponatur in vi peremptoriæ, vel dilatoriæ, an ante lit. contesta. vel postea, quæ declara, & prosequere, vt scripsi in d. l. siue apud. in vlti. quæstione. & hoc de primo membro quod est, quando id, quod offertur, fuit in obligatione. Secundo vero casu, quãdo fuit solum in mera soluendi facultate: dicunt aliqui, aut contenuitur ex facto alieno, & potest purgare etiam post sententiam, donec lis sit contesta. super actione iudicati, vt ff. de petit. hæredit. Item venisunt. §. idem rectè. aut ex facto proprio, & tũc potest, donec super petito sit lis contest. non postea, vt infra, de so. l. si quis stipulatus sit decem in melle. Ratio diuersitatis, quia maiori venia sunt digni, qui laborant alieno morbo, quam qui proprio, vt infra, de naturali. lib. l. legem. contra istas facit ff. de doli excep. l. fideiussor cuiũctionis. vbi fideiussor purgat moram post sententiã, & tunc ex propria obligatione tenetur, vt l. blanditus. infra, de fideicõ. & licet dicant, quòd ibi proprie non tractatur de aliqua purgatione moræ, quia fundus, qui offertur, est pars interesse, quod petitur, tamen non bene dicunt: quia idem haberemus dicere in l. insulam. de verb. obligatio. Nam, & ibi insula, quæ offertur est pars interesse, quod petitur, tamen dicimus, quod ibi de purgatione moræ tractatur. Alij dixerunt, aut hanc facultatem habet a lege, & tunc habet locum, § idem recte. aut habet ab homine, & habet locum, §. si quis stipulatus. & secũdum primum membrum potest intelligi d. l. fideiussor. & istam opinionem sequitur Bart. Ego puto cõuenienter dici posse, aut in casu nostro, quis tenetur ex facto proprio, & propter factum proprium, & habet locum l. si quis stipulatus. aut non ex facto proprio, sed propter factum alienum, & habet locum d. l. fideiussor. & infra eo. l. sancimus. aut ex facto alieno, & propter factũ alienum, & habet locum §. idem recte. prædicta in conuctionalibus, vel quasi.
43 † Nunc ad iudiciales accedamus, in quibus dic, q̃ in stipulatione de iudicio sisti reus principalis purgat vsq; ad tempus positũ in l. si post tres. ff. si quis cautio. fideiussor vero vsq; ad tẽpus positũ in l. sancimus. j. de fideiusso. & sibi magis tẽpus tribuitur, qa laborat alieno morbo, arg. j. de natu. liber. l. legem. Et in stipulatione de defendẽdo purgat vsq; ad tẽpus ferendę sentẽtię super interesse, vt ff. iudi. sol. l. 3. §. fi. & l. seq; & in hac, ideo maius tẽpus conceditur, q̃ in præcedenti, quia illa cõmittitur solũ ad interesse particulare illius desistentię tantum: sed hæc, quę intelligitur vsq; ad sententiã inclusiue, statim cõmittitur ad totale interesse non expectato, q̃ totũ tempus transeat, infra q̃ causa potuerit expediri contra naturã regularis obligationis facti, vt j. de verb. oblig. l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. & ideo aliud pro eo inducitur, vt vsq; ad sententiam purget moram, argu. l. eum qui. in princ. ff. de iureiurã. In stipulatione vero de parendo sententiæ purgat vsq; ad tempus appositũ in l. si cum dies. §. fi. ff. de
44 arbitris. & hoc de quæstione prædicta. † Viso in quibus casibus mora purgatur, vt in conuentionibus, & vsque ad quantũ tempus, vt in qõne præcedenti: nunc videamus, quæ in purgando
b moram requirantur, [b] & respõdeo, quod ex parte debitoris requiritur, vt res debita creditori offeratur congruo loco, & tpe, vt ff. de solutio. l. si soluturus. & vt interesse particulare cum ipsa re offeratur, vt in 6. conclusione dixi. & ecõtra ex parte creditoris suã morã purgare uolentis requiritur, vt cõgruo loco, & tẽpore interpellet suum debitorem, & cõgruitatem istam declaraui plene in repetitione mea l. si ex legati causa. ff. de uerborũ obligationibus. & ultra ibi attende, quod ad purgationẽ requiritur quandoque, quòd petitio fiat in iudicio, & a iudice, ad cuius mandatum res fuit penès tertiũ deposita, seu consignata, & eõ, quandoq; ex parte debitoris oportet, quod offerat in iudicio secundũ Bart. ut dixi in distinctione præcedenti, & secundo
45 membro. † Quæro quarto, quia prædicta habent locum, quãdo propter neglectum mora est commissa, quid si, propter cõmissum, & malefactum mora fuerit cõmissa, an tũc locus erit pur-

gationis.

ADDITIONES.

a † Sed dubitatur. Salyc. in sæpe alleg. l. semel mora. in repetit. d. l. ff. solu. matrimo. in 2. q. princ. facit de hoc quartam conclusionem iudiciariam, uer. licet in præparatorijs.

b ¶ Quæ in purgando moram requirantur. Barthol. Salyc. in sæpe allegata l. semel mora. in repetitio. d. l. nu. 4. quæstio. principali. format hanc quæstionem, & in proprijs ferme terminis illam decidit, ut hic, de quo per eum, in repetit. l. si ex legati causa. ff. de uerb. obligatio.

gationis moræ. & dixit And. de Pisis, quod non, & pro hoc inducit l. cum filius. §. in hac. ff. de verborum obligationibus. cum ibi not. vbi patet, quòd ad eius purgationem restitutio ratione ætatis, vel ex clausula generali est necessaria. & sic iure communi non purgatur. Item induxit ff. de posti. l. ?. §. fi rem. & in 10. coll. in titulo, quid iuris sit, si post aliena. feu. vasal. illud recuperet, vbi vasallus, qui illicite feudum alienauit, licet illud recuperet, non potest retinere iure feudi. & sic malefactum non potest purgari. in cõtrarium facit ff. loca. l. in lege. § colonus. quòd Bar. dixit, aut factum momentaneum est in obligatione, vt rem restitui, & non purgatur, vt in §. si rem. & in casu supra allega. 47
a aut factum successiuum. sicut quando quis tenetur ad patiendum alium ire, vel agere, vel fundo suo vti, vel frui, & tunc contraueniens potest purgare intra modicum tempus, vt d. §. colonus. Et quod glo. dicit in d. l. cum filius. quòd restitutio est necessaria, intelligit ipso transacto tempore ad purgandum moram concesso. Sed attende, quia contra membrum primum videtur casus ff. de seruis fugitiu. l. j. §. j. ff. quod metus causa. l. si cum exceptione. §. satis clementer. & ff. de public. l. j. §. quod si fecerit. & §. ex hoc edicto. in princip. & contra secundum videtur tex. in d. l. cum filius. §. in hac. vbi text. videtur velle, quod promissor nullo modo purget moram. sed eius hæres purget factum proprium, mediante restitutione in integrum, vel propter ætatem, vel propter iustam ignorantiam: quia in ius succedat alterius. Ideo mihi videtur aliter dicendum, & plenius, quia aut quæritur in obligationibus descendentibus ex delicto: aut ex contractu præambulo: primo casu, aut uult purgare moram, ut ammodo periculum rei non spectet ad ipsum, & potest, ut l. parui. ff. de condictio. furti. aut ut euiter pœnam committendam. & sic impediat eam committi, & potest, quandocunque ante eius commissionem, ut d. §. satis clementer. facit l. cum qui. in princip. ff. de iureiurand. aut ut euitet pœnam iam commissam, & sic punitionem euadat: & tunc, aut pœna nondum erat commissa a principio suæ moræ, sed ex post facto eo in mora perseuerante, & tunc non purgat moram, ut d. §. satis clementer, & hoc operatur eius indurata pertinacia: aut pœna fuerat commissa ab initio sui malefacti, & sic actio pœnalis a principio, & tunc aut malefactor fuit incitatus a re, & tunc purgat moram usque ad uiginti dies, non postea, ut ff. de ser. fugit. l. j. §. j. aut non fuit a re illa incitatus, & tunc aut delictum, ex quo actio illa pœnalis causatur, erat ordinarium, & tunc nullo tempore purgat moram, ut euitet pœnam, ut ff. de fur. l. qui ea mente. & ff. ui bo. rapt. l. j. Aut erat extraordinarium, & tunc mora purgatur, ut ff. de public. l. j. §. quòd si fecerit. & usque ad sententiam, ut in eod. tit. l. hoc edicto. facit ff. de alie. iudi. mutan. causa fac. l. ex hoc. d. l. penulti. & ibi glo. pro ista diuersitate, licet ibi non tractetur de purgatione moræ. & hoc in obligationibus
46 descendentibus ex delicto. † Secundo ergo casu, scilicet in obligationibus descendentibus ex contractu ad malefactum præambulo: dic, aut propter malefactum res non potest reduci ad pristinum statum, ut est uidere, quando debitor rem debitam interemit, quo casu moram committit, l. si ex legati causa. ff. de uerborum obligationibus, & tunc moram non potest purgare, ut euitet interesse, uel pœnam conuentam, ut ex solutione sequentis quæstionis apparebit. Aut res potest in statutum primæuum reduci, & tunc aut executio pœnæ est facta ipso iure a l. tunc mora non purgatur. ita potest intelligi d. c. quid iuris. in tit. si post aliena. feu. vasal. illud recuperet, nam per alienationem ipso iure perdidit utile dominium. & transfertur in dominum, ut in tit. de alie. feu. c. si clientulus. circa princ. & in tit. quæ sit prima causa benefi. amit. c. i. §. pe. nimirum igitur si ibi mora non purgatur, vt dixi in 4. conclus. licet, & aliter intelligi possit tex. ille, vt statim dicam. Aut executio pœnæ non est facta a lege, & tunc aut factum momentaneum erat in obligatione: aut successiuum: si momentaneum, & tunc, aut quæritur, an per simplicem actum priori contrarium, a quo fuit mora causata, purgetur ipsa mora respectu rei, circa quam dicitur commissa, & dico, q̃ non, vt l. i. §. si re. ff. deposi. & ita potest intelligi etiam d. cap. quid iuris, &c. Aut quæritur, an per ipsius rei recuperatæ oblationem possit purgari, vt ammodo periculum eius spectet ad recipere nolentem. & dico, q̃ sic, vt l. parui. ff. de condi. furti. nec hoc vetat litera in d. §. si rem. Si successiuum, & tunc verba Bart. possunt locum habere, vt infra paucos dies posit, non postea, vt d. §. colonus. vel, vt puto verius, in facto successiuo. Dic, aut propter illud factum statim fuit commissa obligatio ad totale interesse, & tunc admittitur purgatio infra modicum tempus, non postea, vt d. §. colonus. aut fuit commissa ad particulare interesse tantum, & tunc non purgatur, vt d. l. cum filius. §. in hac, cum glo. sua. ff. de verb. obligatio. Ratio primi, quia vnum aliud pro eo inducitur, &c. vt l. eum qui. in princ. ff. de iureiuran. Ratio secundi, quia ex simplici oblatione non desinit illud particulare interesse. & ideo si volet purgare, necesse habet etiam illud offerre, vt dixi in §. conclusione. q̃ si illud nolit soluere: tunc necessaria erit in integrum restitutio. vt in glo. d. §. in hac. Vel aliter, aut commissa est obligatio ad interesse, & habent locum prædicta: aut ad pœnam conuentam, & tunc non purgatur mora. nisi mediante restitutione, vt d. §. in hac. cum glo. sua. Ratio, quia in pœnis non consideratur interesse, vt ff. de verb. obligatio. l. stipulatio ista. §. alteri. Item, quia mitius agitur cum l. quæ facit teneri ad interesse. Non ob. quòd dixi in 13. conclus. vbi dixi moram purgari, vbi est pœna, & non dies: quia ibi, quãdo propter neglectum est commissa, hic quãdo propter factũ, quod censetur gratius, vt not. in l. si mora. ff. solu. matrimonio.
47 † Quæro quinto, quia constat, q̃ vbi res perit, post moram, licet
a infra tempus purgationis, perit periculo morosi, [a] vt ff. de solu. l. qui decem. cum simil. an possit reus purgare moram offerendo æstimationem, sicut poterat offerẽdo rem ante eius perempionem, & dicit Bar. per tex. ff. de legat. j. l. cum res. versũ. item si res. Item, quia subrogatum, &c. vt ff. si quis cau. l. si eum. §. qui in iuriarum. cum simil. sed mihi videtur, q̃ d. l. eum res. coniuncto principio cum illis potius faciat ad oppositum, nec ratio de subrogato vrget: tum quia in particularibus pretium non succedit loco rei, vt ff. de furt. l. quas, in fi. & no. in l. si rem, & preciũ. ff. de petit. hered. tum quia hoc precium non est a partibus subrogatum, sed ex necessitate peruenitur ad illud in odium morosi. tale ergo odium sibi non debet afferre premium, vt ff. de negoc. gest. l. siue hereditaria, cum concordantijs. Discutio igitur istam quæstionem in duos casus. Primus est, quãdo res perit culpa, vel facto debitoris. Secundus, quãdo sine eius culpa. primo casu dico, quod offerendo precium non purgat moram. Primo, quia purgatio moræ conceditur ex æquitate. l. si seruum. §. sequitur. ff. de verb. oblig. sed æquum non est, vt qui moram commisit, & postea nouam culpam adhibet, per quam facit, vt rem non possit offerre, per cuius oblationẽ debebat moram purgare, auditur volens pro purgatione precium offerre, imò æquitas suadet contrarium. Secundo, quia si aliter dicatur, moroso dabitur occasio vltra moram iã cõmissam malignandi, & peiora prioribus accumulandi, cõtra l. scire oportet. ff. de tuto. & curat. da. ab his. & l. scire. j. vt in poss. legatorum. malignitas apparet, vbi ex noua eius culpa siue causa legitima res periret. Tertio, quia reiteranti delictũ augmentatur pœna, & ẽt reiteratur. §. de Episc. audi. l. 3. & j. de ser. fug. l. quicunque. & ff. de pe. l. si quis diutino. ergo, & in casu pœna est aggrauãda. & sic benignitas l. cõtra quam cõmisit, eũ non iuuet, nec ei prosit, vt l. auxilium. ff. de minõ. Et his rationibus teneo, q̃ isto primo casu offerendo preciũ non purget morã, si nõ offerat totale interesse, qn pœna totalis propter morã cõmissam exigatur, & propter hoc bene facit d. l. si seruũ, in prin. & in §. sequitur. Secũdo vero casu, qñ res perit absq; noua culpa ipsius morosi: tunc dico, quod in casibus, in qbus morosus liberatur in totũ, quod est qñque, vbi eodẽ modo res fuisset interemptura penès actorẽ, quæstio nostra locũ nõ hẽt: quia tũc nõ est necessaria aliqua precij oblatio: sed in casibus, in qbus nõ liberatũ, q̃ est regulare, vt scripsi plenius in repetitione mea, l. quod te. §. certũ petatur, pcedit qõ. & tunc licet opinio Bart. videatur locũ habere, tamen verius puto nõ posse ẽt tũc moram purgare, vt pœnã iam cõmissam euitet, quia sic discuterem oẽs leges de hac materia loquẽtes. Primo, qa mora purgãt, qñ offeretur id, quod ante moram debebatur, vel quid aliud, quod tũc fuisset in soluendi facultate, sed precium nõ erat huiusmodi, ergo &c. Secundo, quia non precium petitur: sed res ipsa, licet in precio fiat executio in necessitate rei peremptæ, & in odiũ morosi, vt ff. de verb. oblig. l. si seruũ. §. fi. tale igitur odium non debet ei afferre premium, vt in præcedẽti dixi. Concludo ergo, qd̃ vbi res extaret, ipse purgaret moram, & pœnã euitaret: qa nunc re perempta non põt purgare, vt pœnã euitet. & sibi imputet, q̃ casum istũ expectauit. & pro hoc bene facit, ff. de verb. obli. l. ita
48 stipulatus. in fi. † Quæro sexto, & vltimo quos effectus purgatio morę producat. Respõdeo, quod purgantẽ exuit a periculo rei: & illud trãsfertur in aduersariũ, vt l. semel. ff. solu. mat. Itẽ quod fortius est, vbi ante morã tenebatur de leui culpa, & post morã delata, & dolo, per purgationẽ desinit teneri de leui in omittẽdo cõmissa: de cõmissa vero in cõmittendo tenetur, vt prius, qd̃ hoc preponderat, vt ff. ad l. Agl. l. si seruus seruũ. §. si maritus. & hoc no. ff. solu. mat. l. si mora. Itẽ liberat a pena cõmissa, nisi quatenus cõcernat interesse, vt dixi in §. cõclusione. Item vbi, ppter moram tenebatur de fructibus percipiendis, vt j. de lega. l. cum res. & j. de vsufru. lega. per totum: per purgationẽ desinit teneri de percipiendis, quia de negligẽtia desinit teneri, vt ff. solu. mat. l. si mora. Item vbi vsuræ currebãt propter moram, nũc desinũt currere earũ cessatione, similiter si quæ currebãt ex cõuẽtione, illæ desinunt currere facta consignatione, vt j. de vsuris. l. accep-

tum.

ADDITIO.

a ¶ Perit periculo morosi. Adde Do. Soci. consi. 213. incip. in præsenti consultatione. uer. circa. ultimum concludo, in fine. in 2. parte. 88. & istis adde eundem. Salyc. in terminis in repetit. l. semel mora. ad finem. in 6. q. principali. uer. quæro autem. de sexto principali. ff. solu. matri.

ptum. & infra, de solut. l. assignatione. Aliquos alios effectus potes colligere in illa distinctione, quam feci super quarta quæstio. & si quos alios reperis, hic adde. & hæc sufficiant de hac profunda, & subtilissima materia. Laus sit nostro creatori.

LEX XV.

1 *Pactum facultatem testandi impedens, est inualidum. & nu. 3.*
2 *Pactum inter patrem, & filium, an valeat.*
4 *Pactum de quærenda successione, quando valeat.*
5 *Pactum de succedendo, vel non, an possit iuramento firmari.*
6 *Pactum iuramento roboratum filiæ obstans, an præiudicet nepoti ex ea vendicanti successionem.*

a 1 **Pactum quod dotali.** Casus. † Pactum, per quod impeditur libera facultas testandi, non valet. hoc dicit. Vel magis ad literam. Pactum, per quod pater in instrumento dotali promittat se instituturum filiam, æqualiter cum fratribus, non valet. hoc dicit, quòd no. vt contemplatione talis pacti, filiam alterius non ducas in vxorem. Item not. secundum aliquos, quod libertas vltimi arbitrij fauorabilior est, quam causa dotis. Item quod hæreditas viuentis non potest in dotem dari tota: nec eius quota. Item no. glo. fi, hic positam, quæ hanc l. generaliter intelligit in omni eo, quod debet esse liberi arbitrij de iure. Item not. quod tex. dicit, neque vnam obligationem, ex quo nota, quod naturalis, nec ciuilis nascitur, reprobatur enim tanquàm contra bonos mores, vt ff. de verborum obligatio. l. stipulatio hoc modo concepta. ideo nullam vim habet, vt supra eod. l. pacta, quæ contra. Opponi. quod ista lex sit de indubitabili, neque ratio infringendi liberi arbitrij, non fuerit causa sic decidendi, sed alia, videlicet, quia instrumentum dotale, & pactum fuit inter generum, & socerum. Igitur maritus vxori non potuit querere obligationem, vt ff. eod. l. rescriptum. §. fi. & de verb. obligatio. l. stipulatio ista. §. alteri. & si fuisset inter vxorem, & maritum patri ex tali pacto nullum potuisset fieri præiudicium, vt j. eod. l. pacto successorum. quin mò cum pacis centium. alteri non fuisset aliquid dandum, vel faciendum, non fuisset peccatum, vt ff. eod. l. i. §. i. ergo, &c. Solu. ꝓ non fuit inter illos. sed inter patrem, & filiam fuit initium, vt hic in glo. i. & sic non vendicant sibi locum rationes prædictæ. sed aliæ in notabilibus positæ. & quas j. subijciam. † Oppo. tunc secundo, quod alia ratione valeat: quia inter patrem, & filiam non valet pactum, vt ff. de condict. indeb. l. frater a fratre. §. quæsitum. & sic non vitietur ex eo, quia sit de futura successione tantum. Solu. ꝓ ibi quando est in potestate, hic sui iuris, vt in glo. 3. Oppo. tertio, & extra. ꝓ pactum valeat, vt Instit. de legi. agna. succ. §. fi. Solu. quod ibi valet quia suo beneficio repellitur a succedendo. hic secus. ne igitur retardet beneficium, l. admisit pactum, vel secundum Bart. ibi pactum de successione consertanda, hic de finienda, & quærenda. non enim hic conseruat, sed quærere & patrem ad hoc necessitare intendit. ideo lex non sic fauet. † Vt tamen ista materia latius liqueat, præmitto cum Bart. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obliga. ꝓ interdum pactum est de futura successione conseruanda. interdum de futura omittenda, vel renuncianda, interdum pro futura quærenda, vel facienda. interdum de futura obuenienti certo modo disponenda. primo casu dicit Bart. ibi, quod pactum valet, vt Instit. de legi. agna. succ. §. fi. quod intelligo, quando suo facto, & legitimo, seu a iure permisso perdebat ius succedendi. vt erat ibi per emancipationem. secus si non suo facto, quis esset exclusus a succedendo, sed aliquo iuris rigore: quia tunc pactum nil prodesset. quia nec si ille vellet eum instituere, posset facit in 10. col in tit. de succ. seu ca. vno. & idem si facto culpabili, quod a testatore non posset remittit: secus si remitti posset, vt ingratitudo, vt j. de reuoc. don. l. fi & j. fam. erc. l. in ipsius, quia tunc pactum prodesset, vt ingratitudine non obstante succedere posset, quod intelligit ipse de præterita, quia futura remittere non posset. quia inutiaret ad delinquendum, vt ff. eod. l. si vnus. §. illud. & sic esset contra bonos mores. Quod no. pro pactis appositis in instrumentis donationum, quibus, p
b mittitur illas non reuocare propter ingratitudinem,[b] quia non tenet. Item ex prædictis no. ꝓ pactum non prodest, vbi nec per testamentum institui potest, quod deducit Bar. j. co. l. fi. ad quæstionem. Statuto cauetur,[c] vt filia dotata non succedat ab intestato. id que filijs masculis existentibus: sed ex testamento sic, in eo, ꝓ sibi relinquitur. modo pone, ꝓ tempore, quo dotatur, ipsa reseruat sibi ius succedendi. videtur tunc, quòd pactum valeat, & vires operetur secundum eum, ꝓ intellige si fratres consenserunt pacto. alias secus. quia filiorũ fauore, & priuilegio, l. statuti facta est. ideo eorum consensus ad tollendum est necessarius. facit in simili l. 2. cum ibi no. j. vt in po. leg. Secundo casu, quando pactum est super successione omittenda, & sic de non succedendo: tunc aut delictum fuit pacto admixtum, & tunc
4 valet pactum, vt non tam virtute pacti excludatur, q̃ vigore delicti, vt ff. si quis a paren. fu. ma. l. i. §. fi, vel pares. i. repo. Aut delictum non est pacto admixtum. & tunc pacis cens solum vigore contrarij pacti admittebatur, vt olim pater emancipans filium contracta fiducia, & tunc per pactum repellitur, vt d. §. fi, vel parens. 2. rñ. & no. j. de colla. l. pactũ. Aut pacis cẽs, alias sine pacto admittebatur, & tunc pro cedit vna solutio posita in l. si quãdo, j. de inoffic. testa. q̃ approbat Bar. in d. §. videlicet, ꝓ aut pacis cẽs tantũ percipiebat in vita, quantũ sibi occasione legitimæ deberetur, & tunc pactum valeat, vt d. §. fi, vel parens. 2. rñ. & ff. ad l. Falc. l. cum quo. §. fi. Aut minus percipiebat, & tunc de iure ciuili non valet pactum, vt d. l. si quando. & j. de coll. l. pactum. Hoc vbi nullũ interuenit iuramentũ. vbi vero interuenit, infra subijciam. † Tertio casu, quando pactum est de successione quærenda, seu fienda, & tunc pactũ non valet, vt hic, & j. eo. l. licet. & j. tit. j. l. cum donationis. in fi. l. licet, militis fauore valeat iure vltimæ voluntatis, quandoque, vt d l. licet, an aũt in vim conditionis vel modi talia verba possint apponi, not. in d. l. cum donationis. Quarto casu remitto ad l. fi. j. eo. & quæ ibi dicam, quia illius l.
5 d est materia. † Quæro modo, an pactũ de succedendo, vel de non succedendo validetur iuramẽto.[d] Plac. dixit, ꝓ sic, arg. authẽ. sacramenta. j. si aduer. vend. Accur. ꝓ nõ per l. nõ dubiũ. §. de legi. & auth. quod eis. j. de nup. & hoc no. in l. pactum. j. de colla. Cano. dicũt pactũ de succedendo non validari iuramento, qa illud est contra bonos mores, & nutrit peccatum. Pactum vero de nõ succedendo sic: qa illud nõ nutrit peccatum, nec creditur ꝗ bonos mores præstitũ, sed ea rõne creditur improbatum, quia pro modico de præsenti dato multũ remitteretur sperata in futurũ, & pro hoc dicunt esse tex. extra, de pactis. c. 2. lib. 6. Sed attende, dñs meus dixit, ꝓ Canonistæ sic late loquentes nõ sunt imaginati bene, ad quod declarandũ oportet nos inuestigare rõnes, quare pactũ de succedendo est improbatum, & ꝗ bonos mores reputatũ. & ratio est quadruplex secũdũ eũ. Prima, quia necessitat qs ad id, quod liberi arbitrij esse debuit, vt hic, & §. de sacrosan. eccl. l. j. Secũda, qa inuitat ad captandũ mortẽ alterius, vt j. tit. j. l. de fideicõ. Tertia, quia nedũ inuitat, sed ẽt de facto parat insidias vitę, quod est pnicioſum, & graue, vt j. eo. l. fi. Quarta, qa ꝗ ius sanguinis, & nõ inducit odium irrationabile, vt ff. de accepto. l. fi. Et ex his apparet, quod est ꝗ ius diuinũ naturale gentium, & ciuile, nutriens peccatũ: ideo omni iure improbatũ nõ validat p sacramentũ, vt de iureiurã. c. cũ contingat. & j. de nup. auth. quod eis. In pacto aũt de nõ succedẽdo hę rõnes, vt plurimũ vendicãt sibi locũ, ergo idẽ ius statuendũ, & ꝓ vendicẽt sibi locũ, patet p distinctionẽ specierũ, & causarũ: nã vt dixi in specie, pacis cebaur, ne ei ex testõ posset succedere. Et tale pactum tria ꝑfida induceret. Primũ, qa liberũ minueret testõri arbitriũ pacis cẽtes instituẽdi. Secundũ, qa auferret ei instituto facultatẽ adeundi. q̃ dẽt eẽ in eius libero arbitrio, vt Instit. de hęred. qual. & differẽtia. §. vlti. ff. de acq. hęre. l. qui in alienam. §. fi. Tertiũ, qa inducit,

A D D I T I O N E S.

a ¶ Pactum. Limita. hanc l. secundum Do. Iaf. May. hic, ut procedat, quando pater fecit postea testamẽtum, in quo solos masculos hæredes instituit, prout proprie loquitur ista l. si autem ab intestato decessisset, ista pactio inter filios seruaretur ab intestato loco vltimæ voluntatis patris. l. fin. infra, familiercisc. & alia æqualiter succederet cum fratribus, dato quod extaret statutum, quòd extantibus masculis fœminæ non succedunt, secundum D. Alexan. hic. pro quo adde bo tex. in l. hæreditas. in uerbo, uice testi. infra, de pactis conuen. quamuis contrarium teneant Paul. de Cast. & Dom. Ant. & Alexan. hic. secundo limita inter milites, ut est tex. singul. in l. licet. infra eod. tertio a paritate limita in pia causa, secundum Bal. in l. cum. eod. quarto limita, nisi per statutum de consuetudine tale pactum validaretur, secundum Bal. in l. Archimedoram. per tex. in c. si nati. in uerbo, usu admittitur: si de feud. fuer. controuer. inter dom. & agnatum. & idem Bal. in l. de quibus. in 2. colum. ff. de l. facit quod pulchre uult Imo. in l. ille autem ad fin. ff. de hæredib. instituen. quòd inter fratres quos uulgo iuratos, dicimus, pactum de succedendo ad inuicem firmaretur consuetudine, uel statuto, sicut l. statuit in militibus. d. l. licet infra eod. & ex his adde quod infert Do. Iaf. May. quòd plus potest consuetudo, uel statutum, quàm pactum iuratum patet, quia pactum de succedendo non firmatur iuramento, ut prædixi. Sed bene consuetudine, uel statuto. & hæc conclusio sic bona, uel non, uide hic plene per eum. & ad prædicta uide Do. Soci. hic.

b ¶ Non reuocare propter ingratitudinem. Spec. in tit. de donatio. Bal. in l. fi. colum. 3. in j. q. infra eod. & in l. fi. uersic. extra quæro. infra, de bon. quæsiber. & Alexan. in l. stipulatio hoc modo concepta. ad fi. ff. de uerb. obligatio tenet, quod ualet cum iuramento, idem no. consi. 39. volu. 4. secundum Ioan. And. in addit. ad Spec. tit. de donat. §. j. uersic. quid si actum sit. & in quemadmodum, extra, de iureiurando.

c ¶ Statuto cauetur. Sed ob extra quæritur, quare statutum attendendum ẽt circa successiones ex testamento, uel ab intestato, an statutum loci, in quo testamentum celebratum est, t. domicilij, an loci originis, seu loci hæreditatis adeundæ, uide pul. hre per Do. Soci. consil. 36. incip. recte, ac maturè uersic. uerum prædictis non obstat. circa prin. cum seq. in j. parte, char. 72.

d ¶ Validetur iuramento. An pactum de non succedendo cum iuramento uallatum uale. ꝓ nu. l non, adde Bart. in l. qui superstitis. de acq. hæredit. & Paul. de Cast. consi. 37. & Bal. in l. pactum. in 4. col. in q. 18. infra, de collatio. ubi quòd de iure ciuili non ualet, sed secus esset de iure canonico, per cap. de pact. in 6. idem tenet Bal. in c. j. §. moribus. si de feu. fue. contro. & in c. j. §. si quis. de feu. da. in vi. le commu. sed Alex. de Imo. in l. stipulatio hoc modo. de uerborum obligatio. dicit contra Bal. & quòd opin. Bal. est uera, & communis etiam apud Canonistas, quando ex eo inducitur priuatio facultatis testandi.

inducit, & nutrit illud odium irrationabilis voti mali reciproci
unius ad alium. ergo his attentis tale pactum non debet validari per iuramentum: aut dixit, quod ei non posset ab intestato succedere, & simili modo prædicta inducit ab intestato, & odium nutrit, maxime in filio contra dictum Apostoli ad Galatas 4. si filius, ergo hæres, & ad Corinthios 13. dicitur parentes filijs thesaurizare debent, & idem in sanguine coniuncto, ut not. ff. de bon. damn. l. cum ratio. Aut dixit, quod ei non posset succedere contra uoluntatem, & testamentum. & ad hoc inuitat patrem contra charitatem, & nutrit impietatem; contra rationem naturalem, & ciuilem, quinimò & diuinam: unde Augustinus, qui uult alium instituere, & filium exhæredare, alium quærat Consultorem, quàm Augustinum, ut not. supra, de Episcopis, & clericis. l. si quis ad declinandam. & sic nec isto casu ualidari debet iuramento. Aut pacis citur filia, ut do-
a te contenta,[a] amplius ad bona paterna non habeat regressum, & tunc firmatur iuramento, ut d. cap. quamuis. & est ratio, quia non auferitur patri liberum testandi arbitrium: quia filiam non prohibetur instituere, nec instituta prohibetur, cum tale sacramentum non uideatur exactum, nec præstitum, quando pater eam instituendo uocaret, ut ff. qui & a quibus. l. fina. & ff. de bonis liber. l. si patronus non aluerit libertum. nec nutrit impietatem propter dotem iam receptam, quæ exiuit de patrimonio patris, quod imo forte, nec succedere prohibita uidetur ab intestato, nisi extarent fratres: uel alij liberi, quorum contemplatione pater uideretur hoc pactum exegisse, ut infra, de collatio. l. peccatum, nam his extantibus pater ab intestato non uidetur eam uocare, sed in primæuo proposito exclusorio persistere, quod secus est illis non extantibus, quia uerba generalia debent sic restringi, quod non uideatur quis alienam potestatem suę anteponere, ut infra, de institutio. & substitutio. l. generaliter. §. cum autem. & de fideicomiss. l. cum acutissimi. Item quia renunciatio contemplatione personæ facta ultra illam non extenditur, ut ad Velleianum. l. iubemus. & per istum modum restringo dictum cap. quamuis. ut non habeat locum, quando filia sit dotata, uenireet ex iuratione expressa, uel tacita, quæ non habeat contra se præsumptionem aliam sibi oppositam, quia illa præsumptio coniuncta cum pacto, vt sortius excluderet omnem aliam tacitam uoluntatem. Sed indistincte habet locum, quando veniret cõtra patris voluntatem. Hæc nota pro intellectu dicti cap. & pro hoc facit, quòd not. Bart. ff. de operis noui nunciatio. l. prima. §. & posset in quadam
6 quæstione ibi per eum formata in fi. quæstionis. † Quæro modo suppositio, quòd iuramentum obstet filiæ, nunquid obstabit nepoti ex ea successionem vendicanti. & videtur quòd non:
b quia iuramentum est personale,[b] vt not. Innocen. in cap. veritatis. extra, de iureiuran. Item quia proximo exclusio, etiam in querela, locus est successorio edicto. ff. de inofficio. testamen. l. si pater. Item quia nepos venit ex persona priore. ergo sibi non obstat renunciatio materna, argumen. ff. de contrahenda. l. non tantum. §. fi emancipatus. & de bonis libert. l. si ex patronis. in fi. & maxime si non est hæres matris, per notata in l. cum a matre. infra, de rei vendicatione. & pro hoc vitimo videtur text. in d. cap. quamuis. extra, eodem libro 6. in fine. dum text. dicit, nec redundet in alterius detrimentum. & fertur, quòd hoc tenebat Paul. de Leazaris, maximus Doctor Decretorum. In contrarium est glos. Ioann. Andr. ibi posita, quid dicendum? ista quæstio videtur determinanda per notata in parte per Doctor. infra, de liber. & eorum libertis. l. secunda. in illa quæstio. an delictum filij circa feudum commissum, viuo auo noceat nepoti. Ex illo dicamus, ergo sic: aut filia decessit viuo patre: tunc nepos non repellatur, quia ex propria venit persona, vt in supra allega. & specialiter illa, si ex patronis. in fine. quod intelligo verum, nisi sibi foret necesse ex persona matris venire: puta si cum auunculo veller succedere ab intestato: quia tunc nepos existens in secundo gradu, non vocatur cum his, qui sunt in primo, nisi ex persona patris, vel matris, infra, de legitimis hæredi. authent. cessante. & clarius in Authent. de nupt. §. solutio. uersic. si uero filiorum. qui singulariter ad hoc est notandus. & tunc, vt hæres matris repelletur, vt in sequen. Aut filia decessit post mortem patris: tunc aut venit, vt hæres matris, & non est dubium, quòd repellitur obstante exceptione, quæ matri habet obstare. aut venit proprio iure. & hoc est totum dubium nostrum: tamen videtur, quòd excludatur, quia ex pacto matris iuramento validato, quæritur hæreditas instituto a patre, velut ex quodam pacto de non petendo, quod instar habet cuiusdam donationis in hæredem collatæ ab ipsa matre, quam pater defunctus suo hæredi potuit quærere. & sic filius excludi-
tur, ac si mater nunc viuens pactum de non petendo hæredi scripto faceret: quia nunc purificata est illa tacita conditio, quæ paretur hæreditas. & ita verificatur glos. Ioan. And. habet enim pactum de non petendo instar donationis, vt ff. eodem, l. contra iuris regulas. §. fina. & de donatio. l. in edibus. in princip. &

de regulis iuris. l. si quis obligationẽ. & per consequens supponere videtur quandam tacitam, & præambulam hæreditatis aditionem saltem in ordine intellectus. & sic non potest nepos ex sua persona venire, nec obstat, quod iuramentum sit quid personale: quia verum ad vinculum animæ, sed quo ad robur contractus est quid reale, si etiam contractus sit realis, vt in authent. sacramenta puberum. infra, si aduersus venditio. est etiam quid personale, si contractus, cui cohæret, sit mere personalis, non obstat dictum cap. quamuis. quia supple, vt ibi in glos. hæc sunt notanda, vt quotidiana.

A D D I T I O N E S.

a ¶ Vt dote contenta. Sed quid si pater reliquit in testamento decem filiæ, iubens eam esse contentam, & tacitam, ita quòd de bonis suis non possit plus petere, uel habere occasione legitimæ, uel alia quacunque ratione, an acceptans legatum, & id recipiat a fratre faciendo finem, & refutationem, possit agere ad supplementum legitimæ. ex quo agnouit iudicium defuncti. uide Do. Soci. consi. 230. incip. uiso testamento, dominæ Catherinæ. uer. 4. dico nullo modo, in 2. parte, char. 103.

b ¶ Est personale. Adde Do. Soci. consi. 115. incip. circa primam q̃. uersic. præterea. not. circa medium. in j. parte, char. 183.

LEX XVI.

1 *Fideicommissum, quod inter fratres iniungitur per pactum, quandoque remittitur. & nu. 3.*
2 *Tacens, quando consentire dicatur.*

Cum proponas. Primo thematis repetitio, ex quo tacita eliciebatur quæstio
usque ibi, quoniam. Secundo decisio cum ratione præambula.
1 Casus. † Fideicommissum inter fratres iniunctum potest vicissim remitti per pactum. hoc dicit. Quæro de ratione dubitandi. Respond. vt in glos. quia videbatur contra ius, quasi contra voluntatem testantis, quæ habet vim l. vt in Authent. de nupt. §. disponat. sed non est, quia nec l. prohibet. nec etiam testator, & sic contra voluntatem dici non potest, sed contra fauorem, vt alias in l. pacisci. ff. eodem. cui licet renunciare, vt in glos. Ex hoc infero, quòd si alter tantum remisisset. & sic non vicissim, nihilominus teneat remissio. licet ista videatur prima facie so-
2 nare oppositum. † Quæro secundo, retento themate huius legis, vnus fratrum vnam ex rebus subiectis, restitutioni venditi alterio præsente, & non contradicente, post modum euenit dies fideicommissi, vult illam ab emptore petere, quæri-
a tur, an possit. & videtur dicere glos.[a] quòd non, quasi tacens sibi præiudicauerit, argumen. infra, de fideicommiss. l. quoties. & de legatis secundo. l. cum pater. §. libertis. In contrarium arguitur de l. si fundum per fideicommiss. de legatis primo. Sed non obstat: quia, & ibi sibi facit præiudicium, quo ad fundum, licet non quo ad precium. Alia glos. quæ allegatur pro contraria, dicit, quòd nec sibi præiudicat, quo minus fundum possit vendicare in l. Titia. §. Lucia. ff. de legatis secundo. & mouetur per illum tex. & per rationem, quia actus venditionis potuerit interim fieri pro parte ipsius vendentis, vt ff. de legatis secundo. l. peto. §. prædium. ergo necessarius non fuit huius tacentis consensus, & sic frustra quærimus, an tacendo sibi præiudicauerit, vt ff. de pig. act. l. Caius. cum sua materia. nec est hodie innouatum, vt dicamus, quòd alienare non possit per authent. res quæ, infra, communia, de success. & ibi not. per Doct. & ex eo, quòd alienare non posset, quo ad dominij translationem, tamen uendere non prohibetur, ut l. rem alienam. ff. de contrahenda emptione. & sic tacens non sibi præiudicat, ut in eod. l. Caius. præterea per simplicem renunciationem absq; pacto sibi non præiudicat in fideicommiss. futuro, ut no. supra eodem, l. j. ergo minus sola præsentia, uel taciturnitate. Non obstant cõtraria, quia loquuntur, ubi clare, & expresse consensit, non protestando, quòd ius suum sit sibi saluum, ut l. codicillis. §. j. de legatis secũdo. nec dicas, quòd hic sit affectio, & sanguinis coniunctio inter istos fratres. & sic taciturnitas inter eos inducat quandam præsumptam donationem, ut l. Procul. ff. de probatio. l. si seruus communis. ff. de donatio. inter uirum, & uxorem. quia in l. Procula. & alia inuicem fuerunt gest. & in l. si seruus. res erat tacentis, & patientis, hic uero uendentis. dubitari tamen posset, si iste frater uendens affirmasset, fundum nulli restitutioni subiectum alio fratre præsente sciente, & tacente: an tunc sibi præiudicasset in fundo uendicando, quod uidetur per l. si sine. cum ibi no.
3 infra, ad Velleianum. † Quæro, in quo differt hæc lex. a prima huius titu. & dic, ut in glos. Quæro, si non fuisset facta hæc remissio fideicom. an indistincte altero moriẽte posset peti. dic, ꝓ non, si morienti superessent liberi. & hoc uoluit dicere glo. fi. & probatur in l. cum acutissimi. j. de fideicom. secundum Richar.

A D D I T I O.

a ¶ Et uidetur dicere glo. Ad declarationem huius glo. uide omnino Do. Soci. hic, & plene per Do. Iaf. May. ibi capio glo.

LEX XVII.

1 *Pactum etiam si sine scriptura probetur, debet seruari.*
2 *Fides non scripta, quando seruari debeat.*

1 **Pactum quod.** [a] † Probabile pactum, licet sine scriptura, est validum, & seruan-
2 dum. hoc dicit Ray. † No. quòd fides, non scriptura est seruanda, vt scriptura. & tantum valet res sine scriptura, quantum cum eadem, ratio huius est: quia scriptum fit ad probandum, & demonstrandum, vt infra, de probatio. l.cum res. ff.de pign. l.contrahitur. non igitur curandum, quomodo demonstretur, vt l.certum. ff.si cert.petat. & ideo parem vim habent testes, & instrumenta, vt l.in exercendis. infra, de fide instrumentorum. Oppo. de l.cum postea.supra eodem. solu.quòd verbum bonæfidei tollit cõtrarium, & hoc vult prima glossa, secundum Ray. Oppo.quòd bona fides sola non sufficiat, vt l.pacta, quæ contra l.cum ibi nota. supra eodem. solu. confitendo, quod etiam illæ probationes iuris, debent assistere tam circa personas, quàm res in pactum deductas, vt in glossa secunda. Oppo.tertio, si pactum est iuridicum, vt supra est dictum: ergo superuacuo fuit hic dubitatum, an secundum ius esset seruandum. solu.quòd de obseruantia non fuit dubitatum. sed de modo obseruandi. ideo expone secundum ius, id est, secundum iuris formam in agendo, vel excipiendo, vt in sequen. glos. secundum Rayn. Oppo. quarto, quod sine scriptura non valeat, vt supra, de sacrosanctis ecclesijs. authen. hoc ius porrectum. & infra, de non numer. pecun. l.generaliter. cum simil. Solut. quod hæc regula fallit in casibus, & alijs notatis in glo. & est ratio: quia in illis scriptura est de substantia ex legis dispositione, vel partium voluntate. & quare, l.in eis exegerit magis scripturam, quam in alijs. dic, vt in eis. ad hanc tamen gl. vt magistram remittunt Doc. ideo eã no.

ADDITIO.

a ¶ Pactum quod. Adde D.Soci. hic, qui dicit hoc probari una responsione. Salyc. quam ipse dat in l.legem. supra eod. ad cap. primum. extra, de pact. tenendo, quòd de iure canonico non oriatur actio ex pacto nudo, dum tex. dicit pacta custodiantur, intelligit ipse uestita in uia agendi, & nuda in uia excipiendi, quæ responsio, ut uides probatur hic cum glo. secundum præfa. Soci. de quo latius in d. l. legem. & ad text. adde quod consuluit Lud. Roma. in consi. 100. 6. quod incipit, uiso themate prænarrato, quod ualet societas contraria, inter quos licet non sit factum instrumentum. sed probetur per testes. Item adde, quod collatio beneficij, sicut & renunciatio potest probari per testes, nec requirit scripturam. ita not. Bal. in cap. 2. per illum tex. de restitutio. spoliato. Item adde, quod regula huius tex. fallit in multis casibus hic remissionem no. in glo. & in l. contrahitur. ff. de pign. & est glo. magistra, quæ enumerat. 3 casus, in quibus scriptura de necessitate requiritur in cap. j. de censibus. in 6. Specul. in titu. de instrumen. edi. §. restat. uersic. sed si alij. Bal. in l. gesta. infra, de re iudicata. ultra quos adde quòd no. Do. Iaf. May. hic primo, quod licentia iudicis de intrando in possessionem, non potest probari, nisi per instrumentum, seu scripturam, & non per testes. ita singulariter refert tenere Bart. in l. fina. in ultimis uer. infra, de edic. diui Adria. tollen. Lud. Roma. in singul. 7. §. in solutione canonis publici. l. j. cum glo. infra, de apoch. publi. lib. 10. Bal. in l. 2. in 2. col. infra, de iure emphyteu. limita tamen secundum præfatum Iason. omnes casus, in quibus requiritur scriptura, quod si intercessisset, & fuisset perdita, admitteretur postea probatio per testes. allegat l. testium. in fi. infra, de testi. refert ita Bart. tenere in l. j. §. Iufficit. per illum text. ff. de bono. possessio. secundum tabul. & in l. emancipato. ubi etiam Bal. infra, de fide instrumentorum. Bal. in d. l. gesta. & in l. 2. & in 3. col. supra, de edendo. & per eundem Salyc. in Litigatoribus. infra, de appellat. Item adde etiam alium casum notabilem, in quo requiritur scriptura in nuncio, qui nullt facere executionem perso ia enim. nam non potest familia potestatis aliquè personaliter capere, nisi ostendat licentiam in scriptis. ita dicit Bal. in cap. cum parati. in 2. col. de appell. & in l. contentaneum. in 7. nota 5. quomodo, & quando iudex, per textum in l. mini opinatores. infra, de exactio. trib. lib. 10. & in l. facultas infra, de iure fisci lib. 10. sed an commissio citationis requirat scripturam, uide per Bal. in l. prohibitum. in ulti. col. infra, de iure fisci. lib. 10. Item adde, quod magna priuilegia requirunt scripturam, secundum Baldum in c. constitutus. in ulti. col. de rescrip

LEX XVIII.

1 *Diuisio alia a lege, alia fit ab homine.*
2 *Diuisio totius ex perceptione, virilis portionis inducitur.*
3 *Exceptio nulla opponitur, vbi pactum non apponitur.*
4 *Creditor eligere, vel diuidere, quando dicatur.*
5 *Fideiussores diuisionis beneficium habentes, quomodo inter se conuenire debent.*
6 *Exceptio pacti, quando tollatur beneficio superuenienti.*
7 *Creditor quandoque protestatur, ne præiudicium sibi pariatur. & nu. 8.*
9 *Debitor nesciens suum correum debendi soluisse ratam suam, an possit id, quod vltra suam ratam soluit, repetere.*

Si creditores. Præmittit dominus meus, quod litera, quæcunque. est signum vniuersale, & idem est dicere, quod quælibet, vt ff. de hæredibus instituendis. l. hoc articulo. litera, quæcunque, est signum particulare. & idem est dicere, quod aliqua. † Item præmitto, quod duplex est diuisio. vna quæ fit ab homine, alia quæ a l. Itẽ q̃ fit ab hom ne, quandoque fit a principio obligationis, vt quando plures se obligant proprijs nominibus expressis, quilibet enim tunc tenetur pro viriliff. de duo reis. l. reos. §. cum tabulis. & infra, si plures vna sententia, &c. l. j. & de istis nihil ad nos. quandoque fit ex post facto ex superueniente exceptione, vel petitione partis pro rata. & de ista & eius effectu tractat lex nostra. Diuisio, quæ fit a lege, est illa, quæ fit beneficio epistolæ Diui Adriani in fideiussoribus, vel nouæ constitutionis de duobus reis, vt ff. de fideiussor. l. inter reos. & in Authẽt. de duobus reis. in princip. & de ista nil ad l. nostram. licet infra, in quæstion. aliquid tangam. Diuido l. istam quo ad intellectum, vt primo thema, ex quo quæstio. secundo eius solutio. secunda ibi, adhibitus. Casus. Diuisiua ratæ, & receptio partis parti exceptionem inducit in alijs. hoc dicit secundum Dominum meum. vel aliter, quando per receptionem partis debiti ab vno de correis, indu-
2 citur diuisio, & taciti pacti oritur exceptio. † Nota bene textum hic in fine, quia vult, quod perceptio virilis portionis inducat diuisionem totius, & sic non tantum respectu eius, qui soluit, vt vlterius non possit conueniri, sed etiam respectu eorum, qui nõ soluerunt, vt non possint conueniri vltra virilem portionem residui, secundum Oldrad. & Doct. Et ex hoc no. aliud, videlicet, q̃ alijs creditoribus absentibus videtur simile pactum, factum esse etiam absque medio, quia a lege tacita colligitur conuentio, alias secus, vt ff. eodem, l. Labeo. simile supra eodem, l. 2. nisi dicamus, quòd is, qui soluit, fingatur medius, & sic eorum nuncius, cum alias non posset alteri pacisci, vt l. stipulatio ista. §. alteri. de verborum obligatio. Oppo. quòd ista lex sit de indubitabili, cum omnibus innotescat, quòd debitorum vnus pro alio non potest exigi, vt ff. eodem, l. si vnus. §. ante omnia. & de reg. iuris. l. non debet. Solut. quòd illud in disparatis non solidum obligatis, & sic obligatio solidi fuit hic ratio dubitandi, vt in prima glossa. Oppo. quòd ad præsidem non spectet curare, quod hic dicitur, nisi petatur, cum de facto supplere non possit, infra, vt quæ desunt aduo. partium iud. l. j. solu. quòd hæc secundum illam, vt demum curet si petatur, & opponatur, vt in glo. 2. argumen. ff. de dam. infec. l. 4. §. hoc autem. & Institut. de exceptio. in
3 princip. † Oppo. tertio, quòd nulla pacti exceptio possit hic opponi: quia nullum fuit pactum, nec ex tali receptione fit recipienti præiudicium, vt infra, de fideiuss. l. reos. Solut. multipliciter, vt sequitur in glo. Primo, quòd hic fuit pactum expressum, licet nõ specificatum. dixit enim, admitto quenquam vestrum pro parte, id est, quemlibet vestrum est enim litera, quenque. signum vniuersale, vt l. hoc articulo quisque. ff. de hæredibus instituendis. hæc bona si in litera esset quemque, & omnes fuissent præsentes, vt hæc solutio supponit. sed in litera communiter est quemque, quod est signum particulare, nec in tex. apparet de aliorum præsentia. Ideo glo. soluit secundo, secundum Azo. quòd hic diuisit, partem petendo, vel accipiendo, ibi collegit vnum insolidum conueniendo. Ista solut. mentem habuit perfectam, sed in verbis peccauit in vno, dum dixit, quòd ibi vnum insolidum conuenit: quia text. ibidem dicit pro parte, ideo forte tertij dederunt aliam soluit. vt hæc secundum illam, vt quòd hic dicitur, quòd alter, pro altero non exigatur, intelligatur, si reperiantur soluendo, alias secus, vt ibi. ista destruit hanc l. & l. liberum. infra, de fideiuss. quapropter Doct. tenent præcedentem, illam sic declarando, vt dicamus, quòd ex electione pactum non inducitur. nec illi præiudicium generatur, vt d. l. reos. sed ex diuisione sic, vt hic l. liberum, infra, de fideiuss. sed tunc dubium est, quando dicitur eligere, vel diuidere, quod declarabo in prima quæstione. Oppo. quarto, de l. si ex toto. §. i. de legatis primo. solut. pluribus modis, vt sequitur in glo. 2. non valet, quia contra propriam significationem literæ alterutro. Tertiam reprobat glo. in contrario. & Cy. hic per dictam l. reos. quæ indistincte loquitur, nec diuersitatis est ratio, vt infra, de leg. fu. ca. tol. l. j. ideo intelligit illam l. quòd ibi elegit, non autem diuisit, & hanc sequitur Dominus meus, sed Bart. in contrario tenet, quòd ibi diuiserit: sed ibi sit speciale vltimæ voluntatis fauore. hic solutio mihi non placet. ideo sto cum prædictis, ratio est: quia vltima voluntas meretur executionem, quando a legatario non est facta remissio. & remissione facta non est ei fauendum, quando respicit solum fauorem remittentis per nota. in l. 2. vt infra, vt in possess. legato. & infra eodem, l. penulti. sola ergo vis stat, vt videamus, quando videatur diuidere. & sic per pactum remittere. Oppo. quinto, de tale pactum. §. post diuisionem. ff. eod. solu, quod ibi vltra ratam soluentis recepit. & sic non diuisit, hic pro rata. & idem dicunt Doct. si minus rata recepit, vt non dicatur diuidere, sed extenuare, vt Instit. de actio.
4 §. si minus. † Quæro igitur modo, ad declarationem prædictorum, quando creditor dicatur eligere, vel diuidere. Et hic attende, quia diuisio interdum inducitur ex petitione, interdum ex
a receptione, [a] circa petitionem. dic, quòd si a quolibet solidum, & idem si ab vno, videtur diuidere. & hoc clarum: aut petit partem, & tunc aut ab omnibus pro virili. & tunc videtur diuidere

ADDITIO.

a ¶ Ex receptio. No. secundum d. Soci. & Iaf. May. hic, quod creditor recipiendo solutionem pro sua parte ab uno ex pluribus obligatis insolidum, sibi præiudicat, ne possit amplius solidum petere ab uno ex eis, sed intelligitur summam inter eos pro rata diuisisse. q̃ limita quatuor modis, ut per D. Iaf. hic, & adde q̃ per præfa. do. Soci. hic dicitur, quem omnino uide.

uidere secundum omnes, vt d. l. liberum. nec curo, an petat in iudicio, vel extra, quia non est ratio diuersa quicquid videatur hic sentire Dyn. cum non possit dici electio, vbi omnium simul virilis est petitio, vel conuentio secundum Rayn. Fateor tamen, quod talis petitionis locus est pœnitentiæ ante lit. contestat. ut dicta l. liberum. aut ab vno partem. & tũc insurgunt opiniones. quidam dicunt quod ex sola partis petitione, non diuidit. vt l. reos. sed ex partis receptione sic, vt hic: Alij dicunt inter petitionem, & receptionem non esse differentiam. sed in rata quotæ petitæ, vel receptæ. & hoc quia vtrunque regulatur ab eadẽ ratione. & ita ex petitione potest induci diuisio, sicut ex receptione. sed primum videtur tutius per dictam l. reos. cuius est ratio, quia petitio ratæ ideo fit, vt soluatur, non vt differatur. & sic contentatur de rata. si soluatur, ut petitur. Petitio ergo sola quo ad effectum non diuidit. sed vna cum receptione. & sic receptio est illa, quæ potissime operatur. cum, & sine petitione inducatur diuisio ex sola receptione. Dicamus ergo, quod ex sola petitione non inducitur diuisio. Circa receptionem distinguamus, aut hæc pars excedit ratam soluentis, aut eam minuit, aut ad vnguem cum ea cõcurrit. Primo casu videtur eligere, non diuidere: vt hic not. glo. in fin. In solutione contrarij de §. post diuisionem. Secundo casu idem dico, quia potius est suæ ratæ extenuatio. facit l. nouissima, in fin. ff. quod fal. tut. aut. & institu. de act. §. si minus. ff. de fideiuf. l. si stipulatus. §. primo. Et vtriusq; membri est ratio secundum dominum meum: quia petitio quæ supra vel infra ratam, concernit duntaxat quantitatem, vel rem ipsam, & non personas, argument. dicti §. fi minus. fine quarum personarum consensu expresso, vel tacito præsumpto, vel facto non esset pactum, vt ff. eodem, l. prima, in principio. & §. primo. Tertio casu, quando concurrit ad vnguem. tunc aut sub commemoratione partis suæ virilis. & tunc videtur diuidere, vt in hac l. secundum vnum sensum. Et est ratio, quia rata concernit personas: ideo illarum respectu appellabatur virilis; ut institu. de inofficioso testamento. §. fin. & primo, de sententijs, quæ sine certa quantitate. l. prima, & sic ab eis potest tacite pactum induci. aut sine illa commemoratione. & tunc aut sunt recepta, vt de parte talis debiti, & tunc videtur potius erigere, & non diuidere. argumen. l. cum de indebito. ff. de probat. aut simpliciter sunt recepta, & ab eo debita. & hic reperio, quod quidam referunt, quod Oldr. dixit, quod videretur eligere, & non diuidere, quia actus qui potest adaptari naturæ debiti, nunquã inducit tacitam remissionem debiti, quod secus est, quando dicit, quod pro sua rata, vel persona soluit. quia tunc actus ille sic restrictus non potest naturę debiti adaptari, quinimo est contra naturam debiti in pluribus solidari. Sed Cyn. hic videtur tenere oppositum. argumen. l. quoties. ff. de solut. vbi solutio videtur simpliciter facta, & quia ista verba pro sua persona, &c. sunt verba l. & non hominis. Et confirmatur ratione, quia ex quo pars soluit suam ratam, respectu ratæ credendum soluisse. & ille recepisse, qui nil aliud dixit, vel protestatus fuit. & non refert verbis, vel factis intentio demonstretur: ex quo verba non sunt de substantia. sed solus consensus. vt ff. si cer. peta. l. certum. & rem rata. l. Paulus. & sic parte soluta liberatur ipso iure a residuo pacti exceptione, & alij correi in residuo, vltra eorum ratam tuebuntur taciti pacti exceptione, vt hic, & d. l. quoties. & cum Cy. videtur stare dominus meus in si. suæ distinctionis, sed in quæstione sua finali videtur stare cum Oldr. quod tutius est, ex quo soluens, nec ad ratam, nec ad personam se retulit, & pro hoc facit d. l. si ex toto. §. i. supposito, quod ibi non sit speciale in vltima voluntate, vt supra dixi, vbi autem ad ratã, & pro rata possit dici, quod videatur soluisse. procedit alia opinio. puto autem sic simpliciter soluentem ad suam ratam se soluisse, quando petitio fuerat facta pro rata, & eius respectu. argumen. infra, de sententis quæ sine certa quantitate, l. tertia, & ff. de verborum obligationibus. l. Titia. §. idem respondit. & ita concordo prædictos, & hoc in pluribus principalibus, & ante ius authentic orum.
3 † Quæro modo, quid in pluribus fideiussoribus, qui habent beneficium diuisionis ex epistola diui Adriani. vt ff. de fideiuss. l. inter fideiussores. & institu. de fideiuf. §. fi plures. quo viso apparebit, quid hodie in pluribus correis debendi, qui habet beneficiũ diuisionis per auth. de duo. re. Et breuiter si beneficio fuit renũciatum, vendicant sibi locum, quod in præcedenti dixi. Si autẽ non fuit renunciatum, distinguo, aut is, qui soluit partem: siue sit eius rata, siue minus pactus est, ne vltra se petatur, & pactum ei prodest. & tuetur exceptione: vt ff. de fideiusso. l. si stipulatus. §. si ex duobus. aut pactum expressum non fecit, & tunc aut soluit minus, quam pro sua rata. & tunc non liberatur, nisi pro illa, pro residuo vero remanet in iure communi: & sic nulla inducitur exceptio pacti. Aut soluit suam ratam. & tunc text. cum gl. dicit, quod liberatur: vt contra eum pro residuo agi non possit si aliter tunc fuit soluendo. vt ff. de sol. in his. §. qui duos. & ita videt intelligenda, l. quoties. ff. de sol. quæ simpliciter dicit soluẽtem liberari. Et ex his. patet, quod simplex solutio partis non in
a ducit pactum de non petendo, alio tunc non existente soluendo. aut creditor in iudicio egit, & tunc lite contra omnes pro parte contestata, vnus non tenetur pro altero, etiam si ille nõ reperiatur soluendo tempore lit. contest. tex. est. ff. de fideiuf. l. inter. & j. de fideiuf. l. liberum. Ex quo nota, quod talis diuisio implicat pactum de non petendo [a] ante litem non conte. variabilis est petitio: vt d. l. liberum, ut si egit in iudicio vnum tantum, p parte conueniendo. & tunc etiam inspicitur an alter fuerit soluẽdo tempore li. contest. vt d. l. inter. §. j. & sic ex his patet, quod fideiussor soluens suo nomine suam ratam non tenetur pacti exceptione alio non existente soluendo. Sed cur secus in pluribus correis. Resp. la. de Are & Oldr. quod rationes sunt, quia in diuidente: & sic pacitcentre supponitur quædam liberalitas: vt ff. eo d. l. contra iuris regulas. §. fi. sed in fideiussoribus, qui beneficio diuisionis non renunciauerunt, ista liberalitas non cadit: qa creditor pro rata compellebatur recipere, & diuidere &c. cum nemo in necessitatibus liberalis existat, vt ff. de le. 3. l. fideicommissum. §. fi rem. & de admi. leg. l. rem legatum. Secundo, quia actus promiscuus, vel indifferens ad duo attribuit in dubio potius causæ debitæ, & necessariæ, quam spontaneæ, & gratuitæ. vt j. de dotis promiss. l. fi. & ff. sol. mat. l. si cum dotem. §. si pater. Tertio quia quilibet videtur vellẽ id, ad quod de iure tenetur. j. de acqui. poss. l. ij. cum si. Ex prædictis inferunt, quod ista lex hodie non haberet locum in duobus reis, qui habent beneficium diuisionis, per auth. de duo. re. nisi renunciassent beneficio illi: quia tunc per talem renunciationem excluderentur a beneficio l. non taciti pacti postea superueniẽtis, quod no. † Sed ex prę
6 dictis fortiter obstat: quia beneficium superueniens tunc non bene faciet, sed male. quia ei tollent exceptionẽ pacti: quæ prius ex solutione pro sua rata inducebatur: contra l. quod fauore. supra de legibus. Sol. quod non facit directo: sed per indirectum, & consecutiuæ ad beneficium, per quod sibi conceditur, ne ad solutionem solidi vrgeatur: vt in simili notat gl. in dicta l. quod fauore. & quia hoc est inductum contra creditores, aliud sequitur in eorum fauorem. argumen. l. cum qui. in principio. ff. de iureiuran. & isto respectu potest tertia solutio hic data per gloss. ad l. reos saluari. Sed attende, dominus meus satis ista videtur fateri in ipso soluente. & eius respectu, sed quantum ad alios, & eorum respectum, puta si essent tres, vel quatuor; nil probet illos habere beneficium diuisionis, & exceptionem pacti taciti per hanc l. & similes, cum exceptiones sint compatibiles. vt l. nemo. & l. ex his. ff. de exceptio. & l. nemo. de regul. iur. & in eodem titul libro sexto. c. nullus pluribus. & hoc eis vtile, quia exceptio pacti est exuberantior. quia vsque ad sententiam potest opponi: vt l. peremptorias. infra. senten. rescindi non possit. sed exceptio diuisionis per epistolam, vel consti. vsque ad litem contesta. vt instit. de fideiussor. §. si plures. & secundum communem opin licet glo. varient vt dicetur. infra, de fideiuss. l. fideiussor. Itẽ quia forte vnus ex illis est absens, vel non soluendo, vel forte in futurum efficietur, & sic alius ex his beneficium diuisionis legalis obtinere non poterit: vt infra, de duo. re. authen. hoc ita. & de fideiuss. authe. præsente. & sic ei proderit exceptio pacti. & p ista parte facit. l. liberum. j. de fideiusso. vbi diuisio inter fideiussores exceptionem pacti inducit. & hoc velut noua sunt notanda. † Tamen vt opin. ista euitetur, & vt subtilitas huius legis, &
7 similium non inducat creditori præiudicium, consuluit Gui. de Suzaria. Cy. & doc. omnes, quod ipse protestet; quia ipse recipit saluo iure solidi, cui per hoc præiudicare non intendit: sed si bi vult saluum esse, & ita reseruat. ut ff. qui. mo. pig. uel hypo. solu. l. si debitor. §. i. nam incertis non certis, & c. l. cõtinuus. §. cum
8 ita. ff. de ver. obl. † Quæro, vt videtis, absentib. fit etiam hoc pactum, sed quid, si antequam ad eorum notitiam peruenerit, creditorem pœnitet protestando, quod cum illis non intendit pacisci. Quæritur an possit, & videtur quod sic: quia pactum nondum fuerat utriusque consensu vallatum, ut exigitur: ut ff. eo. l. prima, in principio. & §. primo, quia liberalitatem cõtinet, ut ff. eodem, l. contra iuris in fin. & sic expedit comprobari, ut ff. de donatio. l. absenti. & not. ff. de iureiuran. l. Labeo. Sed comprobari non potest, iam quia reuocatum est, ergo, &c. Contrarium tenet Richar. quia lex intelligit, eos consensisse propter eorum commodum. & ab initio ei ius præsitum esse, & probatione eorum postea sequuta, retrotractat etiam creditore inuito, argumen. ff. de neg. gest. l. si ego. quasi tam cum ipsis, quam cum soluente ab initio sit facta diuisio, & eis ratum habentibus quæratur pacti, uel doli exceptio. no. ff. de liber. leg. l. non solum. §. ter-
9 tio. Hæc sunt etiam utilia propter quæstionem sequen. † Quæro ultimo alius debitor ignarus, quod eius correus soluerit pro sua persona, suam ratam, conuentus ad solidum soluit ultra ratam suam. an illud, quod est ultra ratam, poterit repetere, & uidetur, quod non, quia tempore solutionis non uidetur tutus ex ceptione

ADDITIO.

a † Talis diuisio implicat pactum de non petendo. Tu vide de hoc plene per Bar. in l. si. col. 1. ad fi. in 1. opp. ff. si cer. pet.

ceptione pacti, quia nondum ratum habuerat, quod est necesse, vt in præceden. quæstione dixi. Contrarium videtur, quia hodierna comprobatio retrotrahitur, vt dixi, & sic debet posse repetere, vt l. qui exceptionem. ff. de cõdictio. indebi. sed responderi potest, hæc comprobatio est serotina: quia per solutionem sublata erat obligatio, sine qua pactum non potest esse. & sic nil debeat operari. vt l. bonorum. ff. rem ratam haberi. cogitabitis.

LEX XIX.

1 *Pactum successionis futuræ inter quos valeat. & nu. 3.*
2 *Hæreditas nomine rerum intelligitur. & nu. 4.*
5 *Donatio causa mortis quare excludatur a pacto futuræ successionis.*
6 *Priuilegium futuræ successionis quando militibus concedatur.*
7 *Associans alium tempore delicti de ope, & de auxilio tenetur.*
8 *Testes quot requirantur.*

a 1 **Licet.** [a] † Casus. Pactum futuræ successionis inter priuatos non valet etiam pro donatione causa mortis: inter milites vero factum contemplatione mortis vim habet vltimæ voluntatis. hoc dicit. secundum Richar. Vel pactum de inuicem succedendo non valet etiam iure vltimæ voluntatis, nisi inter milites ad discrimen belli pergentes. hoc dicit. diuide in quatuor. Nam primo obstaculum statuendi ponit. Secundo illud reijcit. Tertio thema repetit. Quarto quæstionem soluit. Secunda ibi, tamen cum voluntas. tertia ibi: proponas, quod, quarta ibi existente cõditione, secundum Richar. Casum in terminis pone, vt ex diuisione patet, & a thematis propositione incipe. Nota, quod dixi in summario, & maxime in vltima parte: quia casus iste non est alibi, secundum Bartol. Item nota, quod tale pactum licet post mortem collatum non est donatio causa mortis. Item no. quod verbum, poriatur, & verbum, pertinent, hic ponuntur in directa significatione. sed quandoque in obliqua, vt ʒ. de iure do. l. prima, & l. etiam. & ff. de don. l. prima. cum ibi not. ideo dicunt Docto. esse communem secundum Bartol. Not. etiam hic reciprocam institutionem, & in eadem charta, vnde dicit Bartol. Nota, quod duo in eadem charta [b] possunt testari, & se inuicem instituere. † Item ex fine not.
b 2 quod rerum nomine hæreditas significatur. & sic ille, cui decedens legat omnes res suas nullo aliter instituto, dicetur vniuersalis hæres. alias secus, vt l. fin. ff. de vsufru. leg. circa quod vide, qd̃ dicam in l. quoniam indignum. infra, de testamen. † Opponitur extra gloss. quod hoc pactum non valeat: quia etiam de futura successione inducit votum captandæ mortis, vt supra eodem, l. pactum quod dotali. & infra eodem, l. fina. solutio. istud pactum non est pactum, sed testamentum. & est speciale in milite propter simplicitatem militiæ: nescitnt enim milites sic apta
4 iuris verba proferre. † Quæro modo, quia iste tex. dicit, licet in-
c ter priuatos. quid inter publicas personas alias a milite [c] vt magistratus, & similes. Dic non est idem, quod in militibus, quia ratio est diuersa, cum isti sciant verba iuris apta proferre, quod nõ milites, quibus licet iura ignorare, vt supra de iur. & fac. ignor. l. prima, nec obstat hæc litera, quæ excludit priuatos, per quod videbatur permittere in publicis. argumen. infra, de procura. l. si maritus. & ff. de iudi. l. cum prætor. quod non excludit eos per respectum simpliciter ad publicos, sed per respectum ad priuile-
5 giatos, vt sunt milites. & hoc vult gl. secunda, hic posita. † Quæro secundo quare potius excludit hic donationem causa mortis, quam alias vltimas voluntates. Respon. vt in glos. tertia, quia iste illi magis videtur accedere, quod declara: quia illa fit quandoque per contractum, & stipulationem, vt ff. de donatio. causa mortis. l. inter mortis. & no. de legatis secundo, l. cum pater. §. j. & de dote prælega. l. secundo. Quæro tunc si illi magis videtur accedere, quia igitur non est, & respondeo, vt sequitur in eadẽ gloss. quia alius est hæres, & alius donatarius. sed hic esset idem, & confunderetur donatio, vt dicimus in legato facto hęredi a seipso. Item dicit gloss. quia hic non est mera liberalitas, cum pactum istud sit factum ob causam, & sic habet in se onus. Item dicit Pet. & Cyn. quod in donatione causa mortis requiruntur quinque testes, qui hic non interfuerunt, sed truffa est: quia in milite sufficerent duo, sicut in testamento. & multo magis, vt ff. de mi. testamento. l. prima. Item dicit Bartol. quia per donationem grauatur hæres, sed non honoratur. hæc est in effectu eadem cum illa gl. addunt alij, quia illud est idem cum alio, quod vbique speciem seu formam illius retinet. vt ff. de iudi. l. cum ponebatur. sed cum donatio causa mortis fiat per stipulationẽ, vel traditionem, vt ll. supra allegatis, & nullum horum interuenerit. ergo, &c. hæc non valet, quia, secundum aliquos hæc, hodie potest fieri etiam pacto argumen. l. si quis argentum. infra, de do. Præterea per hanc rationem non respondetur plene ad quæsitum. quia nec proprie est testamentum. & ideo quæritur, quia non est, nec censetur donatio causa mortis, sed testamentum, quod totum soluit ratio glo. ideo illam sequor pro melio-
6 ri; & pleniori. † Quæro quarto, an ista conuentio sit proprie testamentum, quidam, quod sic, vt in gloss. Alij, quod est vltima voluntas in genere. & sic erit innominata, & specialis in isto casu. quod not. pro statutis disponentibus, quod vltimæ voluntates valent coram duobus testibus. Nam erit vltima voluntas innominata habens vim testamẽti etiam quo ad institutionem hęredis. Pet. & Cyn. tenent primam. quia tex. iste in medio dicit vim postremi iudicij. & in fin. dicit ex fratris tui iudicio, &c. & sic debet habere bona, ut hæres, sed non potest esse hæres ex alia ultima voluntate, quam testamenti, ut infra, de codicil. l. prima & 2. Hæc ratio Pet. non multum releuat: quia alij, ut dixi, volunt, quòd etiam quo ad instititutionem hęredis habeat vim testamenti, sed non est vis; quia habito effectu, nõ curamus de nomine, quia tamen secundum Pet. a regulis minus deuiamus. ideo eum sequor. Quæro modo, quando militib. detur hoc priuilegium. & gl. hic Pet. dicit, quod quando sunt iam armati, & pergunt ad discrimen belli, quòd no. quòd ista gl. vult. quòd iã armati pergentes ad discrimen belli ornati acies, & signa continuo, uel de proximo ingressuri, tubarum fortè sonitu intonante gaudeant hoc priuilegio, non qui pergunt inermes ad cam-
7 pum. vel quia etiam sunt in causa po. nec speratur de bello. † Ité scias, quòd Inn. extra. de cle. percu. c. continentia. dicit quòd associans alium tempore delicti tenetur de ope & auxilio; si ex proposito fecit, ut ibi. & infra de rap. uir. l. 1. ex proposito autem dicitur fecisse, si erat armatus, quia tunc uidetur de bello, & ri-
8 xa cogitasse. & pro hoc facit gl. ista. † Quæro nunc quot testes sunt necessarij. gl. antepe. remittit ad no. in l. milites. infra de militari test. dic ut ibi.

ADDITIONES.

a † Licèt. Limi. no. istam l. ut per d. Ias. in l. ʒ. eo. in 4. no. in 5. extẽsione, & adde quod Bart. & Bald. & Pau. de Cast. dicunt istam l. fing. esse multum & nesciunt eam alibi.

† Adde ꝙ Lud. Ro. consi. 3. inci. uidetur mihi de iure dicendum. ubi consuluit, quod non valet conuentio, ut bona non possint aliquo tempore alienari, quin ad alios veniant. & ad hoc allegauit. l. istam, & eum ad hoc refert hic And. Bar. in apostil. ad Bartol. in princ.

b ¶ In eadem charta. adde quòd Bald. d. se ita pluries consuluisse. adde quod Pau. de Cast. refert se uidisse, quòd vir, & vxor in vna charta per omnia similiter fuerũt testati. facit tex. in l. eo quod a multis. & ibi doc. ʒ. si cer pet. Idem consuluit Old. consi. 174. sed aduerte, quòd quãmuis in eadem charta fuissent uir, & uxor testati, prout hic dicitur, ꝙ altero ex duob[a] defuncto, is qui superuixit, potest illud reuocare & ita concludit Oldr. vbi supra.

c † Quid inter personas alias a milite. Adde videdũ omnino i terminis huius l. Rom. consi. 26. incip. pro clariori; vbi multa notabilia colligit de hac materia. & Card. consi. 1. in tit. de dona.

LEX XXXI.

1 *Fidem frangenti fides frangitur. & nu. 2.*

Cum proponas. Aliqui habent l. traditionibus, sed prosequor l. cũ proponas. Casus. ex pacto diuisionis non datur actio, sed exceptio possidẽti, quæ tollitur replicatione fidei non seruatæ. h. d. In tex. ibi ad-
1 uersario tuo. subaudi, primæua actione conuento. † Nota, quod
a non seruanti fidem [a] fides non seruatur eidem. concordantiæ sunt

ADDITIO.

a Non seruanti fidem. Adde D. Soc. consi. 213. inci. in præsenti consultatione. ver. confirmatur. nam circa me. in 2. parte char. 98. & adde D. Ias. hic q dicit istam regulam etiam procedere, si iuramentum interuenisset. allegat tex. in c. 3. & ibi no. Inn. & canonistæ. de iureiu. in tex. in c. sicut. vbi Imo. in fi. & ibi Pa. no. de iureiu. facit gl. in c. 1. in gl. pe. de eo. for. fideli. qui dicit, ꝙ si dñs non seruat fidem vasallo, ꝙ vasallus similiter nõ tenetur ei seruare iuramentum fidelitatis. item ad primam regulam adde, ꝙ dicit glo. in ca. in gl. pe. de no. for. fideli. Item adde, ꝙ vult glo. in c. cupientes. in prin. in verbo. malignam turrim. de elect. in 6. ꝙ qui habet ius in cã prin. potest malitias aduersarij per alias malitias, & fraudes repellere. item d. D. An. de Bu. in 3. de regula ꝙ cauillosum aduocatum licitum est cauillatio illic. & dupli citatib. repellere, dum tamen non repellatur falsis probationib. ité aliud, ꝙ vult Bal. in rub. ʒ. de fi. iuste. in 8. col. in ver. incidenter, & ꝙ alibi tamẽ no. Bal. & Sali. in l. si te. per illum tex. ʒ. de iure delib. ꝙ licet ab alio patiaris iniuriam, non tñ pro hoc alijs iniuriosus eris, ꝙ dicunt esse mentiri tenendum, contra repressalias tñ videntur loqui quo ad tertium, non quo ad inferentem iniuriam. istam regulam limitat per D. Ias. hic non procedere in conuentione treugæ, refert fuisse dictum originale Vincentij Hispan. in c. 1. in fi. de treuga, & pace refert & sequitur Io. And. in addi. spec. in tit. de treug. & pa. super rub circa prin. vbi refert idem tenere Arch. in c. illi. 34. q. 3. idem tenet Io. And. D. An. & cõter alij in c. 3. de iureiu. Ang. & Imo. in l. si ex lege. cã. ff. de ver. ob. Ang. & Pau. de Cast. & Raph. Cu. in l. q. seruum. ff. de ver. obl. adde, ꝙ idem tenit Bal. in c. dudum 2. in 12. col. de elec. & in rub. de treug. & pa. & in pe. col. & in proœmio gregoriano decretaliũ. nõ 2. col. Imo. tamen in l. qui seruum. dicit, ꝙ istud potius procedit de equitate, q̃ de iure per regulam huius tex. idem tenet D. Alex. hic & in dict. seruum. & in l. semel mora. vlt. col. ff. fol. ma. sed tu pondera secundum. Ias. ꝙ contrarium tenet Pan. in c. 1. de treug. & pace. Tene opi. Archi. et dẽ ire, & ꝙ ea consuluit D. Marianus Soc. consi. 26. inci. Ianuensiũ dix. in 9. col. adiungens differẽtiam inter pacem, & treugam, prout ibi plene, vide, fosti. in summa. de treug. & pa. treuga vero ad ips fit, & cauiatur ad ips. breue, bene finita treuga potest iniurias vlciici, ideo debet expectari lapsus temporis treugæ, cum posit seruare fidem, infra. tempus, & vlciici poti tempus non sit in pace, cum si, perpetua, facit prout, vide plene, & copiose per d. Ias. hic, quem vide.

sunt in glo. fi. hoc opponit glo. de l. cum mota. ʒ. tit. j. dic vt ibi. Extra ad idem opponit Petr. & Cyn. de l. fina. §. penulti. ff. de eo, per quem factum est. Sol. vt hic secundum illam videlicet, quod circa idem cap. vel connexum fides non seruatur: vt hic. sed circa separatum ab eo, contra quod venitur, loquitur l. contraria. ff. de dolo. l. si duo. & ibi glo. rationẽ diuersitatis assignat Richar. quia vbi est idem negotium, vel capitulum, fides dicitur tunc frangi ad defensionem sui, & repulsionem fraudis, & doli, quod licet, vt ff. de nego. gestis. l. at qui natura. §. cum hæ. & de iuossi. testa. l. Papinianus. §. quarta, sed vbi negotium, vel capitulum est diuersum, fiet ad offensionem, & vindictã. quod non licet. ʒ. vnde vi. l. j. nec in fraudem attenditur temporis interuallum, cum fraus inferentis continuo duret, & instet recẽs, & viridis. & ideo sunt in pari causa. & melior debet esse conditio restituentis. Quæro, cur huic fratri, qui maxime ius fouebat secundum ius commune, non est nata actio ex pacto diuisionis. Respon. glo. pen. quia non videtur ex sui parte plene impleisse. licet actionem remiserit transigendo, vt hic fuit, & huius est ratio, quia transactio implicat pactum de non petendo. vnde licet hodie non petatur, non tollitur, quin in crastinum peti possit, & sic non plene impleuit, vt dixi s. co. l. j. Sed tunc quæro, si non plene impleuit, vt tu dicis; cur si stipulatio intercessit, ei datur actio ex stipulatu. Respon. secundum doc. quia stipulatio est contractus nominatus: & ex ea statim est nata actio. vnde ne natiuitas eius sit frustra, l. permittit ex ea faciliter experiri, & maxime contra eum, qui se tam solenniter obligauit. & fidem frãgere cupit. sed vbi stipulatio non intercessit, pactum est nudum. & ex eo non est nata actio, vnde non plene implenti nõ potest esse petitio, cum implementum sit causa obligationis, & actionis producente, vt ʒ. de re. permiu. l. ex placito. conceditur ergo facilius exercitium actionis iam natæ quam ipsius actionis producẽdi in esse. Vltimo nos vidistis hic, quod pactum videtur appositum pro eo, qui seruat illud, & non pro eo, qui venit contra illud, ad quod facit. ff. loca. l. quæro. §. inter loc. & quod no. ff. de transactio. l. qui fidem. & ʒ. de iure emphy. l. ii. hinc est, quod dicit Inno. quod rescriptum non prodest ei, qui venit contra rescri-
2 ptum, quia non videtur pro eo scriptum. † Ex hoc determinatur quæstio, quod si Titius, & Sempronius capitales inimici fecerunt pacem adinuicem, & promiserunt pœnam, si contra facerent: & postea Titius fœdera pacis rupit; post eius ruptionem Sempronius dictum Titium vulneratuit, propter quod dubitatur an Sempronius in pœnam violationis pacis inciderit. & dicit Gui. de Suz. quod non; quia cum Titius fregerit contractũ, ex eo non debet iuuari nec agere posse, vt hic, cum alijs legibus superius alleg. & specialiter inducit. ff. de leg. ij. l. cum pater. §. libertis. pœnam igitur contractus dixit non commirri, sed delicti sic. vt ʒ. vnde vi. l. j. & ʒ. ad l. Iul. de vi. l. si quis a se fundum. & procedunt prædicta etiam si in contractu sit dictum, quod pœna toties committatur, quoties fuerit contra factum, quia talis clausula non videtur apposita pro non seruante, vt no. glo. in d. l. qui fidem. Hanc determinationem limitat Bal. vbi Titius pœnam, in quam inciderat, non solusset tempore, quo Sempronius eũ vulneruit, alias si iam soluerat, dicit, quod Sempronius incideret in pœnam. Mouetur ex quodam dicto Pe. quod ponit Cy. ʒ. eo. l. petens. vbi dicit, quod soluens pœnam, ex sui parte dicitur implere contractum. sed illud dictum reprobat dominus meus, vt dixi. §. eod. l. si pacto quo pœnam. limitationem tamen approbo, vbi clausula erat apposita cum exactione, scilicet vt toties committatur, & exigi possit, quoties fuerit contra factum rato manente contractu, quia illa soluta vult soluens, & recipiẽs contractum manere firmum, quod no. Salyc.

LEX XXII.

1 *Administrator an possit gratuita remissione liquidum debitum remittere. & num. 2.*
3 *Administrator an possit debitum non liquidum gratis remittere per pactũ.*
4 *Administrator an possit debitori terminum prorogare.*

a **Pactum curatoris.** [a] Administratorum ex actio, non pactum gratuitum vel remissio liberat debitores. h. d. secundum Rayn. vel
1 larius: † De debito liquido per administrationem nõ potest fieri gratuita remissio. h. d. Diuide, quia primo dictum. secundo tollit obiectum. secunda ibi tutores. Oppo. cum gio. quod remittere possit. ff. de fur. l. si pignore. & l. interdum. §. qui tutelam. Sol. quod hic quando est liquidum, ibi quando non est liquidum. simile. ʒ. ti. j. l. si præses. Ratio est secundum glo. quia debitum liquidum remittendo dicuntur pupillum spoliare, & non administrare, & sic ad eorum officium non spectat, vt in l. alle. in gl. & clarius. ff. de mi. tit. generali. l. seruus furio si. Item, quia tũc remittere est donare. ff. e. l. contra. iuris. §. fi. & l. in ædibus. ff. de do. sed donare non potest administrator, nisi cum speciali mandato, vel in casu a iure permisso. vt ff. de do. l. filius. &, quod vi aut clam. l. prohibetur. §. plane. & de tu. & ra. distra. l. j. §. sed non nul-

los. & ex his dicunt aduocati, quod tutor, curator, vel procurator non potest expresse renunciare exceptionibus peremptorijs, vel declinatorijs domino competentibus, facit etiam, quod not. ff. de noua. l. si quis delegauerit. licet tacite possit ex processu, & ordine iudicij. vt §. de exhi. l. fi. Op. ii. de l. sed si vnius. §. j. ff. de iniur. fol. vt in glos. Opp. iij. de l. iusiurandum. §. j. ff. de iniu. fol.
2 quod ibi non erat liquidum, vt in primo contrario dixi. † Extra opp. quod etiam liquidum possit remittere, vt vsura. vt not. in l. præses. ʒ. tit. j. quinimo, & proximum iam quæsitum; vt ff. de admini. tuto. l. cum plures. §. pe. & l. tutor secundum dignitatem. §. fi. fo. vt hic. & alia clarius patent distinguendo, secum Richar. quia aut tractamus de iure quærendo, & nascendo, & tutor remittere potest, & eius natiuitatem impedire, vt ff. de iniu. d. l. sed si vnius. §. j. Aut de quæsito, & iam nato: & tunc, aut nõ liquido, & potest de eo transigere; vt infra titu. j. l. præses. decretũ tamen iudicis requiritur quandoque, puta si esset tale quid, quod sine eo alienari non possit, vt nota. infra de transac. l. j. & illam glos. tene cordi, pro qua facit. infra de prædijs mino. l. fi ad resoluendum. similiter iuramentum potest deferre, & præiudicare pu-
3 pillo; vt ff. de iureiurando. l. iusiurandum. & l. tutor. † An autem non liquidum ex defectu probationum possit gratis remittere per pactum, non videtur, quia illud ius tale quale videretur donare. In contrarium videtur tex. cum glo. ff. eodem l. contra iuris, in fine. Aut quæritur de iam nato, & quęsito, & etiam liquido, & proprio, & tunc aut remittendo agit principaliter vtilitatem animæ pupilli, & pactum interimit, quod animam occidit, vt vsuras remittat, & valet, vt nota. in dicta l. præses. & forte idem esset in quolibet, quod solutum repeti posset propter inanem actionis effectum. Aut remittendo, vel donando agit principaliter in scientia, & virtutibus infundendis pupillo. & adhuc potest, vt dicta l. cum plures. & dicta l. tutor. & ff. vbi pupillus educari debeat. l. qui filium. & de tu. & ra. distr. l. j. §. j. & §. præterea. & argu. ff. de do. l. aquilius. dum tamen modum non excedat, vt nota. in d. l. tutor. secundum dignitatem. Ex his dicit Iaco. Butri. quod doctores, & aduocati determinauerunt, quod tutor cuiusdam infantis valde diuitis propinquis, & amicis intrinsecis destituti, cuius pater fuerat occisus, dum timeret eum sic occidi, si inimicitia duraret, poterat principaliter propter salutem personæ illius facere pacem eius inimicis etiam gratis. Et pro hoc facit, quia ex reconciliatione non videtur quis perdere, sed lucrari, vbi discordia possit esse damnosa; vt l. creditorem. §. j. manda. vbi autem guerra non fuisset pupillo damnosa, nec periculosa, non posset pacem facere; quia dignitatem pupilli debet tueri, vt sæpius allega. l. tutor. Et ex hoc inferunt quidam, quod pax, quam tutor potest facere, non potest uallere stipulatione pœnali pupillum obligante; quia stipulatio pœnalis censetur damnosa; ut ff. de mino. l. minor. §. fi. & de hoc per Specu. in titu. de treuga, & pace. uersi. hoc quoque. † Quarto, ut hic videtur, administrator non potest debitum remittere, ut hic. & ʒ. titu. j. l. præses. Sed an terminum potest prorogare. Dicunt aduocati, quod non, per l. qui Romæ. §. calimacus. ff. de uerb. obli. & pro hoc etiam facit. infra de iure fis. l. iustam. lib. x. & de erog. mi. anno. l. penul. lib. 11. In contrarium facit. ff. de pub. i. penulti. §. fi quis professus. prout intelligitur in publicano, non pro se, sed pro fisco recipiente. Bart. ibi dicit, quod habens madatum speciale ad unam solutionem recipiendam, non potest terminum prorogare; ut dicto §. calimachus. Sed habens uniuersalem potest, ut dicto §. fi quis professus. Bald. dicit, quod neuter eorum potest prorogare, nec obstat dictus, §. fi quis professus, quia non prorogauit; sed moram in accipiendo commisit. nam ibi soluere uoluit; sed publicanis recipere noluit. ut ibi dicit sentire glo. super uerbo, concedente, signatam.

ADDITIO.

a ¶ Pactum curatoris. Et sic nota. quod administratores ciuitatis nõ possunt remittere debitum liquidum debitoribus vniuersitatis expresse. Sed adde, quod tacite sic, scilicet, negligendo petere, donec currat præscriptio. l. imperatores, & ibi Bart. ff. de pac. no. in l. adversus ʒ. de vsu. & in l. præses. ʒ. de transa. vbi Bartol. idem dicit in alijs administratoribus, & in l. item. magistri. ff. de pact. vbi omnino per Alex. & quando possint præiudicare ciuitatibus in consi. Pupillus, vide Pa. de Ca. in d. l. imperatores.

LEX XXIII.

1 *Persona coniuncta sine mandato agere potest, non tamen sine mandato ei solui debet.*
2 *Pactum filij quando officiat patri.*

Filius. Nec recipiendo nec paciscendo præiudicat filius
1 patri. hoc dicit. † Not. quod licet coniuncta persona agat sine mandato, vt ff. de procuratoribus. l. ʒ. ed hæ. non potest ei solui sine mandato, vt hic. & no. in l. qui hominẽ. ff. de solu. & hoc etiam si actio sit communis, vt ff. solu. matrimo. l. non solum. Ad prædicta facit infra de pact. conuentis. l fina. & de solutio. l. cum maritum. Quæro primo de ratione dubitandi in l.

ista

a ista, vt fideo, quia filij in bonis paternis sunt quasi domini, vt ff. de liber. & posthum. l. in suis, & insti. de hæredum qualit. & differentia. §. sui. Sed illud verum quo ad quid, & respectiue, non simpliciter, & absolute. vt hic, secundum Odof. & Richar. Oppo. cũ glo. de l. si filius. ff. de excep. Solut. vt glo. & sic ibi non pacto, sed l. erat res redhibenda. Oppo. extra ad idem de l. si vnus. §. primo. circa princip. ff. eod. & de l. quod seruus. ff. depositi. & l. quod seruus. ff. de solut. Solut. ibi soluebatur filio ex contractu proprio, hic paterno, quod no. quod dicit Bart. quod si monachus deponit pecuniam, & ei restituitur sine consensu abbatis, quod liberatur nihilominus depositarius, quia omnia iura loquentia de seruis quatenus possint adaptari monachis, locum habent & in illis, vt no. Innocen. de priuileg. credi. cap. cum olim. & idem de
2 filijs, vt hic in fi. no. glo. † Oppo. modo cum glo. quod pactum filii noceat patri. vt in l. contra iuris. in fin. ff. eo. dicit glos. quod ibi fallit, quia de debito non liquido ex defectu probationum pactus fuit, vt ibi no. & sic fecit, quod diligens paterfam. faceret. ut ibi no. vel dic, quod hic in debito paterno, ibi in peculiari, in quo sic distingue. Salycetus.

ADDITIO.

a ¶Sunt quasi domini. Et adde, quod hinc est, quod æstimum patris censetur æstimum filij glo. est. not. in l. 2. §. qui ven. æta. lib. 10. quam ad hoc reputat singularem Bal. in l. diximus. §. si pater. ff. de excu. tut. & in c. quæ in ecclesiarum. circa fin. de consti. na. glo. sequitur Bal. in l. si. ad fin. §. de impu. & alijs substi. & in l. 2. circa fi. §. de lib. & eorum lib. & in l. non plures. in fi. sup. de sacrosan. eccl. Et no. quod per illam. glo. dicit Bal. in l. illud §. communia de succes. quod habitatio patris censetur habitatio filij. Alibi per illam gloss. dicit Bal. in l. etiam. in pen. col. §. de execu. rei iud. quod pater & filius quãtum ad æstimum communis pro uno capite computantur alibi no. Bart. in l. 1. §. domini. el 2. argu. illius tex. ff. ad Syll. quod libra seu catastrum patris prodest filio, siue in potestate siue emancipato, accedat, quod pater, & filius cẽsetur eadem persona, & caro & vox patris dicatur vox filij, vt per D. Soc. consi. 31. incip. prosequendo ordinem ver. circa medium, 3. q. cum versi. seq. in 1. parte char. 62. item filij caro dicitur, quodammodo caro patris augmentata, licet ergo efficitur nouus homo propter nouam animã, tamen non dicimus primum hominem omnino extinctum. quia quando vna res extinguitur, & altera eius loco subrogatur, prima non dicitur omnino extincta, vt per præfa. D. Soc. consil. 2. incip. visis instrumentis cõcessionum ver. ad 3. respondetur cir. med. in 2. parte, char. 149. sed quid si filius viuo patre liberauit debitorem patris, deinde mortuo patre successit, an post mortem patris talis liberatio nocebit filio. vide not. d. Ias. hic, qui cum quamplurimis remissionibus tenet, quod non, & ibi vide ex quo istũ tex. ampliat & limitat.

LEX XXIIII.

1 *Pactum vni ex hæredibus factum, alijs quando prosit. & nn. 3.*
2 *Actio, & exceptio euincenti datur ex pacto successoris.*
4 *Pacisci, an quis possit alteri etiam quo ad ius excipiendi.*

1 Si actionem. † Pactum factum vni ex hæredib. nõ
2 prodest alijs. a hoc dicit. secundum primam lecturam. Concordantiæ sunt in glos. in princip. & attende, quod tex. iste non supponit, qd pactum sit factum de parte illius, cum quo pacisciturſed simpliciter de legato non petendo. & tamẽ restringitur solum ad partem eius, cui pacisciturſ, quod not. pro remissione, & restitutione legatorum simpliciter aliquibus ex hæredibus facta, vt non intelligatur, nisi quo ad partes illorum recipientium. Vel sic. pactum factum hæredi putatiuo ipsius propria contemplatione non prodest hæredi vero. hoc dicit. secundum aliam lecturam glo. quod not. pro uxore testatoris. quæ fratri testatoris remisit legatum putans eum hæredem, quod si postea alius appareat hæres, non prohibeatur petere legatum. † Contra hoc opponit gloss. de l. si post. ff. de consti. pec.
2 vbi ex pacto possessoris datur actio euincenti, & sic vero hæredi, ergo fortius exceptio, supra eo. l. creditori. quod hic negatur. glos. remittit ad notat. in contrario. & ibi soluitur. Primo, quod ibi actio decernitur euincenti per cessionem, & non aliter. hæc diuinat, & tex. violat, & etiam dubium non habuisset. Secundo quod ibi datur ei actio prima, non autem illa de constituta. Hãc tenet Iac. de Rau. Sed modicum haberet dubium, nec esset illa lex congrue situata. Tertio aliter soluitur. ff. eod. l. si tibi. §. cum possessore. videlicet, quod vero hæredi nõ datur directa, ut hic. & dicto §. cum possessor. sed vtilis sic. vt in contrario. Odoffr. & sequaces hanc reprobant, quia tex. iste, & ille §. cum possessor. generaliter prohibet. & sic deber remouerí quęlibet generis species. vt ff. de alie. l. 1. §. quod autem. Solut. ergo. Quarto, quod pactum simplicis possessoris non prodest, vt hic. & dicto §. cũ possessor. sed possessoris & etiam veri hæredis prodest euincenti p contratabulas, & querelam inofficiosi, quia in eum transit omne ius. Et hanc confirmauit Accur. in lege. si hæres pecuniam. ff. ad Trebel. & eam tenet Bartol. Sed attende, quia ista solutio, videtur destruere tex. in dicta l. si post. in contrarium alleg. nam primo loquitur in vero hæredc. postea ampliando dicit idem in hæreditatis possessore. & sic de possessore hæreditatis loquitur per oppositum ad hæredem, nec si ampliando tantum respectu restituentis, & euincentis, sed etiam respectu veri hæredis, & non hæredis, sed possessoris tãtum, & sic respectu vtriusque vnde Petr. & Cyn. forte dixerunt Quinto, quod ibi speciale in constituto, quia cõstitutum sit de debito, vel per respectum ad debitum, vt ff. de constitu. pec. l. 1. §. debitum. igitur concomitatur illud, vt suum principale, a quo essentiam recepit. vt infra per quas personas, l. 2. & ff. de regul. iur. l. cum principalis. licet hæc solutio sit colorata, tamen contra eam facit. ff. ad Trebel. l. si hæres pecuniam. vbi pignus, & hypotheca, quæ pro debito tantũ eius respectu contrahitur quæsita per hæredem, non transeunt in fideicommissarium, vel euincentem, nisi cedatur, & sic suum principale non concomitatur. & hic eadem lege contradicit et in præcedenti solutione, quam Bartol. tenuit. Quid igitur dicendum? dominus meus consueuerat dicere, iunge omnes simul, & habebis veritatem. Ego prius addo illam solutionem, quam ponit glo. in l. antepenult. ff. eod. de qua subsequenter gloss. nostra hic opponit, videlicet, quod hic pactum fuit factum contẽplatione, & affectione personæ; vnde personam eius non egreditur, in contrario secus. Ideo distinguamus tria membra, quia, Aut constat, quod proprie contemplatione possessionis pacti est factum, & sic alij non voluit prodesse: & tunc non prodest alij etiam euincenti, vt hic. Aut pactum factum est cuiusliber contemplatione, & sic constat, quod omnibus voluit prodesse: & tunc prodest euincenti saltem ope exceptionis doli. vt l. antepenult. ff. eod. & ibi no. in princip. glos. Aut dubitatur, & tunc, Aut quærimus de possessore, & hærede, & sic vero titulo hæredis in titulato, & tunc eius pactum prodest euincenti, sed denunciatione facta, vt dicta l. si hæredis pecuniam. ff. ad Trebel. & de contratab. l. cum emancipatus. in princip. & de fideiuss. l. hæredes a debitore. in princip. cum ibi not. in glo. ratio est, quia aliquid remanet pœnes verum hęredem, cui actio vel exceptio per eum quæsita cohæret, ideo necesse est, vt euincenti cedantur nec alter transeunt. Aut quæritur de possessore non hærede. & hic distingue bo. fides, a mala fide vt isto casu non prosit pactum exceptionis productiuum, quia in persona sui non habuit fundamentum, cui cohærere posset. & sic nec in euincẽtem. transire, vel transferri, ita loquitur dicta l. si tibi, §. cum possessor. ff. eod. & ibi gloss. secundum vnam solutionem, & idem dico de actione altert cohærere debenti, vt ibi vult glo. quia eadem est ratio primo casu, quando est bonæfidei, quia ille possidet cogitatione dominij, vt infra, de fur. l. apud antiquos. & actiones mouet hæreditatis, vt l. si bonæfidei. & l. euicta. ff. de peti. hęred. in fra eod. titu. l. fin. & quicquid quærit quatenus est locupletior, restituere tenetur. vt eod. titu. l. sed si le. §. consulit. & de condi. indeb. l. tertia. Dico eius pactum vero hęredi prodesse, & ita potest intelligi. l. si post. ff. de consti. pecu. est enim actio de constituta ex causa hęreditaria quæsita, & in ea cesetur locupletior, ideo restituenda. sed tunc dubium, an per restitutionem hæreditatis, quã fecit, transeat vtilis in euincentem. & si fuerit cessa, clarum est, quod sic. ea autem non cessa, dubitatur, sed non destruẽdo tex. casus videtur, quod sic, in dicta l. si post. & huius potest esse ratio, quia censetur quasi hæreditaria, quia ex causa hæreditatis quæsita. Item, quia licet actio de cõstituta sit coæquęua ad primam, tamẽ sine illa esse non potuit. quia debito accedit, & illo respectu concomitatur illam, vt dixit Pet. & necessario. quia nihil de actione primæua remanet pœnes hunc possessorem, cui illa de constituta possit cohęrere. quod secus est in vero hærede qui coniuctus non propterea desinit ipso iure hæres esse, nec per restitutionem hæreditatis ex Trebelliano. vt l. prima, §. primo, ff. ad Trebel. Ideo actiones cohęrentes non transeunt nisi cessę. & ita loquitur l. si hęres pecuniam. ff. ad Trebel. ex his patet so-
3 lutus difficillimus nodus. & est expedita secunda lectura. † Accedo ad tertiam secundum quam hoc intendit, partis remissio non prejudicat in residuo. Concordat. ff. eo. l. si vnus. §. ante omnia. hęc vera est sine dubio, sed violat text. qui videtur loqui de remissione totius. Ideo Iac. de Raue. Pet. & Cyn. legunt. Quæro modo, vt dicamus, quod ista mulier habens affectionem ad hęredes remisit alijs. i. quibusdam extraneis hęredum nomen recipientibus, & paciscientibus de non petendo, certè huic mulieri
4 non nocet tale pactum, ut hic. † Et sic no. quod alteri quis nõ potest pacisci etiam quo ad ius excipiendi. Ista le. est amica nostręliterę. & ista lectu. videtur fundare opinionem glossatoris nostri contra Mart. positam in l. idem in duobus. in fi. ff. eo. titu. sed attende,

ADDITIO.

a ¶Non prodest alijs no. secundum istum tex. vt per Dominus Ias. hic, quod si legatarius, vel creditor facit pactum de non petendo legatum vni ex hæredibus intelligitur pro sua parte tantum, nec extenditur ad alium, licet de parte non sit factamentio per l. j. §. titu. j. & per l. si vnus. §. pacta. ff. eo. vnde facit prout refert Do. Ias. hic, secundum Bal. & Mod. quod pactũ de hæreditate patris factum per sororem vni ex fratribus intelligitur pro eius parte. & ideo alijs fratribus potest partem hæreditatis petere, non obstante pacto, idem refert tenere Bal. in l. pactum quod dotali, in 8. & 9. quæstio. infra, de colla. quod prosequere, ut per Pau. de Cast. & plenius d. Alexam. hic.

tende, quia contra istam lect. & glo. prædictam videtur alia glo. posita in l. non solum. §. liberationis verba. ff. de liber. lega. Solu. quod interdum extraneus simpliciter pacisciturſ, ne ab alio petatur, & tunc nulla exceptio competit illi. ut in glo. d. l. idem. nec est fideiussor extraneus, ut ibi not. interdum pacisciturſ, ut illius gestor saltem in hoc acto, puta quia stipulatur sibi recipienti vice, & nomine hæredum, quod ipse creditor non petet ab illis, & tunc non quæritur exceptio pacti, ut hic secundum lectu. Pet. sed exceptio doli subsidiaria pacti sic, ut in glo. d. §. liberationis verba. & hoc vult ibi Bar. & probat tali ratione. recipiẽs nomine alterius potest illi quærere, & tenetur illi actionem cedere, ut l. penult. ff. de nego. gest. & est text. & glo. in l. huiusmodi. in princ. de legatis primo, ergo exceptionem doli quærit illi, & sine cessione liberationis fauore. ut l. rescriptum. §. fin. ff. eodem. hæc no. quia sunt quotidiana. Vltimo contra istam lecturam oppono, si ista mulier remisit legatum, ergo amplius non potest ad illud habere regressum. ut infra. fideicommiss. ex repudiatione. & de legat. secundo. l. si ita scriptum. Sol. quod hic iam ignorauerat, ideo actionem, quam habebat, remittebat. in contrarijs nondum ignorauerat. Item & hic remittebat faciendo pactum de non petendo, ibi renunciando, uel remittendo.

LEX XXV.

1 *Pactum debitorum quando creditoribus sit nociuum.*
2 *Debitor non pacisciturſuper iure, quod creditori debetur.*

1 Debitorum. † Pactum debitorum nocet creditori-
bus. hoc dicit. Opp. de l. & suum. ff. eo. Sol. ibi loquitur econtra. Et ideo ibi videlicet maioris partis eorum, & cæteris etiam inuitis præiudicat: quia sit pro communi vtilitate omnium, ut possit ad suum peruenire saltem in parte, & defunctus habeat hæredem, quem conueniant, ut ibi nota. Opp. secundo, in hac litera, nec, quæ est exclusoria, implicita est vna copula. vt nota. infra de dona. ante nupt. l. si filiæ. & ff. de iurisdictione omnium iudi. l. & quia. in princ. quæ exclusorię habet diuersa coniungere, sed mutare, & tollere videntur idem esse, & significare, ergo, & cætera. Solutio. quòd immo sunt diuersa, ut in gloss. secunda, & tertia, & quod dicit glo. tolli, in totum intellige, vt nihil pœnitus soluatur, idẽ tamen esset de par-
2 te. † Extra vos videtis hic, quòd super iure creditoris debitores non possunt pacisci, vt infra eod. l. pacto. quòd facit, vt subditi non possint facere ligam, vel alium cõtractum in præiudicium ipsorum, sed, an domini possint subditos in alios transferre, vel castrum aliquod vel villam alienare sine consensu debitorum
2 tex. & glo. videntur probare, quòd non, a ff. de fideicom. lib. l. initius. in prin. & hoc nota pro gestis modernis temporibus. Item no. hunc textum ad id, quòd euenit quotidie, dum creditor agit contra unum ex correis debendi. allegat ipse, quòd verè fuit fideiussor. vnde petit alium prius conueniri, & ad hoc probandum inducit instrumentum, quo probatur quod alteri promisit eum seruare indemnem, certè tale instrumentum, & pactum inter eos factum nil præiudicat creditori. ut hic, & probatur in authenti. de duobus reis. post princip.

ADDITIO.

a ¶Quod non. Et adde, quod hic dicit Bald. in specie, vt refert do. Ias. May. in capitulo in generali. si de feu. fue. contro. inter do. & vasa. quod Rex Franciæ non potest alienare vnam de ciuitatibus regni sui inuitis illis ciuibus allegat Hostien. in capitulo dilecti filij de maio. & obe. & ibi Ioan. And. in no. vnde secundum eum, quando Imperator Constantius donauit vrbẽ Rom. Papæ Sylue. fecit populum Rom. consentire. ad quòd pulchrè not. Bart. in l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam. prædictis adde facere, qd vult Bar. in l. si is qui. §. fin. ff. de pign. & in l. si non sortem. §. libertis. in pencolum. ff. de condi indeb. & si dominus vendat rem feudalem vasalli inuiti non cogantur ei promittere, uel iurare fidelitatem, secundum Cy. in l. j. inf. de nouati. Bal. & Mod. in l. 2. §. fi. ff. fol. mætri.

LEX XX.

1 *Dominium, an possit transferri sine traditione. & nu. 4.*
2 *Traditio vera, uel ficta, an fiat per inuestituram.*
3 *Causa, an sufficiat ad dominij translationem.*
5 *Colonus nummis colens, quando faciat suos fructus.*
6 *Dominium quando vsucapione, & quando præscriptione quæratur.*
7 *Vsucapionis præscriptione quæ sit differentia.*
8 *Dominium vtile triplex est.*
9 *Alienare quando dicatur, qui vsucapi patitur.*
10 *Dominium an transferatur, priusquam conditio impleatur.*
11 *Verba quando dicantur ad resoluendum obligatiua.*
12 *Dominium quando solo pacto absque traditione transferatur.*
13 *Dominium quando in vniuersalibus ex titulo solo transferatur.*
14 *Possessio in alium non transfertur sine causa.*
15 *Dominium sine possessione non transfertur.*
16 *Ius reale dominij vtilis vel directi ex conuentione sola non transfertur.*

Traditionibus. Expone text. ibi, vsucapionibus: quid sit vsucapio habes. ff. de vsu-
a capio. l. tertia, ibi domina, est autem dominium a potestas ratio, nabilis rei pro libito disponendæ, vt hic no. Richar. No. duas regulas affirmatiuas, & vnam negatiuam. primæ duæ affirmatiuę sunt circa traditionem, & vsucapionem, vt ex qualibet earum quæratur dominium. Tertia est de pacto, ut ex eo solo nõ quęratur dominium, & sicut sunt tres regulæ, ita sunt tres glo. quarum quælibet concernit suam regulam. † Opp. contra primam
1 regulam, quod sine traditione transferatur dominium, vt Insti. de re. diui. §. interdum. Sol. quod ibi patientia habetur pro traditione, & sic est ibi quasi traditio. Et sic traditio aliqua: est autem vera traditio, quando interuenit actus corporalis, ut hic. Quasi traditio ex quadam fictione iuris ciuilis inducitur, quod variis modis exemplificatur per doctores. quandoque enim per pre-
b carij rogationem, vel constitutionem. b vt ff. de acquir. possess. l. interdum. & no. in l. ab emptore. ff. de pac. vbi glo. singulariter notanda, quod venditor constituens se præcario possidere nomine emptoris liberatur a traditione, c ad quam tenebatur ex
c venditione. & sic inducit liberationem ficta traditio, sicut vera. quandoque per clauium traditionem. vt l. clauibus. ff. de cõtrah. emptio. quandoque per instrumenti traditionem, ut infra. de donatio. l. prima, cum concord. ibi allega. quandoque per vsufructus formalis retentionem: vt inf. de dona. l. quisquis. quandoq; per patientiam eius, ad quod ex contractu præambulo tenebatur, vt infra. de acquiren. possess. l. secunda, & ff. eod. tit. l. prædia. quandoque per celeritatem vnius actus alium occultantis. vt ff. si certum peta. l. singularia. & de donatio. inter virum. & uxorẽ. l. tertia. §. si debitorem. Et ex his pridie dicebam quod si vxor reliquisset maritum vsufructuarium omnium bonorum, qui dotem ceperat in pecunia, & vxore mortua maritus acceptasset legatum, quod ad pecuniam dotalem amodo non tenetur ex causa dotis, quia fingitur ipsum dotẽ restituisse, & retro sibi datam ex causa vsufructus, & per consequens omnes hypothechas, & obligationes ex causa dotis restituendæ initas dissolutas esse. quod tene menti. Quid autem terminabitur; nescio, qa quæstio est de facto. Item per appositionem custodis inducitur quasi traditio, vt ff. de acquiren. possess. l. quarundam. & ex hoc dicunt doct. quod ille dicitur possidere castrum, cuius nomine
2 custoditur. † Per inuestituram autem non dicitur res tradi verè vel fictè, sed dari licentiam de possessione apprehendenda propria auctoritate, vt extra. de his, quæ fiunt a maiori parte capituli. cap. ex ore. & ita notauit ibi Innoc. & idem notat in capitulo ex literis. de consuetu. Idem vult summista super vsibus feu. in titu. si duo separatim sint inuestit. & in titu. an possessio, & cætera. non enim ex sola inuestitura transfertur, vt in titu. de no. jfor. fide. capitulo primo, in fi. & in titu. si de feu. controuersia fiat. c. si facta. & in titu. de consuetu. rec. feu. in princip. & ibi per Iaco. de Belu. & in titu. quid sit inuestitura. & per eundem, nec ante possessionem adeptam ei competit vtilis rei vendicatio, quia l. non cauetur, nisi in ecclesia, in casibus not. in l. fin. supra. de sacrosan. eccl. & hoc vult. Specu. in titu. de locato. §. postquam. in quinto sexto, & septimo libello. & in §. nunc aliqua. vers. 56. & sequen. Opp. quod per solam traditionem, vel quasi nõ transferatur dominium, vt ff. de acquiren. re. do. l. nunquam nuda. Sol. quod etiam causa requiritur, vt in contraria. & in glo. vsque ad ver. &
3 idonea. † Opp. tertio, quod sola causa non sufficiat. vt Insti. de rerum diui. §. per traditionem. Sol. ut sequitur in glo. quod prędicta debent intelligi de causa habili, & idonea ad translationem dominij, ut in contrario. nam paria sunt non esse, vel minus idoneè vt ff. qui satisda. cogan. l. quoties. & si quis cau. l. quoties. Minus idonea autem causa secidum Richar. est illa, quæ a iure est reprobata, ut supra. de legi. l. non dubium. vel etiam permissa, sed ei non adest voluntas in transferendo, vt patet in deposito, commodato, pignore, locato vel præcario, ut in fra. loca. l. si quis conditionis. & ff. deposi. l. licèt. §. rei. & locati. l. non solent. & de pigno. actio. l. cum sortis. in fi. Opp. 3. quòd nec prædicta omnia suffi-

ADDITIONES.

a Est autem dominium. Adde Soc. consf. 176 incip. præsens consultatio. vers. 8. & vlt. in 2. parte. char. 48. vbi hoc idem allegat, & firmat.
b ¶Per præcarij rogationem, vel constitutionem. Adde glo. & doc. in l. ab emptione. ff. de pactis. Bal. in l. j. 2. quæst. inf. quando lic. ab emptio. dif. & Ang. in l. quamuis. de acquir. poss. vide Bal. in l. j. inf. pro donato. & Bar. in l. quadam. de rei ven. & Bal. in rub. inf. de contrahea. emp. 16. q. per l. quod meo. ff. de acq. poss. quod verum etiam nomine procuratoris, quia domino quæritur dominium, & possessio ficta. Bart. in l. si is qui pro emptore. pen. col. ff. de vsuc. & in l. certe. §. fi. ff. de præcario. vide Bart. in l. ab emptione. §. j. ff. de pactis. Item nisi ad præiudicium tertij. Bal. in l. empt. inf. plus val. q. agi. & Inn. in c. cum dilectus. de fide instru. vel a notario recipiente contractũ pro alio. Bal. in l. si qs emancipatũ. j. de do. & Alex. in l. si pupillus. de repu.
c ¶Liberatur a traditione. Adde inquantum dicit iste, quod venditor constituens præcario nomine emptoris possidere, liberatur a traditione. Tu vide omnino de hoc, & huius dicti veritate, quod no. in trac. clausularum in clau. contrac. versic. constituens se præcario nomine emptoris possidere.

sufficiunt.vt ff.de acquiren.re.do. l.traditio. & iusti. quibus alie.
li.§.primo.Sol.quod hæc secundum illam videlicet suppleri de
bet,quando his concurrentibus traditio fit a domino, vel quasi.
vt in glo.& intellige quasi a domino,vt tutore vel procuratore,
qui habeat expressam domini voluntatem, vel creditore,qui ha
bere dicitur tacitam, ut infra.debit.ven.pig.impe. non pos.l.pri-
ma, & secunda,& not. in l.id quod necessarium. ff. de regu. iur.
4 † Opp. quinto , quòd etiam his concurrentibus non transferatur.vt Insti.de rerum d.tu.§.venditæ.Sol. vt sequitur in gl. vsque
ad fi.& dicit glo.quòd fallit in venditione, ubi oportet quod sa-
tisfiat de precio.& no.quod non dixit, quod precium soluatur.
sed quod de eo satisfiat . Satisfacere est autem ad creditoris vo-
luntatem, vt l.si rem.§.si omnis.ff.de pig. ac. & sic sufficit,quod
fidem habeat de precio,vt ff.de contrahen.empt. l.quod vendi-
disti.& sic glo.non fuit defectiua, ut quidam dicunt,licèt potuis
set esse magis lata. Vnum tamen attende,quia quod glo.hic di-
cit de uenditione , alibi extendi ipsam ad alios contractus simi-
les, in quibus merces,vel pecunia ex alia parte debet interuenire,& ita nota glo.singulariter notanda.ff.de fur. l.si seruus.§.lo-
5 cari quam tene cordi. † Ex qua habes,quod colonus,qui num-
mis colit,non facit fructus suos, nisi mercede soluta , vel habita
fide de ipsa.& quod sit idem in ea, quod in vēditione,probatur.
Primo illa ratione generali, quia de similibus idem est iudicisi.
vt ff.depositi.l.i.§.si quis seruum.& ff.de legibus. l.non possunt.
Secundo idem in pignore reddito.vt patet.ff.de pigno.act.l.ter-
tia,& ibi etiam glo.ad §.venditæ.dic,quod in ca dixi causa dubi-
tationis tollendæ. vel largè accipe , vt aliàs in statulib. nunquid
autem idem sit in contractibus innominatis, sentit gl. quod sic,
infra.de dolo.l.cum proponas.in glo. penult. sed infra.de rerum
permu. Iaco.de Are.per l.secundam, tenet expresse, quod non.
Innoc.autem in l.precibus.in eodem titu.opinio recitat. & nul-
lam firmat. & Pet. ibi Cyn. tenet , quod sit idem , quasi non sit
diuersa ratio.Qui vero contrarium tenent, rationem assignant,
quia in contractu innominato traditio fit ad obligationem , &
actionem producendam. Producere autem non potest nisi dominio translato.vt l.ex placito.& l.rebus.infra de rerum permu
tatio.& ff.in eodem titu. l.prima,in fi.ergo qui tradit,dominium transferre voluit, quia qui vult consequens,videtur velle, & antecedens necessarium, ut ff. de procura. l.ad rem mobilem.&
l.ad legatum. & ff.de iurisdictio omn.iudi.l.secunda,sed in contractibus nominatis obligatio efficax ciuilis,& naturalis est iam
nata . vnde traditio fit, vt alter soluat. & ideo transferre nō vult
nisi solutione facta vel aliter fide habita, vt ff.de triticar.l.procu
rator.§.penult.& de contrahen.emp.l.quod vendisti. Sed atten-
de, si teneamus opin. glo. quam habes notatam in qualibet le-
gum prædictarum.videlicet quod in venditione in dubio videa
tur dominium transferre , tunc inter contractus nominatos , &
innominatos nulla erit differentia. sinautem teneas,quod in du
bio non videatur velle dominium transferre , vt prima facie vi-
detur probare tex.qui præponit regulam negatiuam. in d.l pro-
curator.§.pen.in d.l.si seruus.§.locaui.ff.de fur tunc procedit dif
ferentia prædicta,& alibi hoc decidam , & forte hoc in l.inciuile.infra.de rei vendi.& hoc de prima regula, quam amodo per-
6 fice ex prædictis. † Accedo ad secundam,& quia ibi dicitur vsu-
a capione quæritur dominium , [a] quæro quid in præscriptione,&
glo.hic posita dicit,quod in hoc differunt,quia per vsucapionē,
quæ habet locum in mobilibus quæritur dominium directum.
vt hic. Per præscriptionem vero quæritur vtile , vt ff. de vsucap.
l.eum qui.& Insti.de vsucap.§. primo,non directum. vt infra. de
præscrip triginta ann. l.si quis emptionis. licèt Mar. dixerit quæ
ri directum.adeo quod si præscribens caderet a possessione,pri-
mus dominus non posset vendicare a nouo possessore.hanc opi.
tenet Petr. in præscriptione longi temporis , & longissimi cum
bonafide tamen.Primo per omnes.ll.inductas per Mar.quas vi-
de allegatas. infra de bonis mater.in glo. posita super auth. nisi.
quę simpliciter dicunt dominium quæri . & sic directum debet
intelligi, vt ff. de vectiga.l.prima. § qui in perpetuum.Secundo
quia si in mobilibus, in quibus est leuior possessio, vt ff. de acq.
possess. l.rem quæ nobis. & l.si rem mobilem. directum quæritur dominium.vt & hic,in glo.fortius per præscriptionem in im
mobilibus,in quibus fortior est possessio,ut ibi.Tertio quia aliàs
præscriptio bonæfidei cum titu.esset ludubrio, & frustra in feudatario , & superficiario emphyteuta , & similibus, qui habent
vtile dominium,tantum,si non quærerent directum, quòd non
est dicendum. ut infra. de bo. quæ li.l.fin. §.non autem. Quarto
quia immobilium exemplo seruitutes quæruntur,& directæ,vt
infra. de seruitu. l.secunda. ff. si seruitus vend.l.si quis diuturno.
Quinto quia alienare videtur, qui vsucapi paritur,vt l.alienationis verbo,ff.de verborum signific.ergo sicut alienando transfertur directum,ita per vsucapionem.Sexto,quia tam longa patien
tia habetur pro consensu:vt no.infra.communi.diu.l.penult. &
sic adest præsumptus cōsensus domini, qui est immediatè translatio dominii,vt l.tertia.§.tributius.ff.de condi.ob cau. Septimo,
quia ex facto contractu directa quęritur personalis obligatio,&
actio vt infra.de rei vxo.ac.l.prima, in princip.ergo,& fortius ex
facto alienationis consensu in realibus transfertur directum dominium, cum illud facilius transeat, quàm obligationes personales,ut ff.de pec.l.quis ergo casus.& pro socio.l.secunda,& ter
tia, in princ. Octauo, quia quod potest fieri per pactum , potest
fieri, & cum causa.per l.vt infra.de rei vxo.act.in princ. & com-
munia de leg.l.prima, & qui potio.in pign.ha.l.fi. & de fideiuss.
l.fin. Sed traditione cum causa trāsfertur directum dominium
si tradens erat dominus, vel quasi, vt hic. & in ll.alleg. in prima
glo.ergo, & per l.præscriptionem inducentem . Ad leges, quas
statim inducam cum gl. respondebat.vt infra.subijciam. Nostri
citramontani communiter tenent glo.& dominus meus cum il
lis, & primo in præscriptione longi temporis per tex.l.emptor,
& l.super longi. infra. de prescrip. Ion. temp.cum si.alleg.in glo.
auth.nisi. quæ dicunt exceptionem dari præscribendi.Cū igitur
exceptio sit actionis exclusio,vt Insti.de excep. in prin.sequitur,
quod actor rei vendicationem habet,vt prius,quæ per exceptio
nem prescriptionis eneruata est . Sed cum rei vendicario datur
domino. l.in rem.ff.de rei ven.sequitur, quod dominus remansit, & quod per prescriptionem reus quæsiuerit dominium,vt
in ll.per Mar. inductis, & non possunt plures esse domini eiusdē
rei insolidum,ut l.si vt certo.§.si duobus vehiculū.ff. com.sequitur necessario,quod primus remanet dūs directè , & alter vtili
ter, & sic vnus habet directum,alter vtile. Respondebat tamen
Pet.quod illę.ll.loquuntur de exceptione intentionis , uel facti,
quod truffa est,quia illa l.emptor.dicit, postquam actor intentionem suam probauerit.& sic supponit eum habere actionem,&
quòd hoc sit verum,patet per alium text. quem induco ad confirmationem prędictorum. infra si aduers. credito. l.prima, quæ
dicit,quòd inefficacē constituti actionem . & sic non ipso iure,
sed in effectu loquitur ibi de hypothecaria , quæ est res sed
eundem modum in præscriptione triginta anno. induxerunt gl
l.si quis emptionis,infra.de præscrip.triginta ann.quæ exceptionem, & actionem concedit prescribenti . Confirmatur secundum Dyn.Bart. & dominium meum. Nam sicut se habet quasi
possessio in præscript. incorporalium: ita se debet habere vera
possessio in corporalibus præscribendis. sed in incorporalibus
ex quasi possessione queritur vtile, non directum. ut ff. si seruus
vendi.l.si quis diuturno.in prin.& de aqua plu.arcen. l.prima.in
fi.ergo,& idem in corporalibus.hanc rationem sentit gl.in d.l.si
quis diuturno.sed tenendo cum Mart. hic potest responderi, qd
incorporalia,ut seruitutes reales, de quibus dicte leges loquuntur,prescribuntur sine tit.ut d.l.si quis diuturno.& infra.de serui.
& aqua.l.secunda,& ibi no.glo.prima. Ideo minus ius,& leuia
tali possessione debet queri, quàm quando prescribitur tit. Sed
replicando dic, quod saltem argu. procedit in prescriptione triginta vel quadraginta ann.& cum bona fide.vt solum quęrant
vtile, cuius contrarium negauit. Mar. & Pet. quinimo argum.
procedit simpliciter, quia & si cum tit. prescribantur , non propterea non quęruntur,nisi vtiles.ut l.si diuturno.quę indistinctè
loquitur. & quia in prescriptione longi temporis equiparantur:
7 vt infra.de prescriptio long. tempo.l.fin. † Confirmat dominius
meus. quia inter vsucapio.& prescrip.ratio est diuersa, igitur &
ius diuersum , ut infra. de libe. prete. l.prima. Ratio diuersitatis
est, quia in vsucapione vertitur fauor, qui est amplissimus, in alijs
odium simpliciter, vel respectiue, ideo non sit fauendum. ut ff.
de libe.& posth.l.cum quidam.& de actio.& obliga. l. Arianus,
& extra.de reg.iur.c.odia.libro sexto.Declaremus ista.usucapio
enim mera simpliciter bono publico est introducta , ne rerum
dominia remaneant in incerto. & sic ne ex incertitudine illa insurgant lites,& scandala.vt ff.de vsucap.l.prima,& pro suo.l.fin.
igitur nimirum,si usucaptori quęritur directum dominium,nec
vllum remanet pēnes primum dominum . Prescriptio vero triginta anno.merè in pœnam,& odium negligentis tanto tempo
re est introducta, ideo præscribitur cum mala fide, quod potest
de iure nostro,licèt secus,de iure canonico.vt in capitulo secundo,de reg.iur.libro sexto, tunc propter malam fidem,& merito
nullum quæritur dominium,sed sola exceptio,quamdiu pœnes
eum est possessio,vt infra. de præscriptio. triginta anno. l.si quis
emptionis.§.primo. Si vero bona fide,& sine titu. tunc, ut bona
fides plus aliquid habeat,quàm mala,iustum fuit, ut per præscri
ptionem prædictam vltra exceptionē sibi quæreret vtile dominium , quod tamen non prævalet contra dominum habentem
directum, ut d.l.si quis emptionis.§.primo,& ibi per glo.In prescriptione vero longi temporis, quæ partim causatur odio negligentis,partim fauore possidentis titu.& bona fide, quem habet
possidens, vltra bonam fidem, æquum fuit , vt plus ei tribueretur , quam in præcedenti . & ideo minus tempus requiritur, ut perfi-

ADDITIO.

a ¶ Vsucapione quæritur dominium. Adde quod dominium transfertur vel acquiritur multis modis vsucapione, adtione, legato, monachatione, arrogatione, & alijs multis ll.dispositionibus.Bal.in l.in rem.de rei vendi.in Spec.de act.& pen.§.2.ver.si autem.de resti.in integ.§.j. vers.sed nota,

perficiatur,ut infra. de præscrip. Ion.temp.l.fin.& vtile dominiū tantum quæritur. Sed propter titulum prædictum hic est maioris afficiaę quā præcedens,quia hoc præfertur directo, & eum vincit; ut dicta l.si quis emptionis.in princ.& ibi no.nec fuit contueniens propter odium admixtum fauori , vt quæreretur directum , sicut quando merus fauor tantum versatur , ut in vsucapione triennali , quia odia a fauoribus debent per effectum discerni, & minus operari, vt supra dixi . Ac etiam,quia res soli sicut sunt firmiores, & stabiliores,ita sunt in transferendo,vel acquirendo difficiliores,vt ff.de acquir. possess. l.si quis vi.§.differentia.& vnde vi.l.prima,& argum.eorum,quæ notan. ff.de reg. iur.l.id quod necessarium. Et ita in effectu declarabat dominus meus hanc materiam. Restat respondere ad obiecta , & primo ad ll.inductas per Mart.dic,quod de vtili dominio loquuntur,& sic debent necessario intelligi, ut in prima ratione pro ista parte probaui. Ad secundam rationem respondeo , quòd fauor,& odium, vt dixi , soluunt contrarium . Ac etiam, quia res soli sunt stabiliores , vt dixi . Ad tertiam, quæ fortius vrget , respondeo, quod ex hoc non est præscriptio ludubrio, & frustratoria in superficiario feudatario, & similibus, quia illi habebant prius vtile dominium diuersum, & non aduersum directo:nunc per pre
8 scriptionem acquirunt vtile , contrarium directo. † Et sic dica-
a mus, quod vtile dominium est triplex [a] saltem respectibus,& ef
fectibus : quia quoddam est vtile diuersum a directo originem
sumens ab illo,nec est ei oppositum sui natura, nec contrarium,
immo semper præsupponens ipsum . & istud est vtile dominiū
superficiarij, feudatarij, & emphyteotæ, & similium.vt ff.de rei
vendic. l.superficiario. & si ager vectig.l.prima.§. qui paupertem.& de pigno.actio.l.tutor.§.fin. cum seq. & in vsibus feudorum de prohibita feudi alienatione per Federicū. c.Imperialē.
§.primo. Quoddam est vtile,quod directo est contrarium.& op
b positum, ut est illud quod prescriptione quæritur.[b] vt d.l.si quis
emptionis.in princip.Quoddam dominium vtile dominio directo simile , & conforme. ut est illud , quod transit ex cessione.
vt infra.de hæred.vel ac.vendi.l.fi.& ita dicebat dominus meus,
quod no.quia verba sunt pulchra, & subtilia. Sed de hoc vltimo
dubito. Nam alibi tenet Dyn. quòd per cessionem rei vendicationis non transferatur vtile dominium. vt per eum no.in c. pro
possessore. in vltima quæstione,& de regu. iur.libro sexto . Sed
de hoc remitto ad ea , quæ dicam in l. prima , infra de actio. &
obliga. Ad quartam respondeo, illam declarando , quia in præscriptione seruitutum quæruntur utiles non directæ , ut dixi in
ratione, quam pro hac parte fecit secundum Dyn.& Barto. nisi
forte secundum aliquos in seruitute prescripta , cuius initij non
existit memoria, ut ff. de aqua.quoti. & esti.l.hoc iure.§.ductus
aquę, sed Tutius est,ut intelligatur illa secundum alias & sic re-
9 spectu effectus.† Ad quintam respondeo,quòd alienare dicitur,
qui usucapi patitur, sed diuersimode, & non semper volens,sed
quandoque inuitus.pro quo declarando attende,quod in vsucapione rerum mobilium propter bonum publicum , & finem litium, propter quas vsucapio est introducta , dominus sciens,vel
ignorans sponte alienare fingitur.ut dicta l.alienationis. Nimirum igitur cum fictio æquipolleat veritati, si transfertur totale
dominium,& sic directum.In prescriptione vero immobilium,
quando mala fide præscribitur : tunc inuitus solum exceptione
repellitur in odium negligentiæ suæ.vt infra.de annali exce.l.fi.
in fi. Frustra igitur de dominii translatione tractatur, cum nec
voluit,nec a iure fingatur velle. In eadem præscriptione immo-
bilium, quando bona fides sola interuenit, dicitur nolle, & fingitur velle diuersimodè.nam si respectu pœnæ damni sui, verè
non vult nec præsumitur velle,sed propter bonam fidem possessoris aduersatijq; sui l.fingit eum velle. Ideo fingitur alienare,vt
transferatur vtile,non directum,qui alio respectu,vt dixi,creditur nolle.simile vides licèt econtra.ff.quod me.cau.l.metum.§.
volenti . Nam ibi directum dominium transit per traditionem,
& voluntatem licèt coactam , & vtile sibi remanet propter voluntatem a iure fictam secundum dominum meum Richar.
qui in speculatione non habuit parem . & ex his colligitur etiā
ratio sexta & septima . Et ex his habes , quod fictio æquipollet
veritati efficacia, & effectu, non forma,& essentia vera . Ad ra-
tionem octauam respondeo , quod l.potest. sed non voluit, nec
velle debuit, ut directum dominium transferatur rationibus,&
causis superius allegatis. & hoc de parte secunda . Nunc ad tertiam partem dicitur hoc, quòd nudis pactis non transferuntur,
sed hoc falsum.vt infra.de rei vendi.l.seruum. & ff. de rei ven.l.si
ager.Sol.quod hic appellat nudum alio respectu, scilicet quod
non est traditione submissum licèt non sit,nudum respectu solennitatis.& causę:vt in contrarijs,& quod sic intelligatur hic,patet ex serie , & continuatione text. Hoc vult glo. ex qua no. q
equiuoce nudum quid dicitur in iure. Primo in naturalibus, qd
caret vestimento,vt in Lombardia de iniurijs mulieribus.l.anuin
ciatum . Secundo in artificialibus , & scientificis nudum est, q
caret forma productionis.ut infra.de eman.li. l.tertia. Tertio si-
mulatum, quòd caret essentia veritatis:ut ff.de contrahen. emp.

l.nuda.Quarto quod caret accessione hypothecæ,uel fideiussoris.ut infra.de verborum signific.l.Sancimus. Quinto, quod caret perceptione fructuum vltra proprium vsum . ut ff. de vsu & ha.l.prima. Sexto,quod causa,& ratione,vt infra. de testi. l.solā. & in Authen.de testi.§.licèt.Septimo,quod caret gradu,& sensu corpore apprehensionis.vt inf.de acquir.possess. l.licèt. Octauo, quod frigiditate caret, & efficacia parienti, seu producendi actionem, ut supra,eodem l.legem. & ff.eodem. l.iurisgentium. §. quinimo . Nono , quod caret substantia , uerę vel fictæ traditionis.ut hic. & ff.si seruitus uen.l.si a te.cum sim.Et hos modos enumerat dom.Richar. per quos eius memoria referatur. Opp. secundo ad hanc regulam de l.si quis.ff.de rei uendicatio.Sol.vt sequitur in glo. quod hęc regula fallit in pacto. l.commissorię , & adiectionis in diem.& idem nota.in contrario.ut ff.eo.l.iuris, gentium.§. quinimo.& ff.de pac.inter emp. & uen.l.commissorię.Sed in l.prima, de dona. in princ. in glo.super uerbo, mortis.
10 † Dicit, quòd in pactis illis, quandoque apponuntur uerba conditionalia, & suspensiua, & quandoque conditionaliter resolutiua, quandoque ad resoluendum obligatiua . Primo casu non transit dominium,priusquā conditio impleatur:ut ff.de in diem adie.l.2.,Secundo casu dominium in emptorem transuit, & solo pacto in uenditorem retransit,ut inf.de pa.inter empt.& ven. l.commissorię.& ff.in eo.titu.l.lege.in princ.& §.j.& de in diem adiec.l.ubi §.sed,& Marcellus.& l.item quod dictum, & l.Sabinus. & sunt uerba resolutiua, qñ uerba sunt merè directa . puta res sit inempta , si ad diem pecunia non sit soluta , uel si melior conditio sit oblata,ut not.glo.in d.l.j.ff.de dona.& infra. de pac. inter empt.& uen.l.j.Similiter idem dico, si simpliciter dicatur, uendo sub pacto l.commissorię,uel adiectionis in diem:quia in suo potiori sensu,& proprio factum esset pactum.argum. huius glo.& glo.in d.l.prima.inf.de pac.inter empt.& uend. & probatur.ff.de l.commissoria.l.prima,& tertia,in prin.& uide, quę no. glo.ff.de in diem adiec.l.secunda.& rationes, & motiua fuerint. Primo, quia sicut ab initio non transit sine causa: ut ff.de acq.rerum do.l.nunquam nuda.sic nec remanet ipsa dissoluta.argum. ff.de fideiusso.l. Vranius.post medium.secundum Dyn. & Iaco. But. Secundo, quia lex fingit retro rem nunquam uenditā fuisse,ut d.l.si quis hac.l.secundum Pet.Tertio, quia conditio resoluens impleta habet retro tractum:ut ff.qui po.in pign. ha. l.qui Balneum,& l.potior.in prin.Quarto,quia licèt ipsum contrahere sit factiut ff.de cura. furi.l.consilio.in fi.contractus tamen forma potestas,& efficacia est iuris:ut ff.de iust.& iur.l.ex hoc iure. ergo quia quam plurimum est iuris.& ex iure,ideo ius multum debet posse in ipsius fictione, ut in simili no. in l.prima,infra. de acquir.poss. Quinto , quia paria sunt ab initio causam non fuisse, uel ex post facto ad non essentiam deuenisse : ut ff.de condi. sine causa.l.secunda,& istas tres rationes addit dominus Richar. Tertio casu quādo sunt ad resoluendum obligatiua dominium trāsiuit per traditionem,& quia causa non est resoluta uerè nec ficte,sed ad resoluendum,& retradendum obligatio contracta: ut inf.de pac.inter emp.& uen.l.j.2.& 3.dominium non transfertur ipso iure.& ita no. gloss. pro qua facit in simili. ff.de eo quod cer.lo.l.in bonæfidei.in fi.& infra.fi aduer. li. l.fin.& vbi,& apud quem. l. fin. quæ uerba sunt notanda , quæ limitat gloss. in l.ab emptio.ff.eodem.in gloss. pen. quando pactum l.commissoriæ, uel adiectionis in diem factum est in ipso contractu , non ex interuallo, quod etiam ibi sequuntur docto . † Sed reuoco in dubium , quando dicantur ad resoluendum obligatiua , & exemplum ad sonum uerborum est clarum : puta promittis , uel pactum facis , quòd tu resolues contractum,& ad hoc tendunt leges superius allega. Aliud exemplum ponit tex. in d.l.tertia, de pac.inter empt. & ven. puta si non solueris infra mensem , fundus ad me reuertatur. Aliud ponit glo.in d. l.prima,infra.de donatio.puta fundum mihi retradas uel restituas, & hæc exempla satis admitto in pacto l.commissoriæ.puta si non solueris, & cętera.per d.l.tertiam.inf.de pact. inter empt.& vend. sed in pacto adiectionis in diem, hæc exempla non uidentur procedere, quod

ADDITIONES.

a ¶ Est triplex.tu vide de hoc Bar.in l.si quis.§.differentia.nume.4.verf.quæro quotuplex est, & quod ibi no.in addi. ad eum in apost.in eo. versicu. ff. de acquir.poss.& in l.minor.§.j.ff.de mino.

b ¶ Præscriptione quæritur. Adde q̄ præscriptio probata in iudicio reali,quo actum est iure dominij,vel quasi , licèt ex ea oriatur utile dominium non quasi dominium, sufficit.Bar.post gl.in l.minor.§.j. de euictio. vnde præscriptio acquirit dominium vtile,ut ibi,& in authen.nisi tricennale.& ibi docto.præsertim Bal.in vers.non quæro.infra de bo.mater. & prout hic Sal. nisi titulus eius sit secundum decretum,Bal.fing. in l.possessionem.inf. de bon.au.iudi. pos. Alexan. contra. in l.fi finita. §.Iul.in princ. de dam.infec. Item nisi statuto caueatur , quòd ex præscriptione quæratur dominium , quia intelligitur secundum directum , ut statutum aliquid operetur contra ius commune,Bar.no.in l.2.in 2.q.de vsu.Item adde Arch.in c.j.de præscrip.lib.6.qui tenet, q̄ de iure canonico acquiritur non solum vtile , sed etiam directum dominium,per Panor.per illum tex.in c.ad aures.extra.de præscrip.ver.item facit.& prædicta limita sex modis,ut per dominum Sal. May.hic, quem vide circa medium.3.colum.

quod demonstro. Nam pactum istud de quo quæritis, est, ut si alius attulerit meliorem conditionem &c. & sic implicat, qd alteri rem vendere possim plus offerenti, & in eum rem transferre, ac si non vendidissem. igitur semper adueniente conditione contractum resoluit ipso iure, cuius resolutionis causa cum tamen erit ipso iure facta per conditionis implementum, pactum dicitur factum, & tunc vires incipit habere. nec obstat, quòd pactum dicitur factum, ut restituas, vel retradas fundum: quia intelligi debet respectu possessionis: quia verba possunt adaptari. vt l. restituere. ff. de rei vendi. & l. i. ff. de act. emp. & l. si stipulatus. ff. de vsuris. & l. rem tradi. de verb. oblig. quod hæc sit intentio huius pacti, probatur inf. de vec. & com. l. pœnes. Hoc cõfirmo, per tex. ff. de rei vendi. l. si quis hac l. vbi ponitur verbum, recedatur ab emptione. & per l. 2. ff. de in diem adiec. vbi ponitur verbum, resoluatur, quæ, ut verbalia. & futurum concernentia videntur exigere contrahentium factum. argum. eius, quod no. in l. in criminali. j. de iurisdi. omni. iudi. & l. si quis in tantam. unde vi. & tamen intelliguntur ipso iure propter naturam cõtractus, & pacti implicantis conuentionem; quamuis cogitabitis in prædictis aliàs inauditis, donec legam titulum inf. de emptio. vendi.

12 † Opp. tertio, ꝓ solo pacto ab initio sine traditione transferatur dominium: ut l. fi. sup. de sac. san. eccl. Sol. vt sequitur in gl. quod ibi speciale in ecclesia, & ciuitate, & adde, quod illud operatur fauor publicus, & diuinus. ut patet in princ. illius l. & alterius ibi

15 præcedentis. solent tamen quæri in d. l. fin. an hoc procedat pretio non soluto. Item an sine traditione transeat possessio, & an si vni ecclesiæ solum fiat venditio, & postea alteri fiat venditio, & traditio, quæ præferatur, quæ omnia soluit, ut ibi notaui, & scripsi. Opp. 4. ad idem de l. j. inf. de dona. quæ sub modo. solu. ut in glo. quod ibi fallit alimentorum fauore. vt ibi not. Probat ibi tex. cum dicit hoc casu vtilem, &c. Et attende, ꝓ secundum dominum meum motiuũ ibi sic decidendi fuit modus. & lex adiecta donationi, & inobtemperantia aduersarij. Nam sicut conditio suspendit substantiam: sic modus effectum arg. j. de his quæ sub. l. j. quasi mens donantis fuerit, ꝓ licèt iuris subtilitate transeat dominium directum, non tamen vtilitas, & effectus, nisi impleatur modus adiectus. ideo effectu remanet vtilis rei vendicatio, quæ præfertur directo dñio translato. & hęc ratio videtur generalior, quam solum dictet alimentorum fauor. ideo eam not. Oppo. 5. ad idem de l. si quis sub hoc pacto. ff. de contrah. empt. sol. duobus modis, vt sequitur in glo. & secunda solutio approbatur in contrario. & est vera, licèt tamen post rem apprehensam habeat verum dominium, tñ ibi est speciale, vt sua propria auctoritate possit manus iniicere, etiam si per plures manus ambulauerit, ut l. extat. ff. ꝓ metus causa. & sup. de Iudæis. nullo, fauore castitatis, & odio prostituentis. Op. vi. ad idem de l. Papinianus. ff. de seruitu. & de la Titio. ff. de fur. Sol. ut glo. ꝓ speciale in vltima voluntate eius fauore, & quia dubitari posset de donatione causa mortis, quæ magis accedit contractui, ideo Cyn. supplenit, & idem in donatione causa mortis, & ff. de do. causa mor. l. si mortis causa res donata sit. Opp. 7. extra. glo. de l. reb. inf. de iure do. coniuncta. l. doce. inf. de rei vend sol quod ibi speciale in trãsatione ex causa dotali. arg. l. i. ff. sol. mat. Vel dic, quod in re dotali mulier aliquale habuit dominium, ideo adueniente casu restitutionis non tam nouum quæritur, q̃ primum fortificatur, & hoc videtur de mente illius tex. l. in rebus. Opp. 8. de auth. donationem. in eo. tit. & in Auth. de equalitate dotium. §. illud. Sol. ꝓ ibi speciale, vt transferatur utile propter sustentationem matrimonij, & cui comitatur naturam dotis. Opp. 9. ad idem de l. hac edictali. §. nisi illud. inf. de secun. nup.; vbi propter transitum ad secunda vota proprietas locorum nuptialium transfertur in liberos primi matrimonij. Sol. ibi nõ ex pacto, vel ex conuentione, sed ex liberorum fatiore, & in mulieris odium sic, & aliàs transfertur ex l. ff. de publicia. l. commissa. † Quæro primo an in vniuersalibus siue generalibus ex solo titulo trãferatur dominiũ, respondeo, ꝓ regula est, ꝓ non, vt no. gl. in l. j. ff. de vsuc. pro dote. Nam si mulier omnia sua bona dat in dotem, nõ transfertur

a dominium sine apprehensione. [a] argu. huius l. fallit in societate omnium bonorum. l. secunda. ff. pro socio. & hoc quia propter reciprocationem contractus, vnus dicitur possidere alterius causa, vt ibi no. Item fallit in hærede adeunte hæreditatem. vt l. cum hæredes. ff. de acquir. poss. Item vt tenere glo. in fideicommissario, cui hereditas est restituta solo uerbo, vt ff. de publica. l. cum sponsus. §. is cui. sed non idem in emptore hereditatis, vt l. siue autem. §. item si hæreditatem in eo. titu. quod no. Quæro. 2. quia tex. hic dicit de dominio, quid in possessione, dicit glos. aliud in ea. Circa quod attẽde, quia aliud est in ea, nam licet solo animo, & pacto, transferatur in alium, sicut nec dñium, tamen solo animo perditur, quod non est in dominio, vt l. 3. §. in admittenda. ff. de acq. poss. & de reg. iur. l. id quod nostrum. & ad hoc facit l. si quis ui. §. differentia. quam gl. hic allegat. & ita ad literam declarat alia gl. in l. quod meo. in prin. ff. de acquir. re. poss. & est glo. j.

14 in fi. † Quæro. 3. extra glo. an sine causa transferatur possessio in alium. & quædam gl. multum singularis, in l. quod meo. in prin. ff. de acq. possess. dicit, ꝓ non. dicens, ꝓ illa causa est habilis ad translationem possessionis, quæ est habilis ad translationem dominij; sed sine causa non transfertur dominium. vt sup. est dictũ. ergo nec possessio. & hanc conclusionem sequebatur Iaco. de Are. sed Dyn. contra, per l. j. §. fi vir. in eo. tit. Pet. & communiter dicit dicunt, ꝓ §. fi vir. loquitur de vera traditione, & naturali possessione. gl. autem. in l. quod meo. de ficta. Vnde post Andream Zaffu. de Pisi. Cyn. Iac. But. Ray. & cæteri communiter dixerũt. aut est titulus, & vera traditio, & transit dominium, & vera possessio, vt hic. cum si. aut est tit. verus, sed ficta traditio, & tunc ẽt transferatur vtrunque. vt d. l. quod meo. & ff. de rei vend. l. quędam. & de don. l. quisquis. aut econtra titulus fictus, & vera traditio, & idem. vt ff. de cond. inde. l. j. in fin. & de reg. iur. l. cuius per errorem. aut vtrunque fictum. s. titulus, & traditio, & tunc neutrum transit, vt in illa gl. l. quod meo. ne duplex sit fictio in eode subiecto. contra l. mulieri. & Titio. ff. de condi. & demon. & inf. de dotis promit. l. j. Exemplum huius est, quando ex certa scientia nullo titulo præcedente, quis constituit rem suam alieno nomine possidere. est enim fictus titulus donationis. vt d. l. cuius per errorem. & ficta traditio. vt d. l. quod meo. vel quando conduco a te rem meam scienter. vt l. ei a quo. ff. de vsuc. licèt quædam gl. in l. fi rem aliquam. ff. de acq. poss. videatur aliter sentire, & malè secundum Bar. quod ego examinabo in l. qui rem. infra

16 locati. ubi glo. idem no. ꝓ ibi. † Quæro. 4. an possit transferri dominium sine possessione. [b] & breuiter dic, ꝓ non per vsucapionem. vt infra. de vsuca. transfer. l. j. & ff. de vsucap. l. secunda. &

b & extra. de reg. iur. c. fine possessione. per traditionem vero sic, vt in tex. singulariter notando. in l. fi fundum. ff. de fun. do. & no. l. cum res. infra. de prob. in gl. pen. in prin. similiter per l. vt supra. in vltima opp. dixi. † Quæro. 5. quare ex sola conuentione non transfertur ius reale dominij vtilis. vel directi, vt hic, sed ius reale hypotecę sic. vt ff. de pignora. actio. l. j. & de pigno. l. contrahitur. Respondent aliqui, quod maioritas, & minoritas præiudicij hoc operatur, alii, ꝓ hypotheca est sequela personalis iam natæ ex contractu, cui accedit, & fit ad eius conseruationem, & ficliorem exactionem. vt l. quamuis. ff. de pigno. act. Igitur fuit necesse vltra pœnam personalem aliquid plus cautelæ inducere, & sic ius in re: sed ex promissione alia principali de dando non fuit necesse hoc inducere, quia sua personalis obligatio sufficit, quia ad roborandum aliam non indeuitur. Quæro quid sit dominium, & quot sint eius species. [c] dic, vt, scripsi in repetitione mea, in l. ex hoc. ff. de iusti. & iure. & hic sit finis.

A D D I T I O N E S.

a Sine apprehensione. Quod dominium dotis non transeat in maritum sine traditione, adde Bal. in l. nulla. inf. de iur. do. & in l. j. ꝓ dote. & vide Bal. hic in fi. & Spec. de act. seu. pe. §. 1. ver. alius quòd verum etiam si vniuersa bona dentur in dotem, glo. no. in l. j. ff. pro dote secundum Ioan. de Imo. in l. de diuisione. ff. solu. mat. sed fiat sola inductio, & sic sola naturali possessione. et transit dñiũ. & sic dotalis. l. fi fundum. cum gl. ff. de fun. do. & vide.

b † Sine possessione. Adde an. dominium retransferatur sine traditione possessionis titulo rescisso, quando fuit translatum per titulum, & traditionem possessionis, & dic, quòd non, prout no. Bald. in l. j. C. de inoff. do. Ang. de Periglis. in l. commissa. de pecu. Idem Bald. in l. j. C. si quid in fraud. pa. & Alex. in l. ab emptione. ff. eo. & conf. 92. volum. 7.

c Et quot sint eius species. Bal. in l. i. rebus. C. de iur. do. & in l. proprietatis. C. de proba. dicit esse triplex. idest directum, vtile, & quasi dominium. Idem Bar. in l. fi quis. §. differentia. nu. 4. ver. quero quotuplex est dominium, & ibi in apostil. ad eum in eo. ver. ff. de acq. poss. & in i. ub. ff. de pub.

L E X XXVI.

1 *Aes alienum absque creditorum præiudicio inter hęredes diuiditur.*
2 *Obligatio hæredum non differt ab ea, quę fuit in persona defuncti.*

Pacto successorum. Primo dictum in succedentibus de iure prætorio. Tertio remouet dubium. Casus. † Aes alienum ipso iure inter hæ-
1 redes diuiditur, nec eorum pacto creditoribus præiudicatur, & non exhibito instrumẽto communi ad interesse potest agi. hoc dicit. Et vt intelligas versiculũ de chyrographis. attende, quod hæredes inter se fecerunt pactum, vt vnus eorum creditoribus teneretur, & soluere, & similiter contra debitores ageret, & ob hoc chyrographa fuerunt ei tradita, vt hic in glos. tertia. & fortè cessione facta, quia aliàs pro parte aliorum non potuisset experiri, & sic not. quod vbi cessione facta ob causam illa non impleta, repetuntur instrumenta, & cessione non obstante, potest pristino iure vti, secundum Barto. quod tene menti, quia ex hoc habes pulchram, & singularem limitationem. ad legem Iuliannus. infra. de noua. vt vtilis cessionarii præferatur directæ cedentis in casibus ibi positis, nisi cessio sit facta ob causam, quæ impleta non fuit, vt hic. vel fortè sufficit instrumentum traditio animo transferendi. argum. infra. de donatio. l. prima, & ff. de legat. primo, l. seruum filij. §. eum qui. Opp. quod por-

portiones non quærantur singulis ipso iure, sed demum hæreditate adita, vel immixtione facta, vt instit. de hære. qua. & dif. §. fi. ff. de acquir. poss. l. cum hæredes. in princi. Solu. quod illa verba, ipso iure, si cum prioribus coniungantur, & sic determinent illud partiespium, quæsitis, obstat contrarium, & tũc subaudi per vel post additionem, non ante, vt in contrarijs. Sed quia hic aliqualiter literam violat. ideo glo. dixit. secundo vel dic verius, & illam tene. & sic determinãt sequentia. Quæro, quid dicatur æs alienum, & dic, vt in ea. glo. Quæro qua actione agatur de his instrumentis. Sol. vt in gl. super verbo, exhibendis, videlicet condi. ob caus. ad repetendum, vel iudicis officio, vt exhibeantur, vel vt in prin. glos. fin. addetur præscri. verb. ad interesse, vt impleantur conuenta, quia plenè vestiuit ex parte sua, quia tradidit instrumenta, si plus non exigebat conuentio facta. Quæro modo in casu nostro, an creditores teneantur primo exigere eam, qui prius creditoribus debuit respondere. Solu. quod non, vt in glo. fin. quam sequuntur doct. Extra no. quod hæc lex consueuit allegari, quod si inter duos conueniat de aliquo dando cuidam, quod illud sit pactum, quia sic hic appellatur, & s. eod. l. debitorum. In contrarium facit: ff. eod. l. i. §. i. cum ibi not. sed dic, vt ibi not. Ioan. & glo. & communiter omnes videlicet, quòd est pactum, quia formam habet pacti, non tamẽ efficax, nisi interfit, vt ff. de verborum obligationibus. l. stipulatio ista. §. alteri. Non enim peccat in forma, vel materia, quæ sunt intrinseca causæ, nec efficiẽti causa, sed in finali extrinseca, puta interesse, & ideo dicunt ipsi, cum habeat causam habilem, pactum est, sed inefficax, quod postea incipiet efficax esse, & sic cum incipiat interesse, puta, si succedat creditor ei, cui pactus, vel stipulatus fuit, vt not. glos. in simili. ff. mand. l. si remunerandi. §. si tibi, & pro hoc allegat Guliel. de Cun. ff. de euict. l. habere licere, & de verborum obligationibus. l. stipulatio ista. §. quę situm, & ad Velle.

l. quamuis. §. si mulieri, & de solu. l. si stichum. §. aditio. versi. ali-
2 quando. † Similiter consueuit induci, vt obligatio hæredum sit eadem in substantia cum illa, quæ erat in persona defuncti, cum non possit ex pactis, & personis eorum immutari, vt hic, & infra. de hæred. act. per totum. ff. de verborum obligationibus. l. secunda, quod dicunt docto. verum esse fictè ea fictione, qua hæres fingitur eadem persona cum defuncto, vt in Authen. de iureiuran. a morien. præsti. §. i. Not. verò, quia mors omnia soluit, vt in Authen. de nupt. §. deinceps, & obligationes istæ inhærebant eius animo, & animæ, ideo transeunt cum illo, vt cæteræ virtutes, & vitia secundum Ricar. de Sali.

L E X XXVII.

1 *Contractus, & pactum nonnunquam ambo pro vno, quandoque contractus pro vno, & pactum pro altero sunt.*
2 *Roborans aliud respectu efficacia illius causa dici potest.*
3 *Pactum cohærens contractui stricti iuris ipsum, & veterem actionem informat.*
4 *Sententia est ferenda pro iurium efficacia.*
5 *Stipulatione ad deductum in pactum quando agatur. & nu. 9.*
6 *Contractus si alium declaret ex declarato contractu agi potest. & nu. 7.*
8 *Stipulatio pœnalis quando committatur.*
10 *Actio competens ad deductum in stipulatione, an competat ad deductum in pactum.*
11 *Actio præsciptis verbis datur ex pacto cohærente stipulationi.*
12 *Actio ex stipulatu, an informatur vsurarum datione.*
13 *Contractus innominatus ex relatione contractus ad pactum consurgit.*
14 *Contractus nominatus specie differt a contractu innominato.*
15 *Contractus innominatus resultat ex contractu facto pro vno, & ex pacto pro altero inito.*
16 *Pactum potentius agit, quam precium in contractu.*
17 *Pactum principale quando vestiatur ab accessorio pœnali.*
18 *Pacta duo nuda sibi cohærentia si fuerint, an si vnum rei interuentu vestiatur, reliquum ab illo robur recipiat. & num. 20.*
19 *Modus quomodo pro conditione capiatur in contractu innominato.*
21 *Pactum contractus cohærentia vestitum, an remaneat tali contractu sublato.*

Petens. In ista lege ego ponam nouam, & singularem lecturam. & quamuis in text. sit valde breuis, tamen in glos. & materia est valde grauis, & longa, & intantum, quod humeri scholastici, vt plurimum non valent illam sustinere, sed Deo duce illam sic reddam leuem claram, & lucidam, quod iuuenes, & proiecti dicent: Capiamus illam vt Margaritam præciosam, & ne urat superfluis, de omnibus remittam,

1 quæ in alijs legibus huius titul. reperiam me scripsisse. † Et pro euidentia dicendorum præmitto cum domino meo, quod quãdoque contractus, & pactum sunt ambo pro vno, vt in 3. lectura, quam approbat, & ponit hic glo. quandoque contractus pro vno, & pactum pro alio, vt in lectura, quã posuit hic Pet. & Cy. quandoq; pactum pro vno, & contractus pro vtroque, quod est quando contractus est vltro citroque obligatorius. ut j. de pact.

inter empt. & vendit. l. 2. Et licet quidam valens, & famosus docto. dominus Bald. de Perusio dum legẽ istam repereret in isto studio, diceret nõ debere diuidi, quia tota clauditur vno stricto, & sic non esset tam diuidere, quam concidere, & verum dicat in diuisione formali, & extensiua. i. extra se partium positiua, tñ diuisionem intellectualem, & intensiuam recipit, & tales diuisiones non sunt negligendæ maxime in repetitionibus, in quibus tractatur de illuminatione, & subtilitate intellectus. & hoc videmus frequentari in theologis in eorum sermonibus, & collationibus. Diuidunt enim singulas propositiones, & authoritates, vt tam per diuisionẽ rei, quam ẽt intellectus proprij ostẽdãt profundam subtilitatem, ita & in lucem deducã misteria legis. quod attendens præceptor meus diuidebat legem istam in tres partes, quia primo thema ex quo elicitur quæstio. Secundo altior indagatio. Tertio quæstionis solutio. secunda ibi seu. tertia ibi, recte, Casus. Pactum cohærens contractui stricti iuris informat illum, adeo quod ex eo sic informato datur actio ad id, qd in pacto deuenit, hoc dicit. Pone casum in terminis in nubc, puta inter Titium, & Meuium interuenit stipulatio, & pactũ, quæritur, an si ex stipulatione agatur ad id, quod deuenit in pacto, recte agatur. vt si ex tali libello iudex pro actore possit ferre sẽtentiam. Respondet imperator, quod sic, si pactũ antea, vel postea statim interpositum fuit. Expone literam ibi, petens, subaudi in iudicio per libellum, & litem contestando, vt patet ex sequentibus, cum alias ad diffinitiuam non posit peruenirl. vt j. de temp. appel. l. fi. §. illud. nec ante litem contestatam dicit quis petere. vt ff. rem ra. ha. l. amplius. Ex stipulatione nomẽ est actionis. si factum erat deductum in pactum, vt institu. de verborum obligatio. in princ. alias si certum quid dandum, non erit nomẽ actionis, sed materiam notabit, ex qua datur actio, quæ nuncupatur certi condictio ex stipulatu. ff. si certum petatur. l. si quis certum. & supra eodem, l. si pacto, & ibi nota. glos. (secuta est.) id est interposita. vt sic comprehendat vtrunque casum, qui sequitur, seu hic condictio sui natura est applicatiua. vt ff. de auro, & argen. leg. l. si ita statim. hæc litera restenat literam præcedentem, postea, quæ alias notaret interuallum. vt ff. eodem. l. iurisgentium. §. adeo. & quando statim dicatur pactum interponi, scripsi supra eodem l. in bonæfidei. (Recte) id est iuste. quia recte iustitiam notat. rite vero solennitatem. vt ff. de contratabu. l. non putauit. §. non quæuis. & de inoffi. testamen. l. 2. secundum se. i. pro se. & sic hęc dictio sumitur hic intentionaliter, siue finaliter, alias formaliter. vt infra, de institu. & substitu. sub con. fa. l. pen. nec prolata ab homine conditionem facit, vt ibi. quandoque sumitur pro iusta, & prout illa variatur & ista de cuius variatione dic, vt scripsi secundum Richar. in l. t. de episcopis, & clericis. ferri, id est proferri, & pronunciari. & sic simplex pro cõposito per sententiam diffinitiuam. vt l. i. ff. de re iudic. & l. quod

2 iusit. in eodem titulo. † Not. quod illud, quod roborat aliud, potest dici causa illius saltem respectu obseruantiæ, & efficacię. facit in Authen. de defen. ciui. §. interim. & ff. eodem. l. iurisgentium. in principio. † Nota. etiam quod in contractu stricti iuris

3 pactum cohærens informat ipsum contractum, & veterem actionem. concordat ff. si certum petatur. l. lecta. idem in bonæfidei. vt supra eodem. l. in bonæfideic. Tertio quod non refert, an pactum antecedat, vel sequatur, dummodo incontinenti apponatur. concordat ff. eod. l. iurisgentium. §. quinimmo. Quarto, ꝓ stipulatio hic excedit limites proprios, quia fines verborum. nã ad id datur, ꝓ in stipulationem non est deductum. & hoc ideo, quia pactum incõtinenti appositum inesse. i. intra esse creditur,

4 & interpretatur, vt d. l. lect. ver. dicebam. † Quinto quod pro iurium efficacia debet ferri sententia, vt hic in fi. & j. de edic. diui. adri. tollen. l. fi. & j. de iudic. l. properandum. §. & si quidam. & ff. de offi. præsi. l. illicitas. §. veritas. Sexto, quod narratis narrandis

a in libello procedit hæc conclusio, quare [a] peto pro me ferri sententiam, & idem si dicatur, quare peto causam debito sine terminari,

A D D I T I O.

a ¶ Procedit hæc conclusio, quare. Adde do. Ias. May. hic, qui refert Bald. tenere in l. edita. in 16. col. §. de eden. quod ista conclusio, quare peto pro me ferri sententiam continet omnia necessaria, & similiter peto declarari actionem mihi competere, quod operatur, ac si petijssem condemnari reum ad contenta in libello. alleg. l. fi finita. §. eleganter. in verbo, actionem. & ibi Bart. in ult. col. no. ff. de dam. infe. tamen dicit ipse, ꝓ utilior cõiunctis est illa cõclusio, quare peto in prædictis mihi ius, & iustitiam ministrari, de qua dicit else tex. in c. cum dilectus. & ibi canon. de ord. co. & in c. fi de off. or. & in c. j. in uerbo, iustitiã exhiberi. & ibi no. do. Ant. & alij. de off. del. ubi Pano. in j. nota. dicit, quòd ista clausula, quę hodie cõiter apponitur in libello, est ualde utilis, eo quia comprehendit omnem actionem, & omne ius cõpetens, de qua clausula est etiam tex. in c. j. in uerbo, iustitiam poscitur exhiberi. & in c. 2. in uerbo, iustitia fiat, de mutuis peti. & tex. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. el j. & ibi do. Ant. in j. no. ut lit. non cõtest. & idem. d. Ant. in c. 2. de libel. obla. & in c. examinata. in x. col. de iu. & licet Bal. dubitauerit de ista cõclusione libelli, put hic refert d. Ia. May. an sit nociua. in l. fi. i ult. col. ff. de iust. & iu. & in l. incerti. ult. col. in xv. q. j. de inter di. tamen cõiter tenetur, ꝓ sit bona, & utilis, ut p Bal. in d. l. edita. in 13. col. An. in l. fi. j. de anna. excep. & l. j. in prin. ff. de ede. Imo. in l. fi cũ nulla. ff. de re iud. & in c. fi

minari, vt ff. de in ius voc. l. libertus. secundum Bal. quod satis puto tolerari posse, sed hæc litera non vrget, tum quia verba sunt legislatoris. tum quia potuerunt dicere, aperte iam cōclusum in causa. Venio ad apparatum, pro cuius declaratione attende, qd glo. ponit primo tres lecturas. Secundo materiam declarat per quæstiones. Secundam dicunt quidam incipere ibi, sed quid. ego autem dico, quod paulo ante incipiunt quæstiones, videlicet in illis verbis quæ præcedunt, & ex pacto præscrip. verb. &c. Prima pars subdiuiditur in tres, & secunda in quinque, vt apparebit ex ordine, & ex cōtinuatione quæstionum quam faciam.

5 † Vt igitur cum subtilitate intrem gloss. & motiuum ostendam lecturam, Opp. simul cum domino meo, quod ex stipulatione non agatur ad deductum in pactum, quia in stipulatione quicquid est omissum habetur pro omisso, nec potest peti ex ea, vt ff. de verborum obligatio. l. quicquid astringendæ. Solu. quōd huius timore quidam posuerunt hic casum in pacto obligationis, & stipulationis declaratio non nouæ obligationis inductiuo, vt in contra. & sic de informatione declaratiua, non nouiter inductiua, & ponit exemplum, quando pactum præcessit, in quo promisisti decem, & post ea per stipulationē promittis id, quod in pacto deuenit, & sic stipulatio est clara, & certa, & per relationem ad aliud, vt ff. de contrahen. venditio, l. hæc venditio. §. hui usmodi, & §. fin. facit infra. de sentēt. quæ sine certa. quanti. l. 2. & 3. & idem exemplum vide in permutatione, vt infra. de rerum permu. l. explacito. idem dicit gloss. si stipulatio præcedit pactum, puta quia promittit quis stipulanti id, quod per pactum conuenit, & postea paciscitur de decem, certe illa decem possunt peti ex stipulatione. facit ff. de lega. j. l. talis scriptura. cum

6 sequen. † Ex hac lectura notquod quando vnus contractus declarat alium, quod potest agi ex contractu declarato si de se sit efficax ad agendum. simile in vltima voluntate. vt l. asse toto. ff. de hære. instit & l. institutio illa. ff. de condi. & demon. Hanc lectu. licēt in se veram reprobat gloss. tanquam inconuenientem nostro textui. primo. quia text. iste dicendo (statim) innuit quōd secus esset, si ex interuallo pactum appositum esset, vt ff. de testi. l. ex eo. quōd in exemplis glo. non potest procedere, quia idem si ante, vel postea per mille ann. pactum intercessisset: vt d. l. asse toto, & d. l. institutio. ff. ad Treb. l. si quis priore, & quia ille in vltima voluntate loquuntur, induco l. item quia conuentiones. in fi. ff. eod. vbi patet, quod interpretantia, & interpretata non exi-

7 gunt continuationem actus. † Secundo quia tex. iste dicendo, statim, innuit, quōd hic loquitur de pacto, ex quo potest agi propter cohærentiam, quam habet, vt §. eo. l. in bonæ fidei. sed secundum lectu. extra. gl. ex tali pacto declarante non potest agi, sed ex stipulatione declarata. vt in legibus §. alleg. patet, & est ratio, quia omnis virtus pacti in stipulatione est transfusa, vt ff. ud. sol. l. cum apud. vnde concluditur, quōd lectura ista, & eius exempla non procedunt in l. ista, & ex ista gloss. in prima sua ratione reprobatiua, no. quōd iuri declarandi nunquam præscribitur vllo spacio temporis, quia nec per mille ann. vt in glo. cuius potest esse ratio: quia libero arbitrio cōtrahendi non præscribitur. arg. J. manda. & J. de fideiusso. l. si quis post quam. non enim possidet quis, quōd in alterius libero arbitrio positum est, & sic non potest dicere se præscripsisse. vt in c. sine possessione. extra de reg. iur. lib. 6. Quidam tamen istam lecturam voluerunt defendere dicentes, quōd quādo declaratio pendet a tertio, tunc possit fieri ex interuallo. vt d. l. cum apud. ff. iudic. sol. sed quando pendet ab ipsis contrahentibus, tunc debet fieri actu continuato, vt hic. secūdum lecturam antiquorum. sed dicit dominus meus, quōd truffa est in actu merè declaratiuo, quia in dictis legibus, aliquo to, & institutio illa, per glo. allega. erat in potestate testantis statim perficere, & declarare, quod in testamento adiecerat, & tamen si ex interuallo faciat, competit actio, vt in eis patet. facit. ff. de noua. l. si ita stipulatus fuero. §. fin. & l. sequen. & pro hoc suc

8 cedit ratio, quam §. feci. † Item no. ex ista glo. quōd ex contractu declarato, non ex declarante potest agi. quod intellige, quando declarans non est habilis ad producendum actionem. vt in legibus in gl. allegatis. aliās secus, quia non est absurdum, vt ex vtroque agatur. vt ff. pro socio. l. duo, & de contrahen. empt. l. empto rem. in princ. nec gloss. hic vult oppositum, quia intelligi debet, quando pactum esset appositum ex interuallo, vt prædixerat, quod ita esset nudum, non cohærentia stipulationis vestitum. Restat ergo solum dicere, quōd ista prima lectura nō est bona, quia textui non conuenit, qui exigit pactum fieri incontinenti, vt ex stipulatione possit agi. quod non est necesse in hac positione. Ideo alij legerunt secundò, vt sequitur glo. vsque ad versiculum. tu dic. Sed ista lectura reprobatur eisdem rationibus, quibus præcedens. Item quia tunc stipulatio non esset interposita, causa pacti seruandi, vt exigit iste text. sed pactum esset appositum causa declarandi stipulationem. vnde glo. legit tertio, vt sequitur in gloss. vsque ibi, & ex pacto præscrip. verbis. Sed hic attende. quia adhuc obstat primum contrarium. nam secundum istam lecturam agitur ex stipulatione ad id, quod non fuit in ea deductum, sed tunc solue, quia licēt non sit sic specifice deductum, tamen quia incontinenti est appositum, creditur inesse, id est inrus esse, vt dicit tex. ff. si certum petatur. l. lecta. versic. dicebam, & sic pars stipulationis dicitur argu. ff. de contrahen. emp. l. fundi partem. §. 1. ideo ex stipulatione agitur. sed contra hanc lecturam obstat, quia tex. iste supponit, quod stipulatio fuerit interposita causa pacti seruādi, sed secundum istam lecturam non videtur apposita ad obseruantiam pacti, ergo, &c. Iacob. de Rau. Pet. & Cyn. legerunt quarto modo, vt stipulatio interposita sit pro vno, & eius fauore, pactum vero, pro alio, puta promitto dare 10. & tu paciscris ire pro me Romam. nam cum ego promittam, vt tu vadas, stipulatio est interposita, vt tu impleas pactum, & tui fauore, vt pactum serues, quia pactum est eius causa, & econtra. & sic vice mutua nascitur quidam contractus vtro citroque obligatorius habita relatione contractus ad pactum. Sed contra hanc lecturam facit, quia hic non agetur ex stipulatione deducta in pactum, sed agetur præscriptis verbis, & quod ex stipulatione non agatur, probatur, quia stipulatio obligat eum, cuius fauore fuit appositum pactum. ideo si vult agere ad pacti implementum, oportet quod ipse prius impleat ex parte sua, & sic soluat, quod per stipulationem promisit. Igitur nunc cum soluerit ex stipulatione, non agit duplici ratione. Prima quia solutione videtur extincta, vt instit. de perpe. & tempo. actio. §. fin. Secundo quia pro eo nec eius fauore fuit interposita, sed aduersarij sui. sed iste tex. vult, quod stipulatione agatur, ergo lectura non bona, sed agi præscript. verb. quia ex sui parte contractum innominatum resultantem ex relatione stipulationis ad pactum impleuit. Ad hunc text. qui dicit, ex stipulatione

b petens. Respondent, quōd ista verba non denotāt nomen actionis, sed causam, propter quam, & exponunt pro propter. b sic & aliās exponitur. j. tit. j. l. si ex falsis. asserebant etiam, quod vbi stipulatio, & pacti essent pro vno, præscr. ver. non posset agi, quod hic statim fieri posse asserit glo. Sed dominus meus dicebat, q. expositio istorū violat tex. istum, & eius verba impropriat. ideo vna cum Iac. Butr. sequebatur lecturam glo. Et ad id, quod dicebatur, quōd secundum eum stipulatio non est apposita causa pacti seruandi, sed sui ipsius tantum: Respondet quinimo sic, quando cohæret pacto, quia interponitur tūc, vt robur, & efficaciam ei tribuat, & sui cohærentia cum vestitur. Et hęc fuit intentio huius tex. ideo ex stipulatione informata agitur ad id, quod deductum fuit in pactum, quantuncunque ambo sint pro vno: arg. d. l. lecta. dicebam. an autem præscr. verb. agatur ex pacto, statim di

3 cam. † Lecturis quatuor positis lecturam gl. eligo, vt meliorem, tamen quintam pono: tu scis, quod vbi stipulatio pēnalis incipit a præcedenti conuentione vestita, sufficit debitorem interpellari super cōuentione, vt stipulatio pēnalis committatur. vbi uerò incipit a pūentione nuda, habuistis varias opiniones. §. eo. l. si pacto. at vbi incipit a præcedenti conditione, expectatur, quod desinat posse dare, vel facere deductum in conditione, vt ff. de verb. obli. l. ita stipulatus. modo ad propositum, l. ista dicit, quōd licēt

A D D I T I O N E S.

cautio. de fideiustr. & uide do. Iaf. hic, qui ponit tres notabiles effectus huius clausulæ. primus est fractor in libello narrauerit peritorium, & possessorium, & in conclusione libelli solum dixerat de petitorio, & adiecerat clausulam, petens in prædictis ius, & iustitiam ministrari, postea in processu probauit solum de possessorio, quod debeat obtinere in gore illius clausulæ, per quam enim clausulam uidetur omne ius sibi competens deduxisse, allegat Ioan. Cal. in d. c. cum dilectus. de ordi. cog. quem refert, & sequitur Pano. ibi antepe. col. in ferens ex hoc, ut ibi per eum sequitur Ang. de ar. §. 1. ubi etiam do. Iac. insti. de act. & ibi reputatur ualde singulare in practica. sequitur etiam do. Lanfran. de oria. brixia. in repe. c. quoniam contra falsam. in uerbo, cōfessiones, de proba. Secundus effectus est, q̄ quis ex libello alias inepto per istam clausulam libelli debet pro se sententiam obtinere, si constat de intentione libellantis, & actio uere sibi competat licēt inepte proposuerit: secus quando nulla actio competeret secundūm Io. Cal. & doct. in d. c. cum dilectus, & Lanfran. in d. c. quoniam contra. in verbo, confessiones. Iud. Ro. in fin. q̄ incipit clausula petens &c. Pau. de Cast. in cons. 165. quod incipit quæritur primo vtrum hæres, in vlt. col. vbi etiā tenet, q̄ si fideicommissarius vniuersalis ante restitutionem sibi factā ageret petitione hæreditatis, vel rei uendicatione, & apponeret illam clausulam, peto ius, & iustitiam mihi ministrari, tamen succumberet, cum ante restitutionem saltem verbalem nullum ius sibi competat. l. facta, in princ. ff. ad Treb. Tertius effectus est adeo implicitus, q̄ actor nescit, quod remedium seu ius dēat intentare, tū optimum consilium est quod factū simpliciter narret, deinde in cōclusione solum petat ius, & iustitiam ministrari, nā intelligitur oē ius sibi competens deduxisse. ita inquit Ang. Are. in §. institu. de act. & ad prædicta omnia adde do. Soci. consi. 160. inci. præsenti consultatione subtiliter. ver. 3. hic idem in fi. in 2. par. char. 128. & cons. 159. incip. in causa tacita Ianozi. ver. difficultatem facere videbatur. cum versi sequen. in d. parte, char. 74. & cuius virtutis, & importantiæ sit, & quid intentare videatur, vide præfa. Soci. consi. 39. incip. visis, & inspectis verb. insuper prædicta. in 1 parte char. 128. & cons. 128. incip. iustissime iudex. ver. prima conclusio, char. 198. & cons. 146. incip. uiso processu. ver. confirmātur prædicta circa medium. in d. parte. char. 219.

a † Exponunt, ex, pro propter. Vide de hac præpositione, ex, & quid denotet, per istum in l. non dubium. num. 1. versi. 5. quod dictio, ex, & ibi posui in apostil. ad eum in eo. ver. ubi etiam signaui post Bart. nu. 3. uersi. nota quod dictio, ex, in apost. in eod. uersi. supra. de legi.

licēt incipiat a præcedenti conditione, si tamen deductum in ea ponatur statim post stipulationem in pacto, quōd perinde fit, ac si principasset à pacto. vt in hoc exemplo. si stichum non dederis, promittis dare 10. & per pactum conuenis stichum dare, & poterat agi ex stipulatione, non ex pacto, quo stichum dare pos 11 se desinat, quia pactum habetur pro apposito ante, & in hoc limitatur dicta l. stipulatus. Similiter limitatur l. si pacto supra eodem. ut demum. l. illa habeat locum, quando pactum nudum sequitur incontinenti stipulatio pœnalis, non si ex interuallo. Exemplum, conuenisti dare stichum, & post hoc interuallo si stichum non dederis, stipulatur 10. certè, ut committatur hæc stipulatio, oportebit, quōd desinat stichum posse dare, ut d. l. ita stipulatus. nec sufficiet interpellatio super nudo pacto, ut tenuerunt ultramontani. nec etiam litis contesta. ut tenuerunt gloss. super pacto, uel stipulatione, pœnali, sed ut dixi oportebit, quod desinat posse dare stichum, quōd secus esset, si pactum antea. vel postea in contingenti appositum fuisset, ut hic, & hæc stipulatio propriè dicitur interposita causa pacti seruandi, vt d. l. si pacto, & infra titu. j. l. cum proponas, & ff. de uerborum obligatio. l. stipulatio ista. §. alteri. cogitabitis, quia vereor hoc de iure defendi posse. nec aliter hoc prosequor. sed redeo ad lecturam gl.

9 † Contra eum tamen extra oppo. quod ex stipulatione non possit agi ad id, quod fuit deductum in pactum. quod patet, quia actus agentium non debent operari ultra intentionem eorum, ut ff. si cert. peta. l. non omnis. in princip. & multo minus contra intentionem, ut infra. de iura. calum. l. 2. in fin. sed in casu nostro contrahentes gerunt saltem tacitè, ne ageretur ex stipulatione, ergo, &c. Minor probatur ex serie, & forma stipulationis, & pacti. stipulatur enim centum sibi dari, per pactum sibi quid fieri. sed cum dicit per pactum, siue statim ante stipulationem, uel statim postea, & uno contextu cum stipulatione non euidenter apparet, quod tam interrogans, quām respondens non voluit deductum in pactum per stipulationem deberi, tum quia in uno dixi per stipulationem, & non in alio. argum. l. cum prætor. ff. de iudic. & l. maritus. j. de procu. tum quia æque in alio poterat dicere per stipulationem sic, ut dixit in alio. ergo &c. argu. infra de cad. tol. l. una. §. sinautem ad deficientis. tum etiam, quia in altero dixit expressum per pactum, ergo &c. argum. ff. eod. l. iuris gentium. §. quod fere. Solue, quōd non agitur ad pactum tanquam deductum in eo sit sua speciali, & singulari stipulatione promissum, quia tunc rectè obstarēt contraria. sed agitur ad eius implementum, & ad deductum in eo, tanquam in pacto stipulationi cohærenti, & ita partes egerunt, cum pactum stipulationi coegerunt. unde dum dicit promittis per stipul. certum, & per pactum conuenis ire Romam, intelligitur per pactum. f. cohærens proxime stipulationi, & sic non obstant obiecta, quod no. quia contrarium faceret te mutare. ac etiam propter ea quæ

10 statim in proxima quæstione dicam. † Circa lecturam gl. quando stipulatio, & pactum est pro uno tantū, quæro, an illa actio, quæ competit ad ipsum deductum in stipulatione, competat ad id, q̄ est deductum in pactum, & uidetur quod sic per hanc l. in contrarium facit, quia si in stipulatione est deductum certū, daretur certi condi. ex stipu. & si in pacto, esset deductum incertū, deberet dari actio ex stipulatu. vt ff. si cert. peta. l. si quis certum. istud dubium formauit gl. uer. dicebam, & non decidit Iac. But. quod pactum cohærens continuo informat contractum. sed nō semper actionem. Informat enim contractum, ut deductum in pactum intelligatur deductum in contractum, cui inesse creditur, ut d. l. lecta. ut sic si in pacto sit deductum incertum, & in stipulatione certum, ego uidear utrunque stipulatus, si pro certo, detur certi cond. pro facto, & si pro incerto, detur actio ex stipulatu, ut sic quot sunt res, tot intelligantur stipulationes. ut ff. de uerbo. obl. l. scire debemus. in prin. & si utrunque sit certum pro vtroque detur certi condi. & pro utroque detur actio ex stipul. & de his dicitur esse casus in d. l. lecta. uer. dicebam. ibi dum dicit, ut per inde &c. & post eum idem ibidem dixit Bar. Sed contra eum facit, quia actio ex uendito informata datur ad factum in pacto cohærenti deductum, ut j. de pactis inter empt. & uen. l. 2. ff. de contrahen. empt. l. fundi partem, & de actio. empt. l. tenetur. §. j. tamen ipsum factum de per se non potest in uenditione deduci. ut d. l. tenetur. Item contra eum facit, quia pactum apositum iuxta contractum mutui non informat contractum nec actionem. ut ff. si cert. peta. l. rogasti. §. si tibi. & ibi not. Credo, quōd opinio ipsorum sit uera. tamen pro solutione obiectorum distinguo sic. quandoque deductum in pactum per se solum poterat deduci in contractum, cui cohæret, & tunc uerum dicunt ipsi, ut contractum informet, & non actionem. sed notam ex contractu illo producat, ut exemplum habes in stipulatione, de qua hic loquitur, quandoque deductum in pactum per se solum non poterat deduci in contractum, cui cohæret, & tunc informat actionem ex eo contractu, quam tunc informādam reperit. ut in ll. superius allegat. fallit in mutuo usurarum odio. ut dicto §. si tibi, & intellige, quōd informant antiquam, quando pactum dat legē contractui, & non aliās. ut probat text. ff. eodem l. iurisgentium. §. quinimo. ver. ea enim pacta. & ideo si depono rem penes Titium, & appono pactum, quod vadat Romam, hoc pactum non dat l. contractui. nec illum concernit. ideo nullam informat, nec producit, quia ab illius obiectu 11 nullum fomentum, vel influentiam recipit. † Quæro secundo cum gloss. an in casu nostro ex pacto stipulationi cohærenti detur aliqua actio. & dicit glo. quod sic. præscrip. verb. vt sequitur in ea. vsque ad ver. sed quid. Contra glo. insurrexit Iacob. de Ra.

a & Petr. dicentes, præscriptis verb. a actionem non posse competere, cum illa detur in contractibus innominatis, vel vbi dubitetur de nomine contractus. vt ff. de æstima. ac. l. vna. vel in subsidium. vt ff. de præscrip. verb. l. 1. 2. & 3. & l. quoties. & l. naturalis. per totum. sed hic alia competit, nec de nomine contractus stipulationis dubitatur, nec etiam hic contractus innominatus, quia habita relatione contractus ad pactum, in nominatus contractus non potest resultare, cum pactum sit pro vno, ergo, & cætera. sed teneo gloss. secundum Iacobum Butriga. per textum, supra eodem l. in bonæfidei. & per rationes alias, quas ibi scripsi, quas hic non repeto. sed ibi vide. Quæro. 3. cum glo. mutuaui Titio centum sine vsuris, & ex pacto statim apposito, ergo creditor conueniire pro Titio Romam. an debitor ex hoc pacto certi condi. ex mutuo informata, vel ex stipulatu informata, vel si stipulatus fuit mihi reddi, agere possit, & dicit gloss. subsequenter, quod non, quia debitor nec ex mutuo nec ex stipulatione habet, quando non interposuit. quasi dicat ei informari non potest, quod non habet. argumen. ff. de petitio. hæredita. l. nec nullam. §. si quis absentis. & si certum peratur. l. eius qui in prouincia. in fine. Item inducta pro vno, & eius fauore non debent contra eum redundare, vt supra de legibus. l. quod fauore, & hoc tenent omnes. Quæro tunc iiij. retento eodem themate. mutuator recepit vsuras, & pactum interuenit, vt debitori per creditorem aliquid fiat, dicit gloss. quod forte contra 12 esset, quia gratia vsurarum se creditor onerauit. † Circa intellectum huius gloss. est aduertendum. nam cum verba glo. veniant aduersatiue ad proxime dicta, videtur velle gl. quod propter dationem vsurarum actio ex stipulatu informetur. sed hoc esset falsum propter rationes falsas, quas in præcedenti dixi. Quinimmo gloss. alibi, tunc esset isti contraria. vt ff. eodem. l. iurisgentium. §. quinimmo. in glo. quæ incipit. sed quid. in fine. vbi dicit, quod quando stipulatio est pro vno, & pactum pro alio, pactum non vestitur: quia non habet pro se, a quo vestiatur, & si non vestitur, ergo sui cohærentiam non informat. & hoc indubitanter. verum. Sed quidam alij dant alium intellectum gl. & dicunt, quod exceptione velut vestito agitur præscrip. verb. & non intelligunt, quod vestiatur cohærentia contractus, quia negant, vt supra in lecturis dixi. sed dicunt. vestiri rei interuentu, & istorum sunt variæ opiniones circa istum rei interuentū. Nam aliqui dicunt, quod sola promissio relata ad pactum inducit contractum innominatum, & promittens statim implet sola promissione per stipulationem factam. nec exigunt promissum aliter solui, vel dari. & sic gloss. positam in dicto §. quinimo. dicunt male dicere, dum simpliciter & indistincte dixit pactum non vestiri. Alij dicunt, quod solutio rei promissæ debet interuenire, & eius interuentu iste contractus innominatus resultans vestitur. sic per dationem vsurarum, quare causa reperiens se onerauit ad pactum. & ita intelligunt istam glo. sed ante solutionem eius, quod in stipulatione est deductum, dicunt non vestiri. & ita intelligunt aliam glossam pro contrario allegatam. Istorum intellectus melior est, nam qua ratione conuentio sola non sufficit, eadem ratione nec promissio sola, licet efficax sit ad agendum. vt l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empti. & l. ex placito. & l. rebus. infra. de rerum permutatio. & maxime in casu nostro, in quo vsuræ non possunt hodie peti. vt 13 nota. infra de vsuris. authen. ad hæc. † Ex gloss. ista tamen nota, quod ex relatione contractus licet accessorij ad pactum resultat contractus innominatus. & hoc idem nota. glo. ff. fami. ercis. l. is consequenter. §. sed & cum monu. & hoc simpliciter tenuerunt vltramontani, & successiue citramontani vsque ad præsentia tempora, in quibus præfatus doc. dominus Bald. tenuit contrarium pluribus rationib. quas licet scripserim §. eod. l. in bonę fidei. tū quādo nā præsentis actus. i. repetitionis requiritur, vt & illas hic repetam, & scribam, ut repetitionē perfectam penes bidellum vniuersitatis deponā. ideo illas dixi repetere, & plenius 14 quæstionem attingere. † Mouet ipse primo, gā ꝯctus noiati, & innoiati. specifica dria distinguntur, vt ff. e. l. iurisgētiū. in pri. sed in themate nostro suppositō ꝯctu noiato locati, vel uenditi, cui pactum cohæret, contractus ille est nominatus, & pactū est conuē tio

A D D I T I O.

a † Præscriptis verbis. Adde, an actio præscriptis verbis sit bonæfidei. Barto. nota, quod sic. in l. j. & ibi plenius Alexan. ff. de rerum permu. præterquam in casu l. j. de rerum permu. ubi est stricti iuris. secundum Bald. ibi, uers. & hic quæro nota. idem Bald. hic, num. 52. uersic. secundo & ultimo quæritur, in repeti. huius l.

tio innominata. arg. eius, quod not. glo. 2. in §. ff. de act. & oblig. ergo ex his non potest resultari vnum totum innominatum, cũ duæ diuersę species non integrent vnum totum, vt j. qui nume. tutel. se exc. l. j. Secundo, quia multiplicitatẽ in contractibus ponere non debemus, vt ff. de proc. l. licèt. §. ea. & deposi. l. j. §. quod si rem tibi. Tertio, quia id, quod potest valere per modum contractus nominati non debet valere per modum innominati, vt ff. depositi. l. j. §. si quis settum, & not. doct. j. de iure emphy. l. 2. Quarto a diuisione, quia aut dicemus istum contractum resultantem statim actionem producere, & hoc non potest, ex quo est innominatus, vt j. de rerum permu. l. ex placito. Aut dices, ꝙ implementum per rei interuentum expectat, vt actionem producat, & hoc est impossibile, qui talis rei traditio non est voluntaria, & libera a vinculo obligationis exempta. vt in cõtractibus innominatis requiritur, sed est necessaria, quia ad ipsa vinculo obligationis, & actionis potest astringi. quæ ex contractu nominato nascitur, & sic traditio innominatum contractum nec pactum vestire potest, vt ff. eo. l. si intra. cum ibi no. in glo. 2. & j. eo. tit. l. traditionibus. non ergo debemus dicere talem cõtractum resultare, qui esset inanis, & frustratorius. Quinto, quod qualis est habitudo partium, talem debemus iudicare ipsum complexum totum, vel compositum vt j. de bo. ma. l. 3. & no. in l. 2. ff. de verb. obl. sed pactum cohærens contractui innominato propter coherentiam contractus est conuẽtio innominata, sicut ipse ꝯctus, cui cohæret. ergo ex his innominatis non potest resultare aliquis contractus nominatus. Minor probatur, quia pactum est pars contractus, cui cohæret, vt ff. si cert. pet. l. lecta. versi. dicebã. ff. de contrahen. emp. l. fundi partem. Item quia ex eo sic vestito nascitur actio. vt dixi in 2. q. quod nõ esset, si innominatus esset, vt ff. eod. l. iuris gentium. in prin. & d. l. ex placito, & hoc videtur esse de mente glos. positæ super rubr. ff. de præscr. ver. & in hoc hæc ratio contradicit primę. Sexto confirmo, quia contradictio non consentit, vt idem contractus censeatur nominatus, & innominatus, vt ff. de cond. & demon. l. Titiæ, & de vsucap. l. cum
15 qui edes. † Sed his non obstantibus licèt subtiliter dictis, ego teneo glossas nostras pro verissimis, similiter, & opi. Cyn. licèt originaliter vltramõtanorum. Et concludo quod ubi pactum licèt cohærens non vestitur coherentia, & per consequens non informat veterem, quod ex cõtractu facto pro vno, & ex pacto inito pro alio resultat contractus quidam innominatus, & datur condictio ob causam, si non impleantur conuenta ad repetendum data, vt j. de donatio. quæ sub modo. l. j. Ex quo infero, ꝙ quia condictio ob causam habet locum duntaxat in contractibus in nominatis. vt statim subijciam. vera sit hæc glo. nostra, & alia posita in l. his consequens. §. sed cum muniment. ff. fa. erc. Vbi autem pactum vestitur coherentia, & informat antiquam, tunc succedunt rationes prædictæ contra vltramontanos factæ. tamẽ sto cum eis, quia condi. ob causam ad repetendum data non vẽdicat sibi locum in contractu nominato, sed innominato tantũ, vt no. in l. si pecuniam. in prin. & in l. fi. ff. de cond. ob cau. & j. de contrahen. empt. l. donationis. sed in terminis nostris si non impleantur conuenta in pacto, data repetuntur per condi. ob causam, vt probabo. ergo &c. minor patet auctoritate Pet. & Cyn. dicentium esse casum. in l. cum te. j. de pact. inter emp. & ven. licèt glo. ibi aliter intelligat. Et probant ipsi tali ratione. vbicunq; data ex contractu licèt innominato repetuntur, quia pactũ non impletur, nos debemus dicere, ꝙ pactum fuit, & est causa finalis contrahendi, aliàs solum ad implendum non ad repetẽdum ageretur, vt j. de rescin. ven. l. ea conditione, & ibi not. sed cum. in l. cum te. repetantur data, sequitur. ꝙ pactum ibi fuit causa finalis contractus. † Et ex hoc infertur aliud, ꝙ pactum agit potẽtius, quàm pretium in ipso contractu. arg. l. quæritur. ff. de sta. ho.
16 & pactum est conuentio innominata. contractus autem conuẽtio nominata, & ex mutua relatione, ad sensum patet, ꝙ resultat ex mutua relatione quędam conuentio hincinde, & illa non debet appellari nominata, cum pars eius potentior videlicet pactum, sit innominata. ergo debemus dicere contractum resultãtem innominatũ, & pro tanto condictio ob causam locum sibi vendicare pro repetitione datorum. Cõfirmo alia ratione, quia ad repetendum data ex eo, quia causa finalis datorum non impletur, est originaliter, & naturaliter, & regulariter inuenta condictio ob causam, vt l. j. ff. de condi. ob caus. & actio ex vendito, ad implendum conuenta, igitur in l. cum te. vbi dictur, ꝙ repetantur data, debet intelligi per illam actionem, quæ originaliter naturaliter, & regulariter consueuit ad talia dari, & ad cuius offi cium hoc spectat, non per aliam. arg. l. cum consulta. j. de test. & hoc quando potest fm suam naturam adaptari, secus si non potest adaptari, sicut in casu l. fed celsus. §. si annua. ff. contrah. emp. per quam glo. fuit mota in l. cum te. quia ibi pactum fuit tituli resultatiuum, & sic dominium erat in venditorem retransiatũ, vt dixi § eo. l. traditionibus. ideo ibi venditori non potest dari cõdictio ob cãm, quæ datur ad dandum, & non ad restituendum, præter quàm contra iurem, vt l. fin. ff. vsufru. quemadmo. caue. & inst. de act. §. sic itaque. Et ex his patet benè probatũ, quod condictio ob causam, locum habet. vt dixit Pet. similiter & Bar. in l. fin. de condi. ob causam, & hoc non potest esse nisi, quia aliquis contractus innominatus resultat. ergo conclusio prædicta vera. Ad obiecta respondeo. ad primum dum dicitur, ꝙ duæ diuersæ species nõ integrant vnum totum, &c. Respõdeo tripfr, primo fm Dyn. licèt in alia materia, ꝙ regula est in oppositum, vt patet in quolibet toto, sed speciale est in l. i. j. qui nume. tu. fauo. pupil. vt restringatur accusationes tutorum, & sic hic integratur vnũ totum recipiens denominationem a sua potentiori parte, vt dixi. Secundo quod ibi quælibet species est in se imperfecta, hic quælibet in se perfecta, ideo ex eis vnum totum integratur. Tertio ꝙ ibi quælibet species non tendit ad finem vnius totius. sed quælibet ad finẽ suiipsius. in casu nostro pactum, & contractus ad finem unius contractus innominati. Ad fm de multiplicitate contractus non ponenda, Respondeo dupliciter, ꝙ ex eo respectu quo vnus inducitur, non inducitur alter. vel quod multiplicitas non est ponenda, nisi sit necessaria seu vtilis, & prouisoria, sicut hic. cum aliàs non repeterentur data, quia causa non esset secuta. vt §. dictum. Et eo. modo respondeo ad tertium. Ad quartum respond. & primo confitendo primum membrum: vt statim sine aliquo interuentu producat actionem venditori. vt videtur fuisse de mente Bart. in l. lecta. versi. dicebam. ff. si certum peta. ex eo quia ex sola vẽditione implent conuenta, quòd forte procederet, vbi prius vendere conuenisset, vt emptor futurus aliquid faceret. sed vbi nulla alia præcessisset conuentio, nisi præsens, qua vendit rem pro prima, & vt ille scribat librum, puto vẽditorem prius debere rem dare quam possit ad factum agere, vt l. Iulianus. §. offerti. ff. de actio. empt. & tunc respon. ad contrarium, quo dicitur, ꝙ rei traditio cum fiat ad liberandum non debet vestire pactum, vt ff. eo. l. si intra. cum ibi not. respõdeo quod illud procedit, quando pactum non interuenit a principio contractus, sed postea. nos vero quando a principio, nec tunc vestit pactum cohærens, sed contractum innominatum resultantem ex relatione contractus ad pactum. Ad 5. respondeo, quia pactum cohærens de per se consideratum est conuentio nuda, & stat in nomine generis sui, ideo contractus innominatus debet dici. vt ff. eo. l. iuris gentium. in prin. & not. & in simili super rubr. ff. de re. permu. Nec obstat, quòd dicitur, quòd est pars contractus, quia verum improprię, & similitudinariè. ideo actio ex cõtractu, quæ datur pro eo est informata, nec ipsum factum verè est pretium: vt dixi §. eo. l. legem. Nec etiam obstaret, quòd ex se producit actionem, vt §. dixi: quia uerum, sed nõ propter robur, & caliditatem, quã habet a cohærenti nominato. Ad 6. respondeo, ꝙ eo. respectu non inducatur nominatus, & innominatus, sed diuerso, ꝙ potest fieri. ar. ff. de in of. te. l. Papinianus. §. sed nec impuberis, & modo bene claret, ꝙ in casu qõnis glo. solutis vsuris potest agi ad pactum. ex qua glo. not. ꝙ vsuræ omni iure sunt
a hodie illicitæ. si tamen creditor earũ gratia se onerat ad aliquid æquale vice mutua, ꝙ tunc non erunt nisi nomine vsuræ, & nõ illicitæ, sed licitæ permutationis cuiusdam vice. & intelligebat dominus meus paritatem debere esse saltem vsque ad dimidiã
17 iusti pretij. arg. l. 2. j. de rescin. vend. quod est no. † Quinto quæro cum glo. si pactum principale est nudum, accessorium vero pœnale vestitum, an principale vestietur ab hoc pœnali, & intelligo, quando pactum est vicissitudinarium. ut in exemplo glo. de permutatione, aliàs quæstio non haberet dubium; quia tũc nec eius coherentia nec pœnæ solutione non vestiret, sed potius trãsfunderet vt ff. ad l. fal. l. j. §. si ita. & sol. gl. quod non, quia si pactũ esset vestitũ per interpellationem, ex quo ex eo cõperet actio, committeretur mora, & pœnalis stipulatio, vt ff. de vsuris. l. mora. & si cert. pe. l. quod te. & de verbo. obli. l. ita stipulatus. quæ tamen non committitur, sed litis contestatio exigitur, vt j. de cõ. & commit. stipu. l. nuda. ergo &c. & hoc vult vsque ad versiteni nudo, & idem tenuit glo. §. eo. si pacto. hoc confessi sunt omnes in vestimento coherentiæ contractus, sed in vestimento rei interuentus, dicunt vltramontani Iaco. & Pet. quod si pœna est commissa, & soluta, & est tanta, quantus est ualor rei principalis permutandæ, quod pactum vestietur tunc interuẽtu rei, cum pœna

A D D I T I O.

a ¶ Ad aliquid. vide hic do Ias. May. qui dicit hoc esse valde singulare, & memoratu dignissimum, quod sufficit dictarum vsurarũ paritatem esse vsque ad dimidiam valoris. per d. l. 2. de rescin. ven. allegatam in tex. & sic dumodo pactum ex parte creditoris æqualem dimidię vsurarum, sufficiat, quam decisionem refert, & simpliciter sequitur do. Alex. consi. 292. inci. egregio & copiose. in 2. col. & per hæc fm do. Ias. hic datur singularis limitatio ad materiam vsurarum, & ea, quæ ipse dixit in l. j. §. de sum. trinit. & prædicta confirmat ipse per aliud, quod vult singulariter Bal. in auth. ex testamento. in 2. col. j. de coll. ad hoc, qd donatio facta propter benemerita per patrem filio in potestate statim irreuocabiliter valeat, iuxta gl. in auth. vnde si parens j. de inoff. testa. & l. si donatione. j. de coll. sufficit, quod benemerita non sint §. dimidiam dictæ donationis. per d. l. 2. j. de rescin. ven. sequitur Lud. Roma. in d. l. si donatione. sed ibi solet reprobari post altos mod. per tex. in relatum, in verbo. iuxta seruitij meritum. de test. & per alia, de quibus ibi, per quæ putat ipse decisionem Sal. hic esse falsam, quod nisi pactum æquiualeat vsuræ in eo, quod vsura excedit, sit prohibita.

pœna succedit eius loco, ut ff. pro sol. si quis a socio: & de actio. empti. l. prædia. secus si in pœna esset minus, quam in re. quia cum tunc impletio non esset ad plenum facta, non diceretur pactum vestiti. vt d. ll. & de contrahen. empt. l. si fistulas. §. qui fundum. sed dominus meus indistinctè tenet gloss. & ego cum illo, vt dixi in dicta lege si pacto in tertio contrario principali, &
18 in quarto, & quinto illi cohærenti. quod hic non repeto. † Quæro sexto, si tunt duo pacta nuda sibi inuicem cohærentia, puta conuenimus, inuicem de permutando, & statim cõueni ire pro re Romam: an si primum vestiatur rei interuentu, secundum dicetur vestiri, & robur recipere ab illo, & dicit gl. quòd non, quia considerato principio illud pactum fuit nudum, & à principio solam reperit naturalem, licèt ex postfacto per eius impletionẽ illi naturali accesserit ciuilis. Contra se ipsam arguit glo. de l. si in venditione conditionali. in princ. ff. de peri. & commo. rei uend. solu. ipsa, quòd in casu nostro non erat nata, nisi naturalis à principio in l. si in venditione, erat nata ciuilis, & naturalis. Examinemus istam solutionem contrarij, antequam ad decisionem quęstionis veniamus, & quòd illa solutio in nulla parte sui sit vera, probo. & primo in eo, quod dicit, quòd in pacto de permutando nata est naturalis, quod videtur falsum. quia tex. dicit, quòd traditio rei initium præbet obligationi. ut ff. de rerum permu. l. j. ergo non est nata. Secundo, quia in contractibus innominatis modus habetur pro conditione. vt l. item quia ff. eo. sed in conditionali conuentione non est nata obligatio. ut l. cedere diem. ff. de verb. sign. & hoc tenuit repetitor huius l. sed ego sto cum gloss. quia consensus de permutando de præsenti adest, & purè ergo naturalis non deest, quæ nascitur ex eo: quia nihil tam naturale est &c. vt ff. de pact. l. j. in princ. Ad obiecta respondeo, & primo ad l. ff. de rerum permu. & dupliciter, primo, quòd de initio obligationis efficacis ad productionem actoris loquitur, vt ex serie tex. colligitur. Secundo, quòd ibi loquitur de permutatione, quæ ante rem tradita non est: nos de conuentione de permutando, & inter hæc est differentia. vt ff. de eo quod certo loco. l. in
19 bonęfidei. in fin. † Ad secundum dicitur quòd modus in pactu
a innominato habetur pro cõditione. a Respondeo illud posse procedere, vbi modus, vel causa est antecedens necessarium ad conuenta, & sic vbi conuenta non possunt locum habere, nisi illo præcedente, vt in promissione dotis. ut d. l. item quia: sed in conuentione de permutando nullum antecedens necessarium habet præcedere, ergo &c. Fateor benè, ꝙ simplex conuentio in contractibus innominatis habet in se tacitam cõditionem, nisi pœniteat pacisentes, uel alterum eorum. l. quod seruus, & l. si pecuniam. in prin. ff. de cond. ob cau. & ibi no. & hæc non suspẽdit voluntatem, quæ ab init o fuit, sed resoluit, quia de eo, quod fuit, pœnitet. facit l. i. & ii. j. de l. commisso. Et hoc de prima parte solutionis glo. & eius defensione. Contra secundam partem, dñi gl. dicit, ꝙ in d. l. si in uenditione. nata est à principio naturalis, & ciuilis. videtur contra l. conditionales, & l. cedere diem. ff. de ver. sig. soluunt quidam, ꝙ gl. loquitur improprię respectu essentiæ obligationis, quia illo respectu nulla est obligatio: sed respectu speciei, & perfectionis contractus voluit loqui glo. ut in contrarijs. Et sic volunt istij, ꝙ contractus quantum in se, & sui forma perfectus, licèt interim nõ sit realiter obligationis productiuus, uestiat statim pactum, quod satis est notandum, & mirandum, cum pactum nudum, quod naturale statutum producit, non sit tantæ potentiæ, ꝙ uideretur fortius posse. Alij dicunt, quòd glo. uult dicere, ꝙ ibi à principio est naturalis, & ciuilis ficta ex eo, quia conditio existens retrotrahitur, & sic retro fingit naturalem, & ciuilem. vt ff. qui po. in pig. habe. l. potior, & l. qui balneũ, & no ff. de reg. iur. l. quæ legata, & hoc fuit originaliter dictum Iac. But. sed caue, quia hæc solutio non uidetur tuta. primo, quia d. l. si in venditione. loquitur indistinctè in uenditione conditionali, & sic de qualibet conditione, & sic casuali, vel potestatiua. sed licèt casualis trahatur retro ll. superius allega. non tamen potestatiua. ut in ea: l. potior. in prin. & §. j. & probatur in eo. titu. l. j. & quæ res pig. dari pos. l. pen. & no. Dy. in c. qui prior. de reg. iur. lib. 6. & Bart. in l. si is qui ff. de usuca. & ex hoc patet quòd illa solutio non est generalis. Secundo alio respectu non est bona: quia in d. l. si in vẽditione. conditio non extitit, sed deficit, & propter dubium defectus conditionis pactum fuit appositum, & sic non fingitur retro naturalis, & ciuilis, imò si est eius spes aliqua euanescit. vt ff. si cert. peta. l. proinde. ad finem. Et per has rationes doctor ille, qui hanc l. repetijt, reprobauit solutionem, quam Iacob. But. fecit. Ego credo Iacobum But. & gloss. dicere veritatem. unde attende, quòd in l. si in uenditione. duplex est conditio. Vna expressa, de qua in princip. dicit l. illa, & an illa fuerit casualis, uel potestatiua, non curo, & de illa loquitur præfatus docto. & eius rationes. Alia quæ in pacto fuit expressa, uel inest, dum conuenit, ut interim res esset periculo emptoris, cuius fuit, & est sensus, ut si interim res pereat, emptor soluat pretium nulla conditione expectata, & sic res interim peremptą, & per consequens à conditione impleta venditio redditur retro pura. vnde pactum non propriè uestitur à contractu, seu venditione conditionali, sed demonstrat venditionem sub duplici lege, & conditione factã esse, & pactum primæ conditioni in casu superuenientis interitus derogare, nam & per contrarium consensum a venditione habetur in totum, & in parte. vt ff. eodem. l. iuris gentium. §. adeo. l. ab emptione. in eodem titulo. j. & hæc vera sequendo eius intellectum. Sed forte verius est dicere, quod licet reciperet, expectetur tamen, an conditio principalis veniat, vel non; vt si euenìat, teneat emptio, alias expiret. & hoc ne iniquum sequatur, vt emptor careat re, & precium soluat, & modo apparet verus intellectus in d. l. si in venditio. & quolibet sui membro, glo. candido lumine defendandam esse.
20 † Reuertor modo ad decisionem quæstionis nostræ. & dicit gl. quod secundum pactum non vestitur a primo originaliter nudo: licet nunc ex interuallo rei interuentu vestito, & hoc indubitanter est verum vestimento cohærentiæ contractus secundũ omnes. Et est ratio secundum Iacob. But. r. quia a primo non vestitur, cum primum sit nudum, & per se robur non habeat. & sic alij tribuere non potest, nec vestitur postea, cum primum vestitur, quia tunc quando primum incipit esse contractus vestitus inuenit pactum secundum distans, & non cohęrens, vnde illud non vestit, vt hic, & supra eodem l. in bonæfidei. nec hoc vestimentum trahitur retro: quia fuit potestatiuũ. vt l. j. & l. potior. in princi. & §. i. ff. qui pot. in pigne. habe. & probatur. infra. de rerum permu. l. ex placito. Confirmabat dominus meus ex eo, quia non cauetur lege, quod conuentio contrahendi vestiat pactum sibi cohærens, sed contractus vestitus ac permutatio non est contractus ante rei traditionem. vt ff. de rerum permu. l. j. ergo nec ante vestit, & conuentio contrahendi differt a contractu. vt ff. de de eo quod cer. loco. l. in bonæ fidei. sed de vestimento rei interuentu dubitatur, & dixit Petr. secundum quod refert Cyn. supra eodem. l. in bonæ fidei. in 9. quæstione. quod vestitur rei traditione, quasi conuenerit permutare, id est, rem suam dare pro alia. & pro hoc facto, vt vadat Romam, & conclusio libelli erit fundanda super impletione, non super coherentia contractus. quasi sit do, vt des, & do, vt facias. & eandem
21 dationem implet vtrunque. † Quæro, 7. suppolito aliquo pacto vestito cohærentia contractus, si postea contractus ille tollatur per acceptilationem, an remaneat pactum, ita quod ex eo agi possit. & videtur gloss. tenere, quod sic. argumen. ff. de contrahen. empt. l. cessus. §. si fundis annua. & de contratabu. l. si post mortem. §. fina. sed illa modicum facit: quia ibi erat quæstum ius tertio: hic pacisentibus tantum. & hanc partem tenet Odoffr. quasi partes non videantur egressæ, vt pactum tollant, sed tantum contractum in acceptilatione deductum. vt ff. eodem. l. si vnus. §. ante omnia. & de seruitu. vrba. prædio. l. si domus. Item quia quod non mutatur, stare non prohibetur. vt infra de testa. l. sancimus. de appellatio. l. præcipimus. in fin. hoc Idem tenuit Iacob. Butriga. ex eo, quia contractus vestiens pactum agit in ipsum, seu in eius robur, & efficaciam vt ipsius causa effectiua, licet primo consensu pacisentium, igitur cessante illa non debet cessare effectus iam esse perfecto deductus. secus si esset in fieri. vt infra qui testamen. facere possunt. l. furiosum. & ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. patre furioso. cum ibi nota. Alij autem contra, vt Guido de Suza. per regulam iuris. cum principalis. infra de vsuris. l. eos. & depositi. l. 4. in quibus dicitur accessorium tolli principali sublato. Idem Iacob. de Ra. Pete. & Cyn. ex eo quia censetur pars contractus, cui cohæret. vt l. lecta. versi. dicebam. ff. si certum petatur. & l. fundi partem. ff. de contrahen. emptio. ergo contractu in totum acceptilatione sublato ex parte vtriusque non potest pactum remanere, licet secus si tolleretur pro parte. vt ff. de acceptilatio. l. pars stipulationis. cum sequen. Primam partem tenebat dominus meus per rationem Iacob. But. r. Ego puto sic distinguendum. Aut pactum cohærens, etiam si aliter foret vestitum, non potest per se subsistentiam habere absq; contractu. & tunc sublato cõtractu pactum remanere non potest. vt in hoc exemplo, Emisti fundum & per pactum conuenit venditor, ut duplam promitteret de euictione, uel propter eam fideiussorem daret, & pro hoc accedat ratio Guid. de Suza. §. posita, Aut pactum per se subsistentiam habere posset, & tunc inspicienda sunt uerba acceptilationis, & aquilanæ stipulationis in casu, in quo illa fuerit necessaria: nã & si sint gñaliter promulgata, ut sint apta nata cõprehẽdere ẽt deducta in pactũ, puta quicquid te dare facere oportet ex ꝯctu stipulationis, acceptum hẽo, & acceptum fero. & tunc puto contractũ, & pactum sublatum. & pro hoc facit. ff. de acceptil. una. in princip. dum ibi dicit, uel omnibus, &c. & pro hoc accedat rõ Iacob. & Petr. posita supra. Aut uerba sunt singulariter, & specifice pro lata de re, uel quantitate in ꝯctu deducta: & tunc non tollatur, sed remaneat pactum, ut in gl. nostra, quã exemplifica per lecturam, quam posuit glo. in hac l. & pro hoc succe-

A D D I T I O.

a † Pro conditione. Quod modus habeatur pro conditione, quando apponitur in cõtractu inominato. uide Bar. & doc. in l. cũ ex eo. ff. de cõtrah. emp.

succedunt rationes supra per Odoffre. & Iacob. Buttrig. factæ in hoc, vbi pactum non cohæret contractui ultro citroque obligatorio. vt in d. exemplo, & in l. ista. vbi autem contractus esset vltro citroque obligatorius, tunc videtur pactum remanere non posse. argumen. ff. de rescin. vend. l. cum emptor. Sed veritas est in oppositum. & ll. illæ loquuntur, an vno liberato, liberetur & alter, nos vero quærimus, an liberatus ab eo, quod est deductum in cõtractu, liberetur etiam in eo, quod est deductum in pacto, quasi pactum ammodo caret vestimento, & efficax remaneat. quo casu idem dico in vtroq; contractu, & distinguo. vt supra.

a Quæro. 8. a quãdo pactum dicatur statim postea interpositum. Respondeo ut in gl. seq. & plenius dixi supra. eo. l. in bonæfidei. Nono quero, an actio informata, quando competit ad pactum, remaneat bonæfidei, vel efficiatur stricti iuris, & idem de actione præscrip. verb. quæ datur ex pacto vestito, & de ambabus dic, vt scripsi supra eo. l. pacta quæ contra.

ADDITIO.

a ¶ Quæro octauo. Tu nide ad propositum eorum, quæ hic dicuntur, & huius quæstionis enodationem ultra Bald. hic. num. 49. uersi. nunc uenio ad istamam glo. Gem. in c. cordi. § in quibus. nu. 1. & ibi in apostil. in uersi. intelligit illico. extra. de app. lib. 6.

LEX XXVIII.

1 *Præstatio temporalis, an sit modus validandæ obligationis.*
2 *Præstatio temporalis, quando in futurum obliget. & nu. 4.*
3 *Legatum annuum pro dote, an veniat alimentorum nomine.*
5 *Præstatio vnica, an obliget in futurum.*
6 *Præstatio trium annorum, an sufficiat contra fiscum.*
7 *Præstatio decennalis requiritur vt obligatio dandi allegata præsumatur, & numero 9.*
8 *Factum minus solenniter non differt ab eo, quòd solenniter fit, cum cursu decennali.*
10 *Lex cum de in rem verso, an habeat locum in seruituibus prædiorum.*

Si certis annis. Primo dictum, in quo thema. quæstio, & eius solutio concluduntur. Secunda exceptio. secunda ibi, nisi. Casus. temporalis præstatio non vestit conuctionem nudam, licèt annuam. hoc dicit. supple tex. ibi, indebitum. subaudi ciuiliter, sed naturaliter est debitum.

1 ut ff. de pac. l. j. in prin. & §. j. & §. de iur. & fac. ign. l. cũ quis. † Not. quòd temporalis præstatio non est modus obligationis inualidæ ualidandæ: sicut nec obligationis inducendæ, ut ff. de act. & oblig. l. obligationum §. placet. no. q̃ indebitum non parit debitum, not. quòd stipulatio uestit pactum. Venio ad gloss. & op. quòd ex isto pacto licèt nudo obligetur ad præstandum in futurum, nec solutum sit indebitum, sed debitum. vt j. de do. l. si quis argẽtum. fol. ut in prin. gl. quia illud verum in donatione, & sic ubi pactum fieret ex causa donationis. at hic pactum nõ fuit ex causa donationis. unde pone exemplum, ut dicit glo. in usuris. ut j. de usu. l. creditor. Nam in illis non est liberalitas, & sic nec donatio: quia creditor nõ mutaret, nisi debitor usuras promitteret, & econtra, nec debitor promitteret, nisi mutuum reciperet. & sic ex liberalitate neuter facit. arg. ff. de adi. leg. l. rem legatã. Vel secundo dicit glo. & si in donatione hic loquatur, dic tempore huius l. non dabatur actio: hodie sic, ut in contrario, q̃ intellige innouatum, quando expressa est causa donationis: quãdo uero non est expressa, quid iuris sit, scripsi §. eo. l. legem. in 6. q. Vel tertio dicit, pone exemplum in seruis promittentibus, qui liberi facti soluerunt qui tantũ naturaliter erant obligati: vt j. an seruus ex suo facto. per totum. igitur ad prestandam in futurum non tenetur, & benè dicit glo. Sed attende, quia gl. sub iunxit, q̃ soluerunt scientes se non teneri, nisi naturaliter, contra q̃ facit: quia tunc solutum efficeretur debitum. ut l. j. ff. de cond. indeb. & de ope. libe. l. campanus. & de reg. iu. l. cuius per errorem, & tamen hic in tex. appellatur indebitum. sed gl. uolens hoc euitare dicit, q̃ si soluit credens illam naturalem habere iim ciuilis, & sic per errorem, putans se efficaciter obligatum. ideo censetur indebitum, & hunc intellectum dant quidam huic glo. Sed caue, quia intellectus iste est prauus: quia si soluerunt putantes naturalem habere uim ciuilis. ipsi errauerunt in iure, & sic non repeterent. Nam licèt iuris ignorantia non noceat in damno uitando. ut ff. de iur. & fac. igno. l. error. in fi. non tamen censetur damnum, si naturaliter est debitum, quod iuris errore est solutum: ideo non repetit. ut l. j. & l. error. j. ad l. fal. & no. §. de iur. & fac. igno. l. cum quis, & ff. de cond. indeb. l. j. & ideo aliter intelligo glo. ut uelit dicere, q̃ hæc l. in. 1. par. potest exemplificari in seruis, qui in seruitute promiserunt, ut liberi facti soluẽtes non teneantur propterea in futurum, quia naturaliter tantum sunt obligati, secus si liberi facti per stipulationem idem promiserunt, scientes se naturaliter tantum obligatos, & sic ex certa scientia, vel etiam putãtes suam naturalem habere uim ciuilis quia tunc tanquam in iure errantes efficaciter tenẽtur. ut hic in fi. & dictis ll. §. alle. & ad hoc modo benè sequitur ver. sinautem. qui uult, q̃ secus esset, si non errore iuris, sed facti promisisset, quia sibi non præiudicaret errore probato. ut j. de erro. calc. l. j. in fi. & iste est uerus, & rectius intellectus Accur. licèt non benè ex toto applaudat textui qui in prima parte loquitur de nudo pacto, & est expedita gl.

2 usque ad ver. dic ergo. † Opp. successiuè q̃ temporalis præstatio saltem per triẽnium facta licèt ex dispositione inualida, obliget

a in futurum: vt j. de fideic. l. j.[a] So. tribus modis, vt in glo. usque ad ver. & sic etiam prima nil valet: quia, & si per plures annos, vltra, quàm per triennium non obligaretur in futurum, cum tempus non sit modus obligationem inducendi. vt d. l. creditor. j. de vsur. & ff. de act. & obl. l. obligationũ fere. §. placet. nec inualida validandi, vt hic. & ff. de reg. iur. l. quod ab initio, & extra eo. ti. c. non firmat. lib. 6. Secunda approbatur in ꝓtrario cõiter per doc. Tertia nil valet, quia etiam sciens sibi non preiudicat in futuris. vt no. in l. non dubium. j. de testa. media igitur vera, ad cuius declarationem attende, q̃ quidam dicunt, q̃ ibi præstatio triennalis non propterea validat testũ minus solenne respectu alimentorum, vt ex eo detur actio, quia non potest esse pro parte solenne. vt j. de test. l. iubemus. sed dicitur competere iudicis officiũ, quia alimentorum legatum magis in facto quàm in iure consistit: vt ff. de capi. di. l. legatum, & de ali. leg. l. seruus ad custodiam,

3 & de annu. leg. l. quintus. §. Pompo. facit j. de fideic. l. eam quam, de quo ibi latius dicam. † Item attendendum est, q̃ id, quod ibi

b dicitur de alimentis, Bar. extendit[b] ad annuum legatum pro dote reliẽtum. nã & pro dote aliquid relinqui potest. vt l. virilis. §. fi. ff. de leg. præstan. Nam sit testũ si minus solenne, & præstitum

c sit per triennium,[c] compelletur præstare in futurũ, quia duplex fuit testi, & doris concurrit. vt d. l. virilis. sed hoc non puto iuridictum, quia speciale extendere non debemus. l. ius singulare, & l. quod vero. ff. de legi. nec etiam possumus. vt ff. fol. mat. l. si verũ negotium. §. de vito. nec est omnimoda ratio in vtroque, quia in alimentis fauetur, quia piam causam concernunt, & vitam legatarij conseruant. ideo de eis transigi non potest inconsulto prætore. vt ff. de transac. l. cum hi. sed legatum pro dote reliẽtũ, licèt causam fauorabilem concernat, quia non tamen piam, vel sic piam: ideo de eo transigi posset, nec legato deficiẽte prohiberetur mulier agere actione competenti pro dote. ideo cum ratio sit diuersa, diuersum in iure est dicendum. similiter illam l. extẽdit ad legatũ annuum in refectionem viæ, itineris, vel põtium, cum & ibi sit duplex fauor. i. testamenti, & publicæ vtilitatis, vel pietatis. vt l. quidam. de leg. 2. sed hoc mihi non placet eisdem rationibus. Item quia legato isto non valentem, non deficit refectio pontis, & viæ, ad quam tenentur oẽes, ibi prædia possidẽtes, vt §. de sacros. eccl. l. ad instru. sed legatario ab alimentis excluso timor remanet, ne pereat fame, saltem in senectute, vel ægritudi

4 nis tempore, & sic in eo euidentior & maior est ratio. † Redeo ad glo. & opp. q̃ ex temporali præstatione preiudicetur in futurũ, quia partis solutio præiudicat sibi in residuo. vt j. de non nu. pecu. l. cum fidem. Sol. vt gloss. quod hic soluit errans, ibi sciens: sed nil valet, quia hic diuinat. Itẽ quia & si hic fuisset sciens, non præiudicaret sibi in futurum: quia non plus potest operari scientia, quãm simplex consensus, qui velut nudus, simplex, & abstractus ab omni solennitate, non obligat, nec inualidũ validat. ideo dic melius, q̃ ibi ex contractu competebat actio, & pro toto, licèt obstaret exceptio, quam faciliter tollit sciẽtifica agnitio, hic vero nulla competebat actio. vnde agnitio non solennizata, nec partis præstatio præiudicat in futuro. secus si sit stipulatione solennizata, vt hic in fi. Oppo. de l cum de in rem verso. ff. de vsur. sol. vt in gloss. fin. quæ remittit ad ibi not. & solutio est ista, q̃ hic causa allegatur, vt inefficax, & inualida: quia pactum nudũ, vnde prestatio sequens etiam fortè decennalis pactum non vestit, nec roborat se, aut validat. sed in contrario causa efficax, & solennis ad agendum allegatur, & ad ipsam probandam decennalis præstatio inducitur. vnde sicut hic non roborat, vel validat, ita nec ibi, sed causam allegatam præsumit, & probat, & sic talis, qualis allegatur, per præstationem decennalem, præsumitur.[d] & præsumptionis est ratio, quia nõ creditur manualiter

tor

ADDITIONES.

a ¶ Vt j. de fideic. l. j. Hanc legem limita, vt refert hic do. Ias. limitare Angel. in repe. tribus modis, quos sequitur Flor. in l. cum de in rem verso. ff. de vsuris. sed tertiam reprobat do. Alex. hic. & Sal. in d. l. j. in fin. & adde quartam, prout hic Ias. ad eius intellectum. do. Fran. de Are. hic, circa medi. 1. col.

b ¶ Bar. extendit. Adde, q̃ cum Bar. vt refert do. Ias. hic, tenent etiam alij, excepto Sali. per aliqua, quibus responder do. Alex. hoc idem tenet Bart. in l. cũ de in rem verso. in j. col. & ibi Raph. Ful. de vsur. & Bar. in q̃. quæ in cis. mulier habens amplum patrimonium. in pe. col. 1. mol. in l. si. vero. § de vicario. 12. col. ff. fol. mat. Matheus. in tract. extensionũ. in 5. col. do. Ant. de Butrio perugnit. in 6. col. de censi. sic et extendit Ang. hic, in repet. in legato ibi pro redemptione captiuorum, vel alijs pijs causis. cõfirmat do. Ias. hic ad duplici fundamento, quem o. no vide, & ad prædicta adde do. Fran. de Are.

c † Et præstitum sit super triennium. Adde vltra ea, quæ hic not. Bal. nu. 4. nam dicit Bart. quod idem esset, & eundem in l. cum de in rem verso, & ibi omnino Alex. ff. de usuris. ibi per Bart. col. 2. uer. 1. casu, & Bal. in addi. specialitit. de restitu. fol. uersi. qui longo tempore.

d † Præsumitur. Adde ultra Bal. hic, num. 9. uersi. nam qualis apparet. eundem Bald. in c. 1. in tit. de feu. da. in uim legis commis. in usib. feu. & in l. j. col. 2. uersi. pone ergo tanquam vasallus. infra. de fideicom. & Bar. in alleg. l. cum de in rem uerso. in fin. ff. de usuris.

tot reiteratis vicibus quis à se abdicasse, & alteri tradidisse sine causa legitima, & efficaci. & ista solutio communiter tenetur, & est multum l. illa notanda, in eo maxime casu, in quo ibi ex solutione vsurarum, & sic accessorij infertur ad obligationem

5 sortis: & sic principalis. † Extrà gl. opp. quinto, quod per vnicam præstationem ex certa scientia factam obligetur ad alia, & in futurum præstanda, vt in authen. sed cum testator. infra. ad leg. Falcid. Solu. ibi, de titulo obligationis constabat, & valido, licet hæres eius haberet falcidiam deducendi ex priuilegio, siue ex beneficio, quod facilius perditur, & tollitur, quam obligatio ef-

6 ficax inducatur, vt hic. † Opp. 6. quod trium annorum proxima præstatio sufficiet etiam contra fiscum, vt in tex. notando, & singulari. infra, de apoc. pub. l. quicunque. lib. x. Solu. hic de obligatione inducenda, vel probanda, in qua dic, vt supra, ibi de liberatione inducenda ex solutione præsumpta in antecedenti tempore, quæ præsumitur si per tres proximos annos solutio probatur, vt ibi, & sic ibi prodest danti, & præiudicat recipienti. Et est diuersitatis ratio, quia fauorabiliores sunt liberationes, quam obligationes. vt ff. de actio. & obligatio. l. arrianus. cum similib. & intellige, quod solutio allegatur a debitore. vt de obligatione efficaci dixi. Concludamus prædicta sic distinguendo. Aut solus cursus temporis allegatur: & tunc quo ad obligationem inducendam nil prodest. vt ff. de actio. & obligati. l. obligationum fere. §. fin. cum similibus. quo autem ad obliuionem inducendam, & præsumendam prodest. Et quantum tempus requiratur dic, vt in l. furtum. §. fundi. cum ibi nota. ff. de vsucap. simi liter prodest in præscriptione iurium, quæ præscriptibilia sunt, vt infra, de præscriptio. 30. anno. l. sicut. & l. omnes. non eorum, quæ imprescriptibilia sunt. vt in eodem tit. l. competit. Aut protestatio allegatur: & tunc facit quatuor membra. quia aut allegatur ad obligationem inducendam: Aut inductam coadiuuandam, & corroborandam: Aut ad allegatam probandam, & præsumendam: Aut ad probatam tollendam. Primo casu non prodest. argu. huius l. quia si naturalis non roboratur, vt hic, minus noua inducitur. Et pro hoc etiam. infra, de vsur. l. creditor. Secũdo casu, Aut ex obligatione inducta competit actio, licet ei obstet exceptio, Aut nulla ex ea competit actio, primo casu præstatio prodest, vt actionem corroboret, & coadiuuet, & agẽtem exceptione repellat. vt infra, de non nume. pecu. l. cum fidem. & supra, in tertio contrario. & infra, ad leg. falc. authen. sed cum testator. & supra, in quinto contrario. Secundo casu presta tio regulariter non prodest: vt hic etiam diu purificata. fallit fauore alimentorum, & vltimæ voluntatis si præstatio fuerit triẽ-

7 nalis. vt j. de fideicommis. l. j. † Tertio casu principali dic, quod decennalis præstatio requiritur, vt obligatio dandi allegata præsumatur, & probetur, verum talis præsumitur, qualis allegatur: vnde si solemnis, & efficax allegatur, per decennalem præstationem præsumitur, & probatur. vt d. l. cum de in rem ver. si minus solemnis allegatur, talis præsumitur. & non plus operatur hæc præsumptio, quam si fuisset confessata a prin. vnde nõ solẽnis, & inefficax actionem in futuro tempore non produceret. vt hic. Quarto casu, quando allegatur ad obligationem tollendam. & tunc aut in præterito tempore. & sufficit probari præstationem trium proximorum an. vt j. de apo. pu. l. quicunq;. lib. x. Aut tollatur pro tempore futuro. & tunc præstatio præteriti nõ

8 sufficit. & hoc indubitatum. † Opp. 7. q̃ factum minus solemniter est idem, quod solenniter factum concurrente decennij cursu. vt j. de testi. l. fancimus. ver. sinautem. Solu. quod id in contractu, qui a voluntate duorum procedit, & annuæ præstationis, & post quam temporis cursus fluxit, ibi in vltima uoluntate, quę ab unius tm̃ volũtate depẽdet. & in qua de annua præstatione non tractatur, nec de obligatione inducẽda, vel roboranda. sed de prima voluntate solenni irritanda, & cursus decẽnii post primam, & ante secundam fluxerat, vnde casus ille est omnino diuersus, non aduersus. Opp. 8. contra id, quod vltimo dixi; videlicet, quod ad liberationem inducendam, vel præsumendam sufficiat probari cursum decennij. vt j. de patria potesta. l. j. & quod ibi no. & in l. post mortem. ff. de adopt. Sol. quod id, quod ibi dixi de triennali præstatione, habet locum in obligatione dandi, & annali. contrarium vero in liberatione a patria potestate, in cuius liberatione sufficit vnica præstatio siue emãcipatio. vnde illa solennis allegata præsumitur, si per decennium patre parien

9 te, vt emãcipatus vixit. vt ibi. & hęc de contrarijs sufficiãt. † Quęro, dixi, quod decennalis præstatio causam solennem & efficacem allegatam præsumit, & probat, an in probatione huius decẽnalis prestationis est necesse, quod capituletur, quod est causa allegata in libello & singulę prestationes sunt factę, sufficiat, probare simpliciter decennalem prestationẽ, & sine allegationib. pro vtraq; parte dico probari debere prestationes ex causa allegata factas fuisse, alias nõ inferretur ad causam allegatã, vt l. ad probationẽ. & l. neq; natales. j. de prob. & l. non ob hoc. j. vnde cogna. Itẽ, quia alias insurgerẽt duę improprietates, & præsumptiones. cõtra l. j. j. de dot. promis. Vna, vt præstatio simplex p̃sumeretur ex causa allegata. Secũda, vt ex decennali p̃statione probaretur, vel præsumeretur causa allegata verè, & secundum prædicta intelligo l. cum de in rem verso. Sed contra ista videtur obstare, quia si præstatio, & solutio est facta sub commemoratione causæ in libello allegatæ, sequitur, quòd soluens illam causam fatebatur veram, dum soluebat. argum. infra. de fide instru. l. plures apochis. sed ex confessione facta parte præsente, vel ad partem transmissa plenè probatur. vt infra. de non nume. pecu. l. generaliter. ff. de positi. l. publia. in fin. ergo sequitur, quòd probatio decennalis præstationis non est necessaria. Item quòd causa allegata probatur verè, & non præsumptè. cuius cõtrarium supra dixi. Sed dic, quòd ex tali præstatione licèt cum causa non inducitur confessio causæ, sed solum præsumptio, quòd ille, qui soluerit, causam illam. vt veram subesse crediderit. vnde hæc credulitas præsumpta ab probãdum causam oportet decennali præstatione roborari. in ll. autem superius alle. cõfessio erat facta expressim super causa, & pro tanto collectores Sancti Proculi, dum census, vel afflictus recipiunt, faciunt soluentes expressim cõfiteri rem emphyteuticam, vel cõsuariam esse, & tali confessioni statur, nisi erronea probatur. vt supra. de iur. & fac. ignoran. l. cum falsa, & hæc sunt notanda, vt quotidiana, & istam materiam illuminantia. Et ex istis, & alijs, quæ supra in distinctione dixi, apparet, quid dicendum in quæstione de rustico, qui diu annuatim præstiterat vnum par caponum domino prædij, an in futurum posset compelli. de qua tãgitur per

10 glos. in l. solent. in fin. ff. de offic. procon. & lega. † Quæro. 2. an lex cum de in rem verso, quæ expressim loquitur in præstante habeat locum in seruituibus prædiorum, & loquor de habentibus causam discontinuam, quæ non præscribitur tempore longo: sed cuius initij memoria non existit. vt ff. de aqua plu. arcen. l. j. §. fin. l. 2. §. antepenult. & de aqua quotidia. & æsti. & l. hoc iure. §. ductus aquæ, & tenet gloss. quòd sic. in d. l. cum de in rem ver. & ff. de serui. seruitutes. in prin. & in d. l. j. de aqua plu. arcen. & hoc tenet Dyn. & insti. de ac. §. neque. Iac. de Ra. contra: quia non est tanta præsumptio in patiente, sicut in tradẽte, & sic cum cesset ratio l cum de in rem verso, debet cessare iuris dispositio. vt infra. de libe. prete. l. j. Secundo quia patiens tunc habetur pro tradente, quando ipse est obligatus tradere. vt j. de acquir. poss. l. 2. in eo. tit. l. fundi. & l. ex stipulatione, & ita inquit ipse debet intelligi l. quoties. ff. de serui. sed vbi quis est non obligatus tradere, tunc inquit ipse patientia non habetur pro traditione, immo pro contradictione vel saltem pro non consensu vt ff. de furt. l. qui vas. §. vetare, & maximè cum de eius præiudicio tractatur. vt j. de pactis. l. inuitus. Tertio confirmatur per Ia But. qui idem tenet, ex eo, quia aliàs ludibrio, & frustratoriæ essent §. allegatæ leges, quæ memoriam non extare requirunt. Bart. tenet glo. per

a l. si filius.[a] j. de peti. hæred. ubi si filius à patre patiente diu hæreditatem possedit, præsumitur, q̃ filius iussu patris adierit, & per l. qui in aliena. §. j. de acquiren. hære. & per id, quod not. gloss. pen. infra.

ADDITIO.

a ¶ Bart. tenet gl. per l. si filius. Adde, q̃ Bart. dicit illum tex. esse sing. & nescire alibi de possessione decẽnali, quæ in filiofã. facit præsumi iussum patris, additionem contra tex. not. in d. l. quæ aliena. allegata in tex. in princ. ver. sed si non adierit. ff. de acquir. hære. & adde, q̃ per ista duo iura consuluit do. Alex. in consi. 396. quod incipit. viso, & diligenter considerato themate. in pen. col. q̃ ex longa patientia decennali præsumitur dominum consensisse, q̃ emphyteuta alienaret ius fuum. facit, quod not. Bal. Ang. & Moder. in d. l. quæ aliena. in princ. per illum tex. q̃ si prælatus diu fuerit in possessione prælaturæ, præsumitur q̃ ritè fuerit institutus, sed hic dicit d. Ias. May. nõ putare verum per id, quod ipse dicit hic, in 7. limitatione, & ponit Io. And. in c. illud. de præsump. facit etiam, q̃ si aliquis per decennium rem tenuit tanquam emphyteuta, & pro ea soluit debitum canonem, præsumitur emphyteuta, & solenniter inuestitus, & idem in eo, qui decem annis tanquam vasallus possedit castrum, præsumitur inuestitus de fendo. gl. in l. 2. in glo. magna. j. de iur. emphy. ubi plenè per do. Iaso. Mayn. Bart. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. pos & in l. litibus. j. de agri. & censi. lib. 11. Bal. hic. & in c. ecclesia futrina. ad fi. de cau. pos. & proprie. & per eundem Sali. in d. l. cum de in rem verso. in 6. quæst. Ang. & Moder. in l. prætor. in prin. ff. de eden. & vide bonũ tex. in c. j. qualiter olim feu. pos. ali. facit quod uult Archi. de conse. dist. 1. in c. nemo. Car. Flor. in c. req. sisti. de testi. q̃ ecclesia, uel capella iam decennio ædificata patiente diocesano præsumitur ædificata ipso episcopo autorante. facit etiam quòd ex possessione decennali præsumitur titulus diuisionis inter fratres qui 10. annis reperiuntur diuisim possedisse. gl. est sing. & ibi magis communiter approbata in l. pe. j. communi diuid. quam reputat sing. Nico. de Neapo. in §. quæ dam. in 4. q. extra glo. instit. de actio. Cy. & Bal. hic, qui rationem assignat, & Bal. in l. j. in 3. col. j. de fideicom. & sing. do. Ant. in c. peruenit. de censi. facit etiam si filius per 10. ann. habitauit seorsum à patre, præsumitur emancipatus, si hæc alleget, sm̃ Bal. in l. si post mortem. ad fi. ff. de adop. & in l. 2. j. si aduerem iud. facit etiam, quod uult Bal. sub dubio tamen fortè in d. l. j. in 4. col. j. de fideic. q̃ qui per decennium se gessit, ut notarius, præsumatur creatus solenniter notarius. facit etiam, quia stante statuto, quòd minor, uel mulier non possit obligari sine consensu propinquorum, certè per lapsum decennij præsumitur talem solennitatẽ statuti intercessisse. sm̃ Bal. Ang. Imol. in d. l. quæ aliena. in prin. per illum tex. & in l. sciendum. in prin. ff. de verbo. oblig. contrarium tamen tenuit idem Bal. in 1. 2. Bal. & Saly. in d. l. si filius. Ludo. in d. l. sciendum. do. Alexan. in d. l. qui aliena. in prin. & in consi. 502. quod inci. uiso instrumento locationis. in 3. colum.

infra. communi diuidun. sed primæ leges modicum faciunt, quia de commodo patientis, non de incommodo ibi tractatur, & pater, & filius vna persona censentur. j. de hære. insti. l. fin. glo. autem in l. pen. potest dici, quòd non est vera. vt ibi notat Cyn. quod tamen ibi examinabo, quid igitur dicemus? puto dicendum, quòd si probantur ista, videlicet actorem usum fuisse via, uel itinere ex causa seruitutis competentis, vel debitæ ex causa in libello allegata, & dominum prædij sciuisse, & passum fuisse, quòd diu ex illa causa, & iure illo sic vsus fuerit, tunc gloss. nostræ dicunt verum, quia ex tali patientia sic qualificata, vel circunstantionata inducitur, seu colligitur consensus ipsius patientis in ipso iure seruitutis, & talis consensus in patiendo in ipsis corporalibus. vt ff. de acquir. rer. domi. l. seruus. §. incorporales. & d. l. quoties, & isto casu cessant rationes Iacob. de Rauen. nec etiam obst. Iacob. But. quia locum habent illæ leges, quando volo niti, & iuuari ex sola præscriptione, ut dicit gloss. in d. l. seruitutes Vbi autem ista non probantur, procedit alia opin. cum rationibus suis, & hæc diuersitas probatur per ea, quæ in præcedenti quæstione dixi, alia tangit glo. in d. l, cum de in rem verso, & Cy. hic, quæ omitto alibi pertractanda, vbi melius cadent.

LEX XXIX.

1 *Priuilegio fori, an possit renunciari. & nu. 3.*
2 *Renunciare iuri pro se introducto vnicuique licet.*
4 *Renunciare iuri naturæ, vel sanguinis nemo potest.*
5 *Arbitrator partem in modicè lædens an litem suam faciat.*
6 *Sententia interlocutoria, qua iudex se non iudicem esse pronunciat, vim diffinitiuæ obtinet.*

a **Si quis in conscribendo.** a Primo dubium, vel quæstionem ponit. Secũdo, illud soluit. Tertio, duplicem rationem solutionis ponit. Quarto, inferendo obseruantiam huius legis mandat, & contrafacientes punit. Secunda ibi, sancimus. Tertia enim. Quarta ibi, omnes itaque. Casus. Priuilegio fori à principe, vel lege inducto potest etiam in contractu renunciari, & arbiter, vel iudex, qui admittit exceptionem declinatoriam non
1 admittendam, facit litem suam. hoc dicit. † Not. quòd confessus non vti aliquo videtur renunciare illi. Secundo, quòd priuilegio dignitatis renunciatur: Tertio, quòd non licèt contra propriam promissionem venire, & sic alios decipere. Quarto quod vbi ratio non est diuersa idem ius debet statui, concordantiæ sunt in
2 gloss. † Quinto no. regulam generalem, quòd unicuique licèt renunciare iuri pro se introducto. concordant ll. alleg. in glo. Sextò, quòd excepto, quæ non potest opponi coram delegato, non opponitur etiam coram arbitro, collige, quòd eodem tempore, quo possunt opponi coram delegato, possunt coram arbitro, & nõ alio. Septimo not, quòd vltimo dixi in summario. Opp. quòd hæc renunciatio idem operetur, si in instrumento, vel scriptura non sit redacta. vt §. eod. l. pactum. cuius contrarium hic videtur innuere. arg. l. cùm prætor. ff. de iudi. Solu. confitendo, ut in prima gloss. & quòd hic de instrumento dicitur, accidentiam facit not. Opp. quòd milites priuilegium hoc non habeant. Et sic renunciatio non sit necessaria. vt in sta, vbi senatores, vel clarissi. l. j. Solu. quòd illud in delicto enormi, in quo reatus omnem honorem excludit, hic in ciuili causa, & militari, in qua habet priuilegium, nisi ei renunciet, de quo plenius in l. magisteriæ. in glo. 2. allegata. Oppo. 3. quòd sacerdotium sit dignitas, vt supra. de episcop. & cler. l. presbyter. & l. sacrosanct. cuius contrarium hic videtur innuere, propter diffinctiuam inter eam positam. solu. quòd vnum genus alterum species eatenus alternantur. vt
subsidium non gerentes, vt l. tutores qui §. in eum. Aut ex diuisione quam fecerunt, & tunc pro gestis ab vno non conueniatur alter, nisi in subsidium, vt in hac glos. & rationibus supra positis. Et cum hac glo. concordat alia ff. de tut. & ra. distra. l. j. §. nunc tractemus, & hoc quantum ad gesta. Quãtum vero ad neglecta, distinguitur. Aut sunt connexa gestis ita, quòd separari non possunt. tunc de eis idem iudicamus, quod de gestis, sed vbi non sint eis sic connexa, tunc omnes pariter de illis tenentur, vt l. tres tutores §. in eum 2. respon. & ibi no. electo igitur gerente, & transactione facta cum eo, liberatur non gerens, vt in glo. Et est ratio, quia non gerenti non potest actio cedi contra gerentem, obstante transactione. Sed quid econtra, si prius egit contra non gerentem, nec ille eum repulit, sed transegit, dic, quòd transactio illa non præiudicat, quominus exigere possit residuum, quod non recepit a gerente, vt hic in 3. casu. Et est ratio, quia gerens non habet beneficium ordinis, nec cessionis, pro recepto vero tenetur soluenti cedere actionem, licèt & sine cessione habeat vtilem, vt ff. de tut. & ra. distra. l. j. §. nunc tractemus. nec est cessio superuacua, & inutilis, quia per eam transfertur exercitium directarum, & impossibile est obstare exceptionem in vna, & non in alia, vt not. in l. quoties §. j. ff. de admi. tut. Reuertor ad glo. quæro de tertio, & quarto casu, quando nullus gessit, vel omnes dolosè, & si minus fideliter. Et respondeo, vt in glos. quòd quilibet tenetur in solidum ipso iure: sed tunc dubium, an habeant beneficium diuisionis, vel cessionis, quantum ad beneficii cessionis nemo dubitat, quod non, propter eorum dolum, vt ff. de admin. tut. l. si plures, sed de beneficio dubitatum fuit, & tenuit Azo quòd non, Hug. contra, & opi. Hug. approbat hic glos. f. in l. §. nunc tractemus. vers. planè ff. de tute. & ra. distra. & ita communiter tenent doct. & dicunt esse casum in l. si plures ff. de admin. tut. licèt Azo nitatur ei respondere, vt ibi notatur. Sed attende, quia pro opi. Azo. videtur casus in l. nam magistratus ff. de magistr. conue. nisi dicas aliud in magistratibus, arg. ff. de admin. tut. l. Lucius §. j. in fi. licèt glo. ibi repugnare videtur, vel nisi dicas, quòd electio in l. magistratus cum dolosos competit pupillo, vt ibi dicit litera. sed electo beneficium diuisionis detur, vt d. l. si plures, quod non videtur
6 de mente illius tex. in fi. or cogitabitis. † Sed tunc quæro, cur beneficium diuisionis competat, & non cessionis istis dolosis. Respondet Iaco. But. & doct. quia beneficium diuisionis est mera defensio, & executionem trahit secum excipiendo, sed beneficium cessionis tendit ad alium impugnandum, & actionem consequendum. Sed constat, quòd lex magis fauet in defensionibus, quàm actionibus, vt ff. de in ius vo. l. libertus, & de regu. iur. l. fauorabiliores. Potest addi, & alia ratio, quia si diuisionis beneficium non concederetur, tum tutoris dolosi remaneret delictum impunitum, contra l. ita vulneratus ff. ad l. Aqui. & est
7 expedita glo. vsque ad versi. his ergo casibus. † Quæro igitur a modo, in quo transigens sibi præiudicet contra tertium in casibus prædictis. Et respon. gl. quòd in proximis duobus casibus, quando vterque tenetur insolidum, non præiudicat sibi, nisi in recepto, & est ratio: quia illi tertio postea conuento in residuo non debet cedi actio, & sic de ea non poterit obijcere. In alijs autem casibus dic, vt sequitur in glo. sed supr. latius scripsi, ideo non insisto. & est expedita glo. vsque ad vers. iterum not. Quæro tunc, dixi, quòd ubi potuit opponi beneficium cessionis, q̃ solutione solidi facta datur actio neg. gest. vtilis sine cessione, vt
8 in §. nunc tractemus. † Sed cur aliud in fideiussore, qui contra fideiussorem nullam habet actionem, vt ff. de fideiuss. l. vt fideiussor. Solut. annectendo tres rationes sequitur in glo. vsque ad fin. Prima est, quia fideiussor habet rem obligatum mandati per hanc solutionem, sed reus nullum. Hanc reprobant quidam nam illa actio mandati est forte inanis, si reus non est soluendo, sed ab hoc defenditur, quia sibi imputet, qui potuit non intercedere, vel post intercessionem agere, cum reus cœpit bona dilapidare: vt ff. mand. l. Lucius, & si tunc est soluendo, non est verisimile, quòd postea desinat, vt infra. arb. tut. l. si defunctus, secundum Ric. Sed adhuc defensio non uidetur generalis, quia pone, quòd pro pupillo fideiussit, contra quem regressum non habet: vt ff. de fideiuss. l. Marcellus. Secunda ratio reprobatur primo, quia non habet regressum contra alium, vt d. l. vt fideiussor, & ibi no. similiter dico rei stipulandi tenentur actione stricti iuris, & tamen qui soluit solidum recurrit contra alium, vt insi. de duo. reis l. j. Tertia est ratio, quia lex magis subuenit his, qui obligantur ex necessitate, vt sunt tutores, quàm his, qui obligant se ex uoluntate, vt nota. ff. de procu. l. procurator pro euictione. Sed eam reprobant Iaco. de Raue. Pe. & Cyn. quia duo rei promittendi se obligant ex uoluntate, non ex necessitate, & tamen inter se agunt, vt infra, de duobus reis l. j, sed defendit dominus meus, quia non sine necessitate saltem causatiua puta rei familiaris, uel habendæ pecuniæ causa, arg. ff. de procu. l. fertum quoque, §. fi. in fi. cum fi. Quarta ratio ponitur per glo. in l. ex facto ff. de neg. gest. videlicet, quòd tutor soluens liberat contutorem officio gestionis: fideiussor confideiussorem natu-

ra obligationis, & hæc melior, quam declara, quia fideiussor agit principaliter liberare reum, qui propter eius obligationem solvit, quo liberato ex consequentia quadam prouenienre ex natura obligationis, liberatur fideiussor siue obligationi accedens, vt ff. de pac. l. hæredi §. fin. cum l. se. & sic per medium liberantur fideiussores, sed contutor soluendo agit principaliter se & contutores liberare. nec est dare aliquod medium, per q̃ liberatio transeat ad illos. constat autẽ, q̃ id, quod principaliter agitur, & quod non consecutiuè prouenit, debet attendi, vt ff. ad l. Rho. de Iac. l. nauis aduersa. & ne quid in loc. pub. l. 2. §. idem Labeo.

LEX II.

1 *Transactio ualidatur timore litis uel motæ, uel mouendæ.*
2 *Transigens quare actor propriè dicatur.*
3 *Transactio nulla dicitur, ubi lis nisi de facto non habetur.*
4 *Pecunia recte cauta non dicitur, ubi lis tantum de facto habetur.*

Cum te. Primo decisio quæstionis in priuato. Secundo extensio in fisco. secunda ibi, ex qua. prima pars licet sub vno contextu continet sub se quatuor videlicet thema ex quo quæstio. Item rationem dubitandi & rationem
1 decidendi & quæstionis decisionem. Casus. Timor † litis [a] vel
2 motæ, vel mouendæ etiam de facto & non de iure est sufficiẽs causa transactionis validandæ, ideo ex cautione interposita datur, & actio, & soluti inhibetur repetitio. h. d. Not. quòd iustitia, vel iniustitia causæ non attenditur in transactione. Secũdo, quòd idem iuris in fisco, quod in priuato. Tertio no. singula,
2 quæ habes in summario. † Oppo. sic secundum do. Rich. transigens propriè est actor: quia ab actione transigens, & ille debet recipere non dare, vel cauere, vt infr. eod. l. cum mota. sed hic dicitur, quòd ipse cauit se daturum, ergo male. Solu. vt in j. glos. & 2. quòd proprie transigens est actor, & tunc respondeo, quòd hic cauit de certa pecunia danda vt totam hæreditatem consequeretur, vel dic quòd reus cauit, & tũc impropriè ponatur verbum transegisse, & sic dicatur transegisse ab actione passiua: actor ab actiua: sed quia actio est vnius propriè & non alterius,
3 ideo vnus transegit propriè, alter impropriè. † Oppo. 2. quòd si lis hic non fuit, nisi de facto, non ualeat transactio. primo quia non est de re dubia, & lite incerta, vt ff. eod. l. j. Secundo, quia euidens est calumnia, ergo & c. vt ff. de condi. inde. l. in summa, in princ. Solu. in glo. 3. & latius scilicet, quòd hic poterat esse lis de facto & bona fide, vel si non bona fide, non erat euidens calumnia,

ADDITIO.

a Timor litis. Adde, quòd sicut idem operatur timor litis futuræ, ac si de præsenti esset lis. idem in simili operari uiderur timor guerræ, ac si guerra esset, quantum ad remissionem, quæ debet fieri ex pacto gabellarijs seu datiarijs propter guerram, secundum Pet. de Anch. in consil. 87. quod incipit, præmissa facti serie considerata, quem sequitur dom. Alex. in l. diuortio. in princip. in 4. colum. ff. solut. matr. idem similiter operatur timor & suspicio fugæ, ac si debitor esset in actu fugiendi, ut possit propria autoritate capi. glo. in l. quæsitum ff. de pign. & per eum. Sal. in l. pen. per glos. ibi infra, de pig. act. Bald. in l. si quis in tantam, in 6. colum. infra, unde vi. & in l. generali infra, de decu. lib. x. quòd illis de hic vltimo dubitet Ange. in l. Aristo. ff. de iu. deli. & in l. nemo carcerem infra, de exact tribus lib. x. item adde, quòd similiter sufficit timor armorum l. 3. §. armis deiectum, & ibi Barto. & Angel. ff. de vi & ui ar. Bart. in c. cum dilectus, in ult. colum. ubi limitat de ordin. cog. adeo quod ille, qui stat cum alio armatus, dicitur ei ferre opem in delicto, quamuis non faciat aliquem actum secũdum Inno. c. in c. continentiam, de cle. percusso. refert & reputat tenendum mẽti Bald. in l. raptores, in pen. no. infra, de ser. fugi. & in l. ob. hæc uerba infr. de infa. & in l. 1. §. sed in eo. ff. ad sil. & in l. data opera. in 12. col. qui accu. non pos. Ludo. Rom. in consi. 107. quod incip. ex præmissa statuti particula, immo plus tenet Bald. in l. non ideo minus, in ulti. colum. infra, de accu. quòd licèt quis sit in loco remoto & longinquo a loco, in quo facio homicidium, tamen si propter eum ego reddor audacior & offensus timidior, dicitur præstare auxilium homicidio, immo no. plus Ang. in d. l. 2. §. armis, ubi pondérat glo. 1. quam dicit esse diligentissimè notandã pro dicta regula, quod sufficit timor armorũ, & procedit etiam, si ille, qui armatus accessit, arma deposuit, unde ille, qui surgit contra aliquem, licèt arma deponat, antequam aliquid faciat, tamen illud, quod facit dicitur armis fecisse, sequitur do. Alex. consi. 476. quod incipit quoniam per excellentissimum. Item adde singuliter, quòd paria sunt aliquid fieri coactè vel timore coactionis l. nouissimè, in princ. in uerbo, metu, ff. quod falsf. tut. auto. ubi Bald. ad hoc not. & dicit, quòd alibi non ita benè reperitur & pro hoc infert, quod idem est confiteri metu & formidine tormentorum, ac si confiteretur in tormentis. infert etiam ad alia nota. de quibus ibi per eum, & Dy. in d. l. nouissime. not. ex illo text. quòd suspicio tormentorum idem operatur, quòd ipsorum illatio. idem dicit Bald. in l. interposita, in fi. infra eodem tit. & in c. 1. §. sacramenta, de pa. iur. fir. in vsi. feu. & in c. fi. ad fi. de appe. facit, quod tenet Io. in regula. bona fides, in princip. de regu. iur. in 6. quod, qui soluit nulla coactione adhibita, sciens se posse cogi, dicitur inuitus soluisse & idem Io. And. in c. præterea. 2. de iur. pa. no. ex illo text. in uer. extorquentes, quod dicitur ab inuito extorqueri illud, q̃ quis ultro solut petenti, sed solito extorquere, sequitur Io. de Ana. in ca. 2. in 13. col. de deli. pue.

lumnia, vel si erat euidens, erat in reo & non in actore. Et ratio diuersitatis: quia fauorabiliores sunt rei, quàm actores, vt l. fauorabiliores ff. de regulis iuris, & exceptiones quam actiones l. si in area ff. de conditio. & indemon. Item quia vbi in actore est euidens calumnia, deficit subiectum & materia, sine qua transactio esse non potest, sicut nec res alia, vt ff. de verborum obligatio. l. inter stipulantem §. sacrã. quia deficit actio, quæ nulla competit secundum Richar. Contra istam solutio. extra glos. oppon. quòd dolus, & calumnia in actore non vitiet transactionem: sed debeat agi ex dolo vel excipi: vt infra eadem l. actione, & l. sub prætextu. solu. ibi de dolo proximo dante causam transactioni, hæc de dolo remoto in calumniosè agendo commisso. tunc fortius instio. quòd idem sit in reo, quod in actore, nam si reus desistit per calumniam, turpiter recipit, quod habuit, cum gratis desistere debuit & petita soluere ff. de condit. ob turp. causam l. fina. & sic opi. Ful. vera. solut. vt dicam infra

4 eodem l. sub prætextu. la. 2. † Oppo. ad tex. quod pecunia non sit rectè cauta, ex quo quæstio erat tantum de facto, & non de iure: argu. ff. depositi. l. quod Neruaiin fin. & pro socio. l. 3. in fin. & solut. quod illud uerum, quantum ad iustitiam vel iniustitiã causæ, sed respectu conuentionis, & transactionis factæ dicitur rectè cauta, si fiat spontè & naturali causa, quia timore litis iam motæ vel moueri speratæ, vt in 4. gloss. Oppon. quod ex transactione facta cum sorore nil debeatur fisco ff. de pac. l. si vnus §. in summa, & supra l. proxi. & infra res inter alios acta. Solut. ut in quinta glo. Quæro, si non est solutum, qua actione petatur. Respondeo vt in glo. fin.

LEX III.

1 *Iudex in negantem vel excipientem generaliter officio suo fungetur.*
2 *Agere an quis possit inuitus.*
3 *Relictum quo iure solui iubeatur.*
4 *Transigens quando contra transactionem venire possit.*

Age cum Geminiano. Primo consuluit in genere. Secundo ei factum ponit in specie. Tertio rationem annectit. secunda ibi: & si apud. tertia ibi: quia non. Et notandum, quòd duobus modis legitur hæc lex. vno modo, si petitio fuerit specialis, sicut & transactio: vt not. super uerbo nominati: & hæc lectura non habet dubium. Alio modo, quòd petitio fuit generalis, sed transactio specialis. & hæc melior, vt magis dubitabilis, secundum utranque, hoc dicit. specialis transactio non præiudicat vltra deducta in ea, hoc dicit, & si vis adde licèt petitio fuerit generalis, & tunc erat casus specialis ad lecturam magis veram in text. dum ibi dicit de quanta. Not. quòd non dicit pro quanta: sed de quanta. Ibi relinquam, dic ab ea, de

1 qua, non pro qua transactum est. † Not. vltra ea, quæ habes in summario, quòd contra generaliter excipientem vel negantem iudex potest officium exercerẽ: vt declaret, an neget, vel accipiat de toto vel eius parte. Item quòd excipiens de transactione non videtur fateri debitum. Item quòd vbi petitur plus debito; iudex condemnat in parte probata & absoluit a residuo. Oppo. quòd malè dicat (age) cum nemo audiatur sine actione: vt ff. de nego. gest. l. si pupilli §. videamus. Solu. supplen-

2 do text. vt in gloss. in princip. † Oppon. quòd malè dicat (age) quod est imperatiui modi & sic necessitatem importat, sed nemo inuitus cogitur agere: vt infra, vt nemo inuitus &c. solut. vt sequitur in ead. gloss. Et est ratio, quia uerba hæc diriguntur ad eum, cuius commodum respiciunt. ideo consulunt & permittunt, vt ff. man. l. 3. §. fi. Oppo. quòd ratio, quam tex. hic ponit, dum dicit, quoniam transactio & Aquiliana stipulatio &c. potius faciat contra Geminianum ipsum allegantem. Cum Aquiliana stipulatio obliget & non liberet: vt l. cum Aquiliana ff. eodem. solu. supplendo text. scilicet & acceptilatione sequuta ut in glo. Oppo. quòd iudicia hoc est sententiæ, & actiones descendentes ex eis, vt est actio in factum, non sint bonæ fidei, vt patet in §. actionum. Institu. de act. Solu. vt in princ. alterius glo. quia aliter hic sumitur iudicium, videlicet pro actione nego. gest. de qua supra dixerat. sumitur enim iudicium pro discretione, pro sententia, pro instantia, & pro actione, vt no. in §. præterea. Instit. qui non est permissa. Oppon. quòd iudex non suppleat, de facto. vt infra, ut quæ desunt aduo. partium l. vnica. Solut. ut in ea gloss. scilicet quòd hoc erat deductum in iudicio &c. nec valet replicare, quòd tunc iste tex. non induceret aliquã specialitatem in bonæfidei iudicijs; quia respon. vt sequitur in ea. glos. usque ad fin. Oppo. quòd iudex non debeat quærere de quanta pecunia &c. cum administratio tutoris non consistat in pecunia tantum: sed in omnibus eius bonis, ut ff. de admin. tut. per totum. Solu. vt in seq. videlicet, quòd hic pecunia sumatur

3 latissimè pro omni re vel specie, vt l. 2. ff. de constit. pec. † Quæro quo iure vel ordine iudex iubeat relictum solui. respon. glo. quidam dixerunt opposita replicatione contra exceptionem transactionis, ut l. licèt ff. de iudi. quod glo. reprobat. Ad l. licet respon. qualiud in iudicijs, sed hic attẽde circa duo. primo circa reprobationem, nam glo. dicit uerum circa replicationẽ iuris, quia cum transactio fuerit spãlis, ipso iure non nocet in nõ deductis in ea. Sed respectu replicationis intentionis vel pacti illi potuerunt dicere veritatem, vt adultus quõdam replicet frustra de transactione excipienti, quia illa est spãlis, & ipso iure tibi nõ prodest in non deductis in ea. verum tamen & sine ista replicatione iudex absoluisset in pluri Geminianum, q̃ transactio induceba t, ut hic. Secundo est attendendum, q̃ glo. in responsione, quam facit ad l. licèt, vult, q̃ de sententia non rectè inferatur ad transactionem, & idem no. ff. co. l. sub prætext. specierum, quod reprobant quidam per no. in l. non minorem ff. eo. & non bene,

4 quia tunc æquiparantur, ubi ratio est eadem, non quando diuersa in eo, de quo agitur, quod declarabo in seq. distin. † Opp. igitur ultimo, q̃ contra transactionem venire non possit: ut ff. eo. l. sub ptex. sol. distinguendo quatuor casus, ut in ea. glo. vsq; ad fi. sed hic attende, q̃ vbi petitio est specialis & transactio genera-

2 lis, dicit glo. q̃, generalis transactio restringitur ad petita tantũ per l. si de certa. Quod Iac. But. fatebatur ui transactionis, sed in residuo non petito valebit vi pacti de non petendo ar. l. in sulam ff. de præscri. uerb. l. quoties ff. de vsufr. & hoc fatebatur dominus meus, si est generalis mente & uerbis, secus si verbis & non mẽte, & verum dicit in casu certi, de quo constat. sed in dubio, tu habes sic dicere. Aut præscri. uer. generalibus transactionis ad petita vel sequuta remanet ratio recti sermonis salua. & tunc uerum dicit glo. & ita loquitur l. si de certa, nec est in ea specialis: quia idem in alijs generalibus liberationibus: vt ff. de sol. l. si pluribus, & ff. de pac. l. emptor §. Lucius, secundum lecturam Ioan. & infra eodem l. si quidem. Aut ratio recti sermonis non remanet salua, si restringantur uerba, generalia, & tunc verum dicit Iac. Butrig. quia restrictio tunc non est facienda ad petita tantum, vt l. pluribus ff. de accep. & ar. l. quæsitum §. primo, ff. de lega. tertio l. Aurelius §. fi. cello ff. de libe. leg. & ita debet intelligi l. post decisionem infra, de furt. Et hæc sunt bene notanda, & ex eis patet, quòd gloss. dixit uerum, quia aliud in sententia generali, quæ semper restringitur ad petita, vel prosequuta: vt infra, de iudi. l. licet, & est ratio, quia redditur in inuitum, & aliud in transactione quandoque, quia illa procedit ex spontaneo pactium consensu, & uoluntate.

ADDITIO.

a ¶ Ad petita tantum, & sic no. secundum Bald. & eun. Sal. hic, quòd limitata causa limitatum producit effectum, & hoc quotidie à uulgo allegatur, & concordat l. in agris limito. ibi Barto. & de acq. re. do. in bonis lecturis, & Soc. consi. 30. inc. prosequendo ordinem, uer. 2. probatur, in 1. parte char. 63. hinc dixit tex. in l. 2. §. corporis debilitas ff. de uacat. mun. q̃ infirmitas corporis præstat uacationem & excusationem ab his muneribus publicis, quæ corpore implenda sunt, non quæ pecunia facit tex. in l. antep. ff. ex qui. cau. maio. & tex. no. in l. cum duobus §. cum duo ff. pro socio, & in l. 1. §. eo modo. ff. nau. caupo. sta. ad idem tex. in l. fi. §. de iurisdi. omn. iud. per quem no. ibi Bal. in 3. no. & etiam antiqui Cy. & Ang. ibi, q̃ consules mercatorum, qui habẽt cognoscere de causis mercatorum, intelligitur de causis, quæ ueniunt occasione mercantiæ, secus si aliter, & idem in consulib. notariorum secundum eos, unde consuluit Lud. Ro. in consi. 30. quod incipit in casu proposito, q̃ stante statuto, quod consules artium cognoscant de causis, intelligitur de causis spectantibus ad illam artem, & non de alijs. Similiter uidemus, q̃ stante statuto, q̃ libris mercatorum adhibeatur plena fides, intelligitur, quando scribunt de spectantibus ad suam mercantiam, puta si mercator pannorum scriberet de panis traditis alicui, secus si scriberet de alio deposito, uel mutuo secundum Io. And. in addi. Specu. in ti. de instru. edi. §. nunc dicendum, in addi. mag. posita super uerbo, priuatorum, in 1. col. sequitur Ludo. Rom. in consi. 24. quod incipit pro discutienda ueritate thematis, in consi. 25. quod inc. in puncto proposito breuiter dicendum, do. Fran. de Are. in consi. 32. quod incipit consultatio præmissa, in 1. col. & in consi. 44. quod incipit in præposita consultatione uiso articulo, & d. Alex. quamuis nihil alleget de prædictis, in l. admonendi, in 28. col. ff. de iureiur.

LEX IIII.

1 *Tutor dolum triplicem committere potest.*
2 *Actione neg. gest. vtilis Aquiliana stipulatione an tollatur.*
3 *Nisi, dictio, quando affirmet, & quando neget.*
4 *Nisi dictio exceptiua an, quando, quid & qualiter ponat, & num. 5. & 6.*
7 *Actio de dolo, an detur, si in transigendo non fuit dolus.*
8 *Transactio per dolum super dolo facta an valeat.*
9 *Transigens super actione tutelæ, an transigat super dolo in præcedenti administratione commisso.*

Actione. Primo dictum. secundo exceptio. tertio exceptionis exceptio. secunda ibi, nisi de dolo. tertia ibi, nisi specialiter. Casus, Generalis transactio acceptilatione vallata actionem sic extinguit, q̃ ad eam amplius regredi non haberi non pōt, sed dolo inductus agit de dolo; nisi de illo dolo transactũ fuerit. h. d. No. quę habes in summario. Item q̃ hæc

2 hæc, prima dictio, nisi, 2 stat priuatiuè & exceptiuè, aliàs positi-

1 uè. † Pro euidentia dicendorum in gloss. magna præmitto, q̃ tutor vel curator triplicem dolum committere potest. Vnum in administrando, & de hoc nõ loquitur tex. iste, sed gl. fin. in vers. item quæritur. Secundum dolum potest committere in inducẽdo ad transactionem, & de isto loquitur hic versi. nisi de dolo. Tertium in non seruando promissa, & de isto loquitur glo. ma-

2 gna secundum Plac. † Venio ad apparatum, quem recito per q̃stiones: & omissis duabus primis glo. quæro qualiter hæc actio purè & sic neg. gest. vtilis vt hic in prima glo. fuerit in Aquiliana stipulatione deducta, & sol. vt in glo. 3. in cuius fi. adde, & ratio rationis est, quia cõtractus iuris gentium, vt magis fortis nõ patitur se a iure ciuili & minus potenti corrumpi, vel tolli, vt ff. de capi. dimi. l. cas. & Instit. de legi. agna. tu. §. fin. Nec obstat, si dicas: imo per Aquilianam stipulationem tollitur & nouatur, vt hic: quia respondeo, q̃ a iure ciuili nõ tollitur, q̃n directo ius ciuile tenditur ad oppositum sui, vt in acceptilatione. & est ratio, quia tunc resistentiam facit, sed quando tendit ad idem, & eundem effectum, puta ad obligandum, patitur tunc se tolli, velut a suo simili, & quasi proditoriè Aquiliana stipulatione se ostendente idem velle: licèt in effectu velit contrarium, Aquiliana tamen faciliter tollitur, quia in habentibus symbolum & similitudinem facilis est transitus: vt ff. de accep. l. an inutilis §. si acceptum, & probantur hęc Instituta, de accepti. §. est autem, & hęc secundum Iacob. But. sed meo videre ista non sunt necessaria, quia nec obligationes iuris ciuilis possunt accepto ferri præterquam sola verborum obligatio: vt d. §. acceptum, & Insti. quib.

3 mo. tol. obli. §. quo genere, & no. ff. eod. l. vt responsum. † Quero, an prima dictio, nisi, hic posita ponat. respondeo cum glo. quòd sic. Et est ratio, quia cum neget & priuet vniuersalem negatiuã præcedentem, sequitur per resultationem quandam ex mente, q̃ ipsa ponat negatum iuxta regulam, qui negat negatum, ponit affirmatum, vt ff. de verb. sig. l. duobus verbis negatiuis, secũdum Gul. de Cu. sed contrarium facit fortiter ff. de manu. test. l.

4 Titia §. fi. † Ad cuius cõtrarij solutionem multum laborauit Pe. & Cy. sed eorum verbis omissis, dic secundum dominũ meum, quod quatuor sunt formandæ quæstiones, videlicet, an ponat: quando ponat, quid ponat, & qualiter ponat, & loquor de qualibet dictione exceptiua. Circa primam dic, q̃ de sui natura & significatione verbi non ponit: vt hic in fi. cum fi. sed de mente loquentis ex quadam resultatione sic, vt hic in pen. q. ff. de fer. l. si feriatus, & extra, de regu. iur. c. pctũ, & per Dy. Ad secundam quando ponat dic, aut id, quod sequitur, non est de genere, vel materia prælibata & tunc ponit quod sequitur, puta si dicat, lego omnes æquos præter librum uel nisi librum, vel sine libro, quasi dicat illos simul & conuinctè: hunc separatum & per se: vt de pig. act. l. i. in fi. & de au. leg. l. Seiæ §. vxori. aut quod sequitur est de materia prælibata vel genere, & tunc aut præcedit oratio negatiua, & tunc ponit ex mente & per resultationem affirmatiuè: vt §. dixi, & ita hic in parte penul. Aut præcedit oratio affirmatiua, & tunc dictio, nisi, priuat & non ponit: vt hic in fi. & ff. de reg. iur. l. quo tutela, in princ. cum simi. Vnum addo, quod dixit Inn. in c. dudum il. 2. de electione, q̃ vbi aliàs dictio priuatiua poneret, si ex positione odium irrationabile insurgeret, quod tunc nec ex mente ponit, & ibi dicit esse casum, vt ipse ibidem notat circa finem. Ad 1. quæstionem, quando quæritur, quid ponat, dic, q̃, quando id, quod sequitur, non est de genere vel materia prælibata: tunc cum non excipiat, sed ponat, vt dixi, necessario ponit, quod exprimit: quando autem est de materia prælibata, & præcedit oratio affirmatiua, tunc non est quæstio nostra: ga excipit & non ponit, sed quando præcedit oratio negatiua: tũc ponit, q̃ negatur. ideo aduertendum, quid negatur, quia aut negatur actus vel essentia & dictio, nisi, illam ponit vt l. si feriatis ff. de fer. Aut negatur solum actus, facultas, vel potentia, & tunc dictio, nisi, illam ponit, vt ff. de regu. iur. l. quo tutela §. i. & ita debet intelligi l. Titia, in fi. de manu. te. & hic soluitur quæstio, de qua remittit hæc glo. de qua est casus ff. de act. empt. l. si sterilis §. si tibi. ver. si ita. Aut de prædictis est dubium, quid negetur, & tunc si oratio negatiua est per uerba futuri temporis: tunc videtur esse negata & posita solum potentia & facultas, vt d. l. si sterilis, si per verba præsentis temporis vel præteriti, tunc videtur

5 negatus & positus actus & essentia vt hic. † Ad 4. quæstionem qualiter ponat. dic aut in ultimis uoluntatibus, & ponit conditionaliter & suspensiuè, ut ff. de condi. & demon. l. quibus diebus §. 2. & l. aliquando, in fi. Aut in contractibus, & tunc adiecta ab initio & rei fiendæ ponit conditionaliter & suspensiuè, adiecta ex postfacto, & sic rei iam factæ ponit resolutiuum, vt ff. de in diem adiect. l. 2. & ibi glo. Aut in sententijs, vt excommunico te, nisi sic feceris, videtur gloss. sentire, quòd ponat resolutiuè tantum, vt ff. de actio. & oblig. l. obligationum fere §. conditio. Gul. uero de Cu. dicit, q̃ ponat conditionaliter & suspensiue: quia sententia æquiparatur testamento, vt ff. de testa. l. i. sed in testamentis ponit suspensiue, vt dixi, ergo &c. & quod æquiparetur ultimæ uoluntati, probat etiam: quia ab vnius uoluntate pendet, sicut testamentum. Ia. Bu. fatetur, q̃ ab vnius uoluntate regulata, s̃m iura pendet, sed sententiarum regulata probatio non est, vt sub conditione feratur. ff. de interdi. & rele. l. relegatorum §. ad tempus, & quando appel. sit. l. 2. §. biduum, & sic vẽstare cum gloss. Dominus meus dicebat, q̃ in sententia interlocutoria procedit opi. Gul. quasi illa sit magis comminatio, q̃ sententia, ut ff. comminationes, vel epistolæ l. i. & interlocutio. In diffinitiua autem procedit alia opinio, hoc no. pro præceptis, q̃ quotidie faciunt iudices, ut quis tale quid faciat, nisi senserit se grauatum, quo casu compareat coram eo tertia die ostensurus de grauamine. nam tunc præceptum est conditionale & resoluitur dictio, nisi, si non, vt no. ff. si quis eau. l. eum qui §. qui iniuriarum, & inquit Innoc. quod recomparente resoluatur præceptum in simplicem citationem, vt per eum no. in c. fina. de co-

6 ha. cle. & mu. † Reuertor ad gloss. & quæro pro quo dolo detur hic actio de dolo, cũ triplex poterit intertenire dolus, vt in euidentialib. dixi. respondet gl. pro dolo in transigendo cõmisso, vt quia ad transigendum, uel ad sic transigendum fuit inductus, ut ff. eod. l. sub prætextu. secundo responso. Et est ratio: quia primitiua non competit, quia per acceptilationem est sublata, nec cõdictio ob causam ex pœnitentia: quia illa cessat in transactione odium litium, ut ff. eod. l. si maiori, & l. si pro fundo, & clare, in l. quamuis, ergo de dolo in transigendo commisso dari debet de dolo: quia pro illo dolo alia non competit, & hoc indubitanter

7 verum. † Sed tunc quæro, si in transigendo non fuit dolus: an ex eo, q̃ curatores non implent conuenta, & sic de præsenti videt dolum committere, detur actio de dolo. Plac. q̃ sic, quasi alia actio non sit, & allegabat forte id, quod no. Instit. de dona. §. fin. autem dolus, sed gl. contra per tex. in l. secũda §. si quis ff. de dolo. secundo, quia curatores isti alia actione possunt conueniri, vi delicet condictio, ob causam, vt aduersarij reponerẽt in priorẽ obligationem, si debitum a quo fuerant liberati, non erat liquidum. ut l. si quis accepto ff. de condi. ob cau. uel agerent actio. p̃scrip. ver. vt implerẽtur conuenta, si erant, & liquidam, quasi remittere per acceptilationem fuerit dare, ut l. si mulier ff. eo. tit. & ff. qui po. in pig. ha. l. si debitor, & de condi. & demonst. l. Iulianus, & sic resultat ꝯctus do, vt des. ex quo datur præscriptis verbis, vt ff. de præscrip. verb. l. naturalis §. at cum do. nõ ergo datur de dolo, quæ cum alia concurrit, ff. de dolo l. secũda, & hoc vult gloss. vsque ad ver. sed si velis, ibi gloss. nititur Pla. defendere ex eo, quia pro hoc dolo alia non datur: quia non cõdictio ob causam: quia illa datur ei, qui plene impleuit, ita quod aduersarius tũc dolo facit ex sui parte non implens, ut l. eleganter, §. pen. ff. de

ADDITIO.

a Dictio, nisi, adde do. Soc. consi. 115. inci. præstantissime doctor. uer. tertiam, unde ibi, nam dicitur ibi in 2. parte q̃ dictio, nisi, est exceptiua, tamen ex quo hic est bis posita, prima ponit, & affirmat, secunda priuat seu negat, & dic ut per Bart. & alios ac plenius Bar. in l. si eum §. qui iniuriarum ff. si quis cau. & tene. q̃ dictio, nisi, cum sit exceptiua, necessario significat oppositum antecedentis, cum immediate aduersatur, unde, si præcedat oratio negatiua, dictio, nisi, ponit & affirmat: si uero e contra præcedit oratio affirmatiua, dictio, nisi, negat & priuat. adde tex. in l. extraneo ff. de uen. in pos. mit. & in l. 3. ff. de cust. reo. & in c. cum accessissent, in fi. de constit. Et no. ad actum practicum unum, ex quo potes magnum honorem reportare, quod sing. ponit Bal. in d. c. cum accessissent, in 5. colum. quod si ego actor facio tibi positionem, q̃ debes mihi centũ ex causa mutui & tu reus respondendo positioni dicas, nego uel non confiteor, nisi probetur, illa dictio, nisi, ponit: & ideo si probo per testes, aderit geminata probatio, s̃. per testes & per confessionem tuam, ex hoc ergo sequitur effectus q̃ si feratur sententia contra te, non poteris appellare, quia confessus in iudicio non appellat, l. 2. & l. abstinendum ff. quorum ap. non reci. & dicit Bald. quẽ aduocati imperiti nesciunt aduertere, quid sit hoc dictum, nego, nisi probetur, & teneas benè cordi, Item ad prædictam doctrinam, adde facere, q̃n per ista uerba, nolo aliquam in uxorem ducere, nisi te, certè isto casu dicor te in uxorem accipere, secundum Spec. in tit. de spon. §. j. ner. j. do. Anto. de But & Pan. in c. ex parte de sponf. ubi fortius tenet Pan. quod si dico, non habeo aliam in uxorem nisi te, ista uerba important matrimonium de præsenti, licèt sint uerba futuri temporis importantia habitum, & non actũ. Contra prædictam doctrinam, quod quando præcedit oratio negatiua, q̃ dictio, nisi, non affirmet, nec ponat, facit tex. in regula, non remittitur peccatum, de reg. iur. secundo fortius obstat fortiter tex. in l. diuus, in princ. cum glo. ff. de petit. hære. propterea. glo. ibi declarando tex. exponit, nisi, pro, sed. sequitur Rich. Malum. & Alb. in d. l. si eum §. qui iniuriam, in pen. col. uide Bar. in d. l. diuus, qui aliter latè respondet, sed non ex toto satisfacit. Quot autem modis ponatur in iure ista dictio, nisi, habes ultra Sal. hic per Bal. & latius per Alb. in d. §. qui iniuriarum, quorum dictis adde, quod dictio, nisi, aliquando exponitur pro fine, gl. in l. fancimus, in princip. ff. de don. & illam glo. ponderat ibi Rapha. Fulg. facere ad illud, in quo dicit se consuluisse, dum esset controuersia inter regem Vngariẽ tunc electum Imperatorem, & Serenissimum Ducale dominium Venetorum, fecerũt compromissum in summum Pontificem, sub hac forma uerborum, ut ipse Romanus Pontifex de omnibus, & quibuscunque eorum controuersijs, nisi partium uoluntate pronunciare posset, dicit, quod super illa dictione, nisi, uarij uaria dicebant, sed quod ipse consuluit, quod ibi dictio, nisi, caperetur pro fine, & esset sensus, quod summus Pontifex posset pronuntiare de quibuscunq; controuersijs, sine partium assensu, aut uoluntate per illam gl. quam dicit sibi fecisse magnum honorem.

de condictione indi. sed hic non plenè impleuit, ergo, & cętera. minorem probat gloss. hic in versicu. vel tertio, videlicet, quia hic agebatur, vt in perpetuum desisteret, quantumcunque acceptilatio interuenisset, & ad l. si quis accepto. respōdet, quod ibi, de certi condictione loquitur, quod non placet: quia tunc non conueniret titulo. Ideo secundo dixit gloss. quòd ibi remisit debitum certum, & liquidum, hic incertum, & per hunc modum vult etiam dicere, quod ibi daretur prescrip. verb. quia remissio certi, & liquidi debiti est datio, non remissio incerti. sed hoc nō valet: quia condictio ob causam non cessat, vt reponat in priorē obligationem, vbi debitum, non est liquidum, & de hoc est casus, in d. l. si quis accepto. & sic ei, non est responsum. praterea quod gloss. dicit, quòd hic non plenè impleuit, quasi actū &c. est diuinare. Et esto, quòd sic actum esset, tamen condictio ob causam: non debet deficere, cum plenius, & perfectius non potuerit de iure implere, licet de facto sine actione inquietare posset, quod etiam quiliber alius posset, vnde quod impleuit, condicere posset. Quapropter fortè gl. in ver. vel hic. dicit, ꝙ quandoque fit remissio ex causa transactionis de re, quæ est in controuersia, & lite, & habet locum opi. Plac. Quandoque fit remissio simplex de eo, quod non est in lite: & tunc habent locum rationes contra Pla. inductæ, hanc videtur tenetur Iac. But assignans rationem: quia primo casu dicitur remittere dubium litis euentum, & sic est facio, vt des: quia cedit liti, vt detur. at cum facta nō possunt repeti, vt ff. de condict. indeb. l. si non fortem §. libertus, & de cap. l. in bello §. factæ. non datur cōdictio ob causam, nec præscrip. ver. vt impleantur conuenta, sed de dolo ex contractus natura: vt ff. de præscrip. verbis l. naturalis §. quod si faciam. Secundo vero casu remittere liquidum est dare, & sic incidit in contractum do, vt des. Ista defensio placuit Barto. quia quando factum est tale, quod ex eo abest patienti, & adest aduersario, tunc præscrip. verb. actio competit impleuti, & non recurritur ad actionem de dolo, vt. l. solent. ff. de præscrip. verbis, secus si aduersario nihil adest, vt manumittere seruum, in d. §. quod si faciam. & ideo: solum defendit Pla. in casu, in quo actū fuit, vt perpetuo desisteret: vt §. dixit gloss. sed attende, nam secundum Theoricam Pe. & Cy. in l. cum proponas j. de dolo. Ia. But. dicit verum, inquiunt enim, quod quando ex facto adest aduersario, quòd actio præscript. verbis competit, vt impleantur conuenta. & de hoc est gloss. j. ead. l. cum mota, in fin. vltimæ gloss. sed si non vult agere, vt impleantur, sed vt repetantur facta, tunc agitur de dolo, si est tale quid, quod repeti non possit. Quæro cum gl. quæ sunt tempora actioni de dolo concessa. respondeo, vt in ead. † Quero circa vltimam partem, quid si de dolo transigitur per dolum, dicit glo. quòd valet, ne in infinitum abeatur. ex illa ratione collige, quod glo. vult quod ualeat in effectu: vt sic amplius de dolo non possit quæri, quod non est verum, nec communiter tenetur: nec etiam hoc tenet glo. j. de
9 plus peti. l. vna. † Vltimo quæro, an transigens super actione tutelæ, vel curæ videatur transegisse super dolo in præambula administratione commisso, arguit glo. quod non, & postea determinat, quod sic, vsque ad fi. & quia gl. non est benè clara, dic, quod si liberatio est legata in vltima voluntate, non videtur dolum remisisse. & est ratio, quia legata vt plurimum fiunt propter meritum, sed non meretur, qui dolum committit: vt ff. pro soc. l. nec adiecit. Item legatum generale quo ad personas non comprehēdit personas demeritas seu testatori odibiles, vt l. Lucius. la. 2. §. Lucius Titius, de lega. 2. Item legatum a uoluntate vnius pendet plerunque mortis cogitatione turbati: vt j. de testa. l. hac consultissima §. at cum humana. an tamen sit differentia, legetur liberatio, vel dicatur, remitto ei actionem, dicam j. de fideicom. l. cum necessitatem, in contractu vero liberatione facta, statur verbis generalibus, quæ implicitè remissionem doli includunt j. eod. l. sub prętextu instrumenti, & ff. de pact. l. emptor §. Lucius, nisi de errore vel ignorantia remittentis doceretur: vt l. tres fratres, in eod. titu. & no. in l. Pomponius ff. de nego. gesto. nec in contractibus maximè ex causa onerosa attenditur meritum, vel demeritum, nec contrahentes possunt dici mortis cogitatione turbati, & sic cessant rationes, quæ in ultima uoluntate locum habent secundum Richar.

LEX V.

1 *Confessio probat etiam sine scriptura.*

Cum te. Primo dictū. secūdo remouet dubium. secunda ibi. licēt. Casus. Confessio probat & defe-
1 ctus scripturę transactionem non uitiat. h. d. † No. quod cōfessio probat, vt instrumentum publicum. Secundo quod de essentia transactionis non est scriptura. Tertio, quod officium scripturæ non est inducere. sed probare, concordat j. de probat. l. cum res, & ff. depositi. l. publia. in fi. Quærit glo. quid si intercessit scriptura, sed est amissa. dicit gloss. idem: quod intellige in omnibus, in quibus scriptura non est de substantia: vt no. §. tit. j. l. pactum.

LEX VI.

1 *Conuentio dandi, ut liti cedatur, actionem, quam pariat, & quo vestiatur.*
2 *Actio præscrip. verb. non nascitur ex contractu innominato à lege impleto & non ab homine.*
3 *Querela ipso iure per pactum non tollitur, & nu. 8.*
4 *Actio sui natura non transitoria, per pactum quando fiat transitoria.*
5 *Actio directa competit, ubi concurrunt mens & verba legis.*
6 *Contractus innominati ex conuentione dignoscuntur.*
7 *Denominatio specificans contractum a principio eis innascitur: non peracidens imponitur.*
9 *Actio præscrip. verb. an natiua sit, an datiua.*
10 *Filij & hæredes matris quo casu condictione ob causam agere possunt.*
11 *Actio rem gestam iudicat: & nedum est ius, sed factum.*

Cum mota. Primo thema, ex quo quæstio vsque ibi, instaurari. Ibi secundo quęsiti solutio. vsque ibi, verum. Ibi tertio absurdi remotio usque ibi: aut. ibi quarto remoti declaratio vel probatio. vel diuide tantum in duas: quia primo soluit quæstum, secundo tollit absurdum adi-
1 ciendo remedium. secunda ibi. uerum. Casus. † Conuentio dandi, ut discedatur a lite, ipso discessu vestitur, & parit prescriptis ver. actionem, uel ex stipulatu, si interceßit. hoc dicit secundum Richar. uel sic, ubi casus mortis superueniens operatur effectū pleni uestimenti, actio præscriptis uerb. datur hæredi, licet defuncto non competierit: quia plenario non impleuerit. hoc dicit secundum lecturam Mar. Sil. & Iaco. But. Vel. magis generaliter, ut quemlibet comprehendat. Querela inofficiosi sopita non potest instaurari etiam ob non obseruantiam promissorū: sed agitur præscriptis verbis uel ex stipulatione, ut seruentur promissa. hoc dicit. Not. remissa a defuncto non instaurari per hęredes. Item ob non obseruantiam promissorum actionem extinctam non suscitari. Item non seruantem pacta vestita teneri ad interesse. Item not. actionem præscriptis uerbis dari deficienti
2 ex stipulatu agere. † Vltimo colligunt quidam, quod quando contractus innominatus impletur a lege & nō ab homine, nō nascitur actio præscriptis uerbis, sed datur a lege, sic est datiua, non natiua, quod in casu nostro non est verum, vt infra subijciam. Transeo ad gloss. & oppo. quod mota querela transmittatur ad hæredem, cuius contrarium uidetur hic dici. vnde ob. ff. de inoffic. testam. l. posthumus, cum seq. Solu. vt in prima gloss. quod illud uerum, nisi esset transactione sopita. vt hic erat. Op. 2. quod etiam non præparata transmittatur, ut infra, de inoffic. testam. in l. si quis filium. solu. ut in eadem gloss. quod illud de
a iure nouo, quod intellige ut transmittat ad liberos non adiuredes extraneos, nec curo liberi sint de suis uel non, * licet gloss. in l. si quis affirmauerit ff. de dolo, videatur differentiam facere. Item not. quod Iacobus. Butrigalius secundum Mar. sil. intelligit illam l. quando exhæredatus non potuit præparate, quia hæres scriptus nondum adiuerat, & sic interim decessit. alias si præparare potuisset, dicit quod non transmitteret, sicut nec olim. & hoc, ut legum correctio euitetur, nisi in casu expresso, ut in d. l. si quis filium, in princip. Oppo. tertio, quod transactione sopita, instauretur, vt ff. de inofficio. testam. l. si instituta, in princip. Solu. tribus modis, vt in gloss. 4. Tertia solutio nil ualet: quia quo ad matrem uiuentem de præparatione frustra tractatur. Secunda in se uera, cum conditio suspendat, & non modus: ut not. super. rubrica ff. de condit. & demonst. sed diuinat. Ex ea tamen no. quod simplex remissio intelligitur in uim modi, & non conditionis. Prima communiter tenetur, ut mater posset uiuens: ut ibi, quod non filij cuiusque hęrede, ut hic.
3 † Ex ista solutione not. quod quęrela non tollitur ipso iure per pactum, licet descendat ex iniuria patris in filium, ut ff. de inofficio. testam. l. Papinianus, in princ. cuius contrarium uideretur g l. si tibi §. quidam ff. de pac. sed speciale filiorum fauore. Sed cōtra istam solu. fortiter facit, quia si mater posset, & querela erat prępparata, quia instituta, ergo & hęredes eius debent posse, ex quo per pactum, uel transactionem sublata non fuit. ideo ista solutio quibusdam non placet. sed sequens, uel tertia sane intellecta. Vult enim tertia solutio, quod in l. si instituta, filij ibi admitterentur matre mortua: quia ibi habetur pro præparata, nec pactum

ADDITIO.

a Vel non. Adde d. Ias. May. hic qui dicit quòd solus Sali. ex glo. not. quòd di: quis filium, infra, de inoff. test. allegata in glo. habet locum non solum in filiis, qui sunt sui sed etiam in filiis, qui non sunt sui. vt patet hoc in aliqua specta matris, & quamuis Ray. & Alb. teneant contrarium & ante eos Sil. in d. l. si quis, affirmauerit allegata in tex. in glo. magna. in uerbo, hæredem. in prin. ff. de do. dicit tenendum esse cum Sali. per tex. in l. scimus. fin. uersi. ad suam posteritatem j. de inoff. test non autem transmittitur ad penitus extraneos hęredes, uel ut ibi in tex. sicut in simili quærela inofficiosæ donationis non præparata transmittitur ad liberos, sed non ad extraneos hęredes secundum Bal. in l. 1. in pen. colum. j. de inoff. do. limitatamen sing. d. l. si quis filium, ut per præfatum. d. Ias. hic, secundum Ia. But. & Iano. & per Sal. in 4. colum. quem omnino uide.

ctum habet obstare: hic non habetur pro præparata, quia pactū habet obsta. & ideo inquiunt, quod sola diuersitas est in verbis pacti, quia interdum pactum concernit instantiam causę tantū: quia est de lite. i. instantia causæ. & tunc habet locum l. institutā. Interdum est de lite. i. de actione deducta in lite, quia litis nomē actionem significat. vt ff. de ver. sign. l. litis nomine. & sic transactio. & pactum est, vt a lite discedatur, renunciando liti, & causæ. & tunc habet locum l. nostra. & ideo, ibi dicit de lite, hic, ut a lite discedatur. & pro hoc faciunt ista verba, omissam querelā. & per istum modum cessant prędicta contraria, & pro prędicta distinctione facit ff. de iud. l. destitisse. licet ista verba sint vera in se in casu certi, & in quo ista constarent. tamen ista verba, vt a lite discedatur, non implicant quod litis causæ debeat renunciari, vt d. l. si instituta. Ideo in dubio primam solu. quæ est communis, tenco. Et ad obiectum de præparatione respondeo, quod a præparatione fuit recessum propter pactum, & litem sopitam. vnde quo ad transmissionem non habetur pro præparata. ipsa tamen viuens agere potest, quia per tale pactum extincta non fuit, vt ibi & si iterato præparasset, transmitteret. secus si præparare omitteret, vt hic. & sic verbum, omissa. non intelligitur hic hic pro repudiata. & iste intellectus probatur in simili. j. de præscrip. lon. temp. l. 1. cum ibi not. quinimmo pro eo est casus in l. nam, & simi. §. primo. ff. de inoffi. testa. Ex prædictis. not. actionē sui natura non transitoriam factam transitoriam per pactum ex trinsecum factum, si illi actui sit renūciatum, actionem illam remanere in sua primæua natura, & transitoriam non esse. Cōcludamus ergo prædicta sic distinguendo. Aut transactio matris facta fuit sub conditione, & procedit secunda solutio, secundum quam conditione non impleta non impeditur trāsmissio. Aut facta fuit simpliciter, & pure, & tunc, aut processum fuit ad renūciationem actionis, vel litis. & causę, & tunc nedum non fit trāsmissio, quinimmo nec inter audietur, vt in solutione istorum modernorum. Aut simpliciter fuit renunciatum liti, & remitto ad ea, quæ scripsi §. tit. j. l. postquam liti. Aut ad nullam talem renunciationem fuit processum, sed simpliciter ex pacto a lite discessum. & tunc mater viuens audiatur, vt. l. si instituta moriens non transmittit, ut hic. & d. §. primo, nisi iterato præparauerit, cū prior præparatio euanuerit. an autem hodie hoc sit correctum per l. si quis filium. j. de inoffi. testa. tenet Bar. hic, quod sic. sed
4 Mar. Sill. & Ia. But. contra. vt dixi in secundo contrario. † Opp. 4. quod directa actio, & non utilis competat, quia cōcurrunt mēs, & verba legis, non mens sola. vt j. de interdic. l. j. & de neg. gest. l. 3. §. hæc verba. Solu. vt in glo. pe. quod hic exponitur vtilis. i. efficax ad differentiam ineficacis. alias sumitur pro ea, quæ venit ex mente tantum, ut in contrariis sumitur, & alijs modis, ut dixi in l. legem. §. de pac. Oppon. quinto, quod non præscriptis verb. sed de dolo competat, quia hæc fuit facio. vt des. i. a lite discedo, vt des partem bonorum. & sic debet dari de dolo. vt ff. de præscrip. verb. l. naturalis. §. quod si faciam. Sol. vt in gl. fi. in princip. quod immo fuit do, vt facias. licet præuentum fuerit in faciēdo, & vnde hoc colligat glossa declarat alia glo. puta secunda §. posita. † Et sic ex glo. no. quod contractus innominati cognoscun-
a tur ex conuentione * non ex implemento. Iac. de Ra. Pet. & Cy. quod ex implemento, ex eo quia denominatur ab actu facti, & de præsenti non noua conuentione dandi, vel faciendi. & inter hæc est differentia, vt no. in l. in bonæ fidei. ff. de eo, quod certo loco. Bar. verò nec ex ordine conuentionis nec ex ordine impletionis: sed ab ipso initio ex contractus natura denominatur: secū dum varietatem extremorum. vnde ex parte date debentis, ut sibi fiat, est do, ut facias. & ex parte facere debētis, vt recipiat, est, facio, ut des. sic ex parte ementis dicitur emptio. & ex parte uēdentis uenditio. & idem in locatione & conductione. Iac. uero Bu. & dominus meus sequuntur glo. & motiua ponit dominus meus. primo quia contractus ex conuentione. non ex implemēto. legem accipiunt, vt ff. depositi. l. 1. §. si cōuenerit. & initium est spectandum, vt ff. de nego. gest. l. Pomp. in negotijs, & mandati. l. si procuratorem. in principio. & j. ad Macedon. l. 3. & ordo attendendus. vt ff. de acquir. rerum do. l. j. & de vulga. & pupil. l. 2. vtitur Hermofroditum. sed in istis cōtractibus innominatis vnū rię, vt causa sic conueniendi. & illud est illud, quod est in modo
7 nominatio fieri debet a principaliter conuento. † Et ex hoc patet, quod specifica denominatio est innata a principio, non ex implemento peruento per accidēs, quicquid dixerit Pe. & Cy. vnus agere præscriptis verb. alter de dolo, cōtra l. eum qui ędes. ff. de vsuc. nec de vno possunt fieri duo. Vltimo dicit esse casum pro gl. in d. l. naturalis. quæ sic prædicta exemplificat. & mihi videtur casus contra Bartol. cui non potest responderi. ff. de pact. l. iuris gentium. §. primo. versicul. ideo puto. vbi manumittenti non datur actio de dolo, sed præscriptis verbis, quod esse deberet secundum doctrinam Barto. cum ex illo facto nihil adsit ad

uersario. Nec obstat, quod de emptione & vēditione dicit, quia ibi quælibet pars contractus est æqua & principalis. similiter & personæ contrahentes, hic secus. verificata glo. quantum ad cognitionem contractus innominati, est tamen attendendum, quod glo. hic supponit, quod si fuisset, facio vt des, daretur de dolo, quod non est verum in casu nostro, quia ex hoc facto adest aduersario, ideo præscriptis verbis datur. ut l. si solent. ff. de præscr. verb. & nota. in d. §. quod si faciam. & ita potest etiam hæc l. intelligi. Opponitur sexto, de l. cum proponas supra titulo primo, quæ obst. in duobus. primo quia fidem non seruanti fides non
b seruetur, * sed primæua intentatur. Secundo, quia ibi ex pacto transactionis nulla actio datur, hic sic præscriptis verbis. Solut. duobus modis, ut sequitur in eadem gloss. primo, quia speciale in filijs quia in uno grauantur videlicet, ut querela prępparata eis non transmittatur, &c. ista solutio non est bona ad primum modum opponendi, cum non sit fauor filiorum seruare fidem nō seruanti. nec etiam est uerum, quod post pactum querela dicatur præparata, vt dixi. similiter nec ad secundum modum opponendi, quia non tantum in filijs hoc esset, sed in quolibet extraneo matris hærede. nam in subsidium haberet præscriptis verbis actionem, ne aduersarius locupletaretur cum eius iactura. Secundo soluit, quod hic est speciale non contemplatione personarum, sed ratione querelæ, quę ipso iure extitit sublata per pactum. Ideo necessarium fuit succurri per actionem subsidiariam
8 præscriptis uerbis. † Ista solutio non est bona, quia si querela ipso iure per pactum tolleretur, mater viuens ad ipsam redire non potest, quod tamen facit, ut ff. de inofficio. testamē. l. si instituta. Item ll. allegatę in gloss. loquuntur de actionibus famosis, & penalibus ex delicto, quod non hic secundum Pet. uel si per pactū tolleretur, ut quidam uolunt, illud haberet locum, quando pactum concerneret remissionem actionis, non quando concerneret instantiam vel motionē litis. ut hic. & d. l. si instituta. Mar. de Sil. & Iacob. But. dixerunt, quod per pactum non tollitur. sed per pactum morte sequuta, sic extra eodem, quia trāsmitti non potuit præparatione defecta propter pactum, ut supra dixi. hæc solut. est multum no. quia secundum hoc erit singulare & mirabile uestimentum & robur facti scilicet mors naturalis & impossibilitas transmittendi. Dominus meus dicebat, quod non putat, hæc fore necessaria in casu huius l. nam inquit ipse per solum discessum a lite pactum rei interuentu fuit uestitum, quia de hoc solum fuit conuentionis forma, & non aliud. ut patet in princip. l. ab ipsa. igitur non debet recedi. ut infra, de iure fisc. l. certa forma. & ff. ad municip. l. constitutionibus. in fi. & ideo, & matri uiuenti præscriptis uerb. quæ nascitur ex pacto uestito, & etiam primitiua ei competit, si fides ei seruata non fuit. ut d. l. si instituta. prout elegerit, hæredes eius primæuam haberenon possunt, quia illa transmissa non fuit, sed præscriptis uerb. sic, qa illam transmisit, & secundum hoc actio ista præscriptis uer. initium habuit in uita matris secundum Iacob. But. & Mar. Sil. initium sumpsit in personam hæredum quod alias est permissum, ut j. de actio. ab hære. & contra hære. in rubro & nigro. ubi autem aliud ultra fuisset in conuentione, quam tex. iste sonat, puta quia conuenisset a lite discedere & de cætero querelam non intentare, uel mouere, habet locum solutio Mar. Sil. & Iac. But ut casiis mortis superueniens habeat uim pleni implementi propter extinctionem querelæ, quod not. quod hoc extenderet ad omnes actiones, quæ morte extinguerentur, & sic ad hæredes non essent transitoriæ. nec ei obstat, quod promittens factum uidetur nedum pro se, sed etiam pro hærede suo promittere. ut ff. de verborum obligatio. l. stipulatio ista. §. sed quatenus. & sic in casu nostro mater uideatur promisisse etiam de hæredibus. & per consequens ex casu mortis non fit plene implemētum, quia respondeo, quod istud procedit in transitorijs ad hæredes, in his uero, quæ non transeunt, sed extinguuntur, hæres nō potest dici in illis succedere, sed ut extraneus habetur, ut ff. de preca. l. quęsitum. §. fin. & ibi no. & in l. si hominem. ff. ad Turpilia. §. depositi. sicut igitur factum cuiuslibet pœnitus extranei non esset impeditiuum implementi, sic nec huiusmodi hęredis. Reuertor ad gl. in versidem, & ubicunque. Et opponitur sexto, ꝙ non prescrip. uerb. sed actio. de dolo. ut supra eodem l. actione. sol. quod ibi de dolo in trāsigendo commisso. de dolo uero cōmisso in obseruando promissa non agitur de dolo, nisi propter repetitionem facti, quod sui natura esset repetibile. ut ibi dixi. sed ad implendum conuenta agitur prescriptis uerbis. ex quo actio prima per acceptilationē fuit extincta, ut hic, & hanc solu-
tionem

ADDITIONES.

a Ex conuentione. uide omnino d. Ias. hic. in vltima col. vbi plene de hac materia habes declaratum.
b Fides non seruetur. de hoc vide etiam D. Fran. de Are. in fi. De quo vide omnino quod no. in apost. ad istum in l. cum proponas. nu. 1. vers. no. quod seruanti fidem in apost. in eo. vers. sup. titu. proxi. ubi plene examinati hunc articulum.

tionem no.quia ita tenui ibi.& ex ea habes, quod in materia no
stra paria sunt actionem ipso iure esse sublatam conuentione,
vel morte.Opp.§.quod non præscriptis verb.sed primæua actio
competat,vt ʃ.co.l.siue apud acta.Sol.vt sequitur in gloss. vsque
ad fi.videlicet,quod ibi primæua durabat, hic extincta erat. &
hæc bona, attenta Sol.Mar.Silli.& Iac.But.data §.ad l.cum pro
ponas,sed non est bona attenta solutione domini mei,qui vole-
bat,quod etiam mater viuens haberet actionem præscriptis ver.
ideo secundum eum ibi non plene impleuerat,quod conuene-
9 rat;hic sic.†Expeditus de contrarijs venio ad quæstiones.& que
ro primo,an hęc actio præscriptis verb,sit natiua, vel datiua? di-
xerunt quidam,quod est datiua, per istum tex.in fi.qui dicit dã-
da,& dicunt voluisse glo.ibi positam in princ.confirmant, quia
non est hic præexistens materia,vnde nascatur,cum contractus
facto hominis non fuerit plene impletus,ergo, &c.vt ff.de pac.
l.iuris gentium,§. 1. Alij ; quod est natiua , quia habet præexi-
stentem materiam,ex qua nascitur, vt probat iste textus , vbi rẽ
gestam demonstrat. & hoc est indubitanter verum secundum
opin.domini mei,qui dixit pactum hic fuisse plene vestitum. si-
militer est verum secundum opin.Mar.Silli. & Iac.But.qui dixe
runt per desistentiam,& casum mortis pactum fuisse vestitum,
quia non tam casus mortis,quam desistentia,& discessus a lite ,
& magis discessus, quam casus,quia casus operatur principaliter
confirmando,& perpetuando discessum.& sic discessus priuatu
s agit per prius,& potentius,igitur vt principaliter vestiens de
bet attendi, vt dicimus in alijs vestimentis pactorum , ut scripsi
in l.legem.§.tit. 1.præterea licet l.propter casum fingat plene im
pletum,actio præscriptis verb.non impeditur nasci ex conuen
tione præambula.ac si vere fuisset impleta.ff.de dolo.l.si oleum
in princ.versi.sed Pompo.nec actio ex testamento, vbi conditio
habetur pro impleta,vt no.in l.3.§.fi.ff. de conditio. ob causam.
ad hunc tex.cum glo.respondeo, quod debet intelligi secundũ
10 prædicta.†Quæro 2.an in casu nostræ legis possent matris filij,
& hæredes agere condictione ob causam , vt hæres patiatur se
reponi in priorem obligationem,& de facto contra se agi. & di
xit Pet.quod sic,nec opponet exceptionem,sicut in actione ad
exhibendum cogitur,quis exhibere, vt de facto patiatur rem a
se vendicari completa vsucapione;ac si non esset vsucapta: vt ff.
ad exhiben.l.Iulianus,§.quæsitum. contrarium tenet dominus
meus, quia sine actione non auditur quis , & querela cum non
fuerit transmissa impediente lege,non potest partium consensu
transmissibilis esse facta,nec resuscitari extincta , ut ff.de pactis.
l.si ynus.§.pactus.versi.& si pactum.& maxime, quia querela nõ
tantum hæredi præiudicaret,sed omnibus, quia quo ad omnes
ius facit, vt ff. de inoffi.testa.l.si suspecta.in prin. & sic in illorum
præiudicium non posset fieri hoc pactum. Non obst.§. quæsitũ,
quia sibi tantum fit præiudicium . Item ibi in iure reali , in quo
non est obligatio,sed tantum compulsio iudicis officio. vt insti
tuta.de actio.§. 1.& ʃ.si vnus ex pluribus hæredibus credi.vel de
11 bit.l.2.& digestis.de act.emp.l.qui per collusionem.in fi.† Vlti-
mo per istum textum,qui dixit,quod actio rem gestam demon
strat,dixerũt quidam, quod actio nõ solum est ius, sed factum ,
contra no.per Doc.in l.edita.§.de edendo,& insti.de act.in prin.
sed male,quia demonstrans non est idem cum demonstrato. ut
ʃ.de probationib.l.cum res.& ff.de hæred.insti.l.asse toto. & de
condi.insti.l.institutio talis.& sic actio est ius demonstrans rem
gestam,vt hic.& econtra factum enarratum, seu demõstratum
demonstrat actionem.ideo non est necesse, vt actio exprimatur
in libello.vt notatur in l.j.in princip.in glo.magna.iuxta fi.ff.de
eden.& dixi in l.edita.§.de eden.

LEX VII.

1 *Procurator ad agendum an transigendo præiudicet domino.*

2 **Transactionis.** Casus. † Procurator ad agẽdum.
transigendo non præiudicat do-
mino.h.d.vel procurator litis non transigit.h.d.Et est ratio,quia
a exercitationi,nõ desertioni datus est.& ex hoc patet , quod nec
compromittere potest.[a] Opp.sic qui mandat,actionem transfert
vtilem,vt ʃ.de act.& obl.l.2.de dolo.l.illam.igitur , vt cessionã-
rius potest transigere.ʃ.manda.l.in re mandata.ff.de procurato-
ribus.Sol.exponendo actionem pro actu. vt in glo.2. Oppo.de
l.procurator cui libera.& de l.iusiurandum. Solut.vt in glo.3.in
qua adde ibi,liberam , non tamẽ potest tunc de debito liquido,
vt ʃ.eod.l.præses.

ADDITIO.

a ¶Nec compromittere potest,hoc idem infert Bal.Pau.de Ca. & alij moder.
quia censetur quædam transactio,vt est glo.in Auth.vt diffe.iudi.in princ.
Bart.& alij in auth.si vero contigerint.ʃ.de iudi.facit in c.per tuas.de arbi
tris.Bart.in l.mandato generali.ff.de procu.licet Ange.ibi limitet,prout re
fert Do.Ias.hic quem vide.& limita prædicta,prout hic per eum.

LEX VIII.

1 *Autoritas prætoris si desideretur,non valet,quod sine ea geritur.*
2 *Transigi de alimentis sine prætore quando possit.*
3 *Agi potest pro alimentis futuris.*

De alimentis. De alimentis præteritis non futu-
ris in vltima voluntate relictis tran
sigitur sine prætore.h.d. & est ratio. quia ex futuris pendet vita
1 hominis,non ex præteritis.† Et not. quod vbi prætoris autoritas
2 desideratur,sine ea factum non valet.† Oppo.ext.glo. quod etiã
de futuris possit sine prętore,vt ff.eo.l.cum hi.§.plane.Sol.quod
hic de relictis in vltima uoluntate. ibi de debitis inter viuos , &
hoc operatur fauor vltimæ uoluntatis plenius exequendæ, ut
ff.de regãur.l.in testamentis.Item quia ex contractu sua prouisi
one vera vel ficta ei sunt debita.ideo facilius ei conceditur , ut
eadem prouisione remittat.arg.l.nihil tam naturale. de reg. iur.
cum simil.Nec obst.ʃ.de iure delib.l.fi.§.licentia.la j.vbi plus fa-
uetur creditoribus ex contractu, quam ex vltima uoluntate,ga
verum in exigendo & persequendo,ut ibi no. non in remittẽ
do,vel liberando ab alimentis,ut hic.Oppo.cum gl.quod etiam
cum prætore non possit.vt d.l.cum hi.§.causa.& §.modus.Solu.
quod verum sine causę cognitione,ut ibi. sed causa cognita sic.
& quid versetur in causæ cognitione,dic vt in glo. & plenius in
3 contrarijs.†Quæro,an possit agi pro futuris alimentis. dic quod
sic,vt ʃ.de fideicom.l.j.& melius.ff.de ali.leg.l.libertis.§.j.

LEX IX.

1 *Transactio conditionalis valet , & quid requiratur , vt transactio validatur .*
2 *Timens ením in possessione pati,iudicis officium imploret.*

Si super. Primo thema,in quo ponitur alternata transa
ctio,secundo taciturn quæstionis solutio. tertio
remedium contrauentionis.quarto fortificatio solutionis.secũ
da ibi,consequens.tertia ibi,cuius rei.quarta ibi, præcipue.Ca-
1 sus.Transactio† conditionalis valet , & sufficit ad transigentem
aliquid peruenire posse , vt transactio valeat & transactio pant
exceptionem contra realem actionem.h.d.Et hic tria no.cõcor
dat cum primo.ff.de pac.l.tale pactum.§.qui prouocauit.contra
secundum oppono de l.transactio.ʃ.eo.Solu.vt in glo.De tertio
2 dicetur plenius.ʃ.eo.l.siue apud acta.& l.si pro fundo. † Quarto
no.quod timens sibi vim fieri in possessione potest iudicis offi-
a cium implorare, concordat ff.de off.procu.Cesa.l.fi.& de offi.
præsi.l.illicitas.in princ.§.i.& nedum si sibi nulla competeret ex
ceptio;sed etiam si aliqua sibi competeret,vt hic in.fi.ubi ponitur
dictiones implicatiue pręcipue, & etiam,ad quod ff.de peti
hær.l.plane.& l.fin.

ADDITIO.

a ¶Implorare. Adde quod idem tenet Bal.& Mode.hic,facit tex. no. in lã
prin.& ibi Bar.no.ff.quod met.causa.& tex.in l.ferunt. ʃ. quod cum ea &
poni in simili ad practicam Bar.in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori,in
tim.col.ff.de ope.no.pun.sed quid si solum esset intentata. vide no.Bartol.
l.j.§.necessariæ.ff.si mulier,ven.no.& quod no.Bal.in l.fi.in a col.ʃ.de edẽ
di Adria.tol.item adde tex.no.in l.si pater.inf.qui.bo. ce.poss,per quę not.
ibi Bal.quod ille,qui timet pro debito alterius grauari,potest antęactum
implorare officium iudicis,quatenus iudex inhibeat,quod alibi non repe-
ritur secundum eum.Item adde,quod multo fortius,si quis timet offendi
in persona,potest implorare officium iudicis & eo mediãte cogere aliud
facium,ut sibi præster securitatem de eo non offendendo. l. denunciamus.
vbi Bar.in fde his quinq eccl.confu.no.Bar.in l.j.per illum tex.inf.in quib
cau.cok censib.libr.1.idem Bar.in l.capitalium.§.ad statuas.ff. de poni.spe
& lo.And.in tit.de pig.§.sequitur.videre ver.quid si timeo. & melius qua
alibi Bar.vbi in materia ponit plures quæstiones in l.illicitas.§. ne.poten
tiores.ff.de offi.præsi.Et addo,quod istud procedit etiam si culpa mea pre
cessit,quia timeo,ne similiter me offendas,adhuc possum per officium iu
dicis te cogere,vt præstes fideiussionem securitatis. ita singulariter Bartol
l.qui bona.§.si quis iuxta.ff.de dã.infec.item qui timet offendi ab aliquo,
potest petere a iudice,ut sibi præster familiam , quæ cum associet.per glo.
sing.in l.fi.inf.de erog.mili.anno,li.12.Bar.in l.factum.ff.de re.dub.Bar.in
l.j. ne lic.potentio.in vlt.col.& ex solis minis potest sibi securitas peti , qũ
persona,quæ est minata,est solita mittere minas executioni , in qua latur
arbitrio iudicis , secundum Bar.in l.hic animi.in princip.ff.fi cui plusquam
per legem Fal.dicit,quod no.in l.metum.inf.quod metu causa.per Bar.in l.
famosi.ff.ad.Iul.maie.& si tu petis a me cautionem de non offendendo,
& similiter ego peto a te,nisi tu caueas mihi,nec ego tenebor tibi caueri,
nisi ex vna parte lubesset iustus timor,ex alia vanus,secũdum Bar. & alios
in d.l.qui bona.§.fi quis.in fi.limita tamen prædicta non habere locum in
forensi,nisi sub iurisdictione potestatis loci hic contrahat ; vel delinquat
vel nisi longam contuerlat.sub tali iurisdictione faciat.ita determinat Bar
Bar.in l.fed & si suscepeerit.§.fi. & ibi Bal. & Ang.ff.de iudi.

LEX X.

1 *Exceptio transactionis,finitæ litis exceptio dicitur.*
2 *Exceptio litis finitę quando dicitur processum impedire.*
3 *Venire contra sanguinem suum nemo debet.*
4 *Nunc,dictio,extremitatem temporis denotat.*

Fratris. Primo reprobat postulata , per quærentem.se
cundo annectit rationem.tertia ibi,nullus.Ca-
sus.Exceptio trãsactionis impedit processum, ut finis sit litium.
1 hoc dicit. † Nota primo, quod exceptio transactionis est exce-
ptio litis finitæ.sunt & aliæ tres scilicet iusiurandi,& rei iudi-
catæ. Item renunciationis litis iam motæ. Primas tres enu-
merat

merat text.extra de lit.contesta.c.1.libr.6. Quartam addo per l.
postquam liti.§.tit. 1.& merito,quia exceptio iusiurandi,& tran
sactionis ideo litis finitæ nuncupantur,quia ad hoc interponun
tur.& etiam,quia per eas liti renunciatur videtur. & propter
quod vnumquodque,& illud multo magis,vt in auth.multo ma
gis.§.de sacrosan.eccle.& circa has vide,quæ dixi in d.l.postquã.
2 in princ.†Ex prædictis no.secundo generaliter,quod exceptio li
tis finitæ impedit processum,quod intellige, si opponatur ad ip
sum,alias si ad merita causæ,non impediret processum.l.perem
ptorias.ʃ.senten.rescin.non pos.nec resert ante litem contest.vel
postea fiat transactio.l.eleganter.§.fi quis post.ff.de condi.inde.
3 †Item no.quod contra coniunctionem , vel sanguinem suũ qs
non debet venire.ad quod.ff.de receptato.l.j.in fi. Item quod in
ter coniunctos est innata quædam fides defensionis, & conser-
uationis roboris,& consilij.vt hic probatur, dum dicit contra fi-
dem sanguinis.quod no.contra miseros auaritia rectos, qui nec
inter suos charitatem vllam habent. Item quod de quæstione
status potest transigi.& intelligo status nedum,vt in glos. sed si
4 fuerit quæstio spuritatis:& sic sanguinis. † Oppon.dictio, nunc,
denotat extremitatem temporis & excludit omne tempus an-
terius.vt l.4.ff.de condi.& demon.cum ergo hic dicat,nunc cõ-
tra fidem sanguinis,videtur innuere,quod non prius contra san
guinem suum veniebat,quod est falsum,quia a natiuitate hęc fi
des sanguinis fuit debita, ergo,&c.Solu. quod contrarium tollit
dictio,etiam.quæ coniungitur cum illo aduerbio tẽporis, nunc,
quæ est implicatiua temporis anterioris & sic ante. & tunc con
tra fidem sanguinis faciebat.& hoc vult dicere gl. 2. Opp. quod
alius remaneat litium finis,quia rei iudicatæ & iusiurandi , &c.
Sol.per subauditum,vt in glo.pe.Oppo.de l.actione.§.eo.Sol.vt
in glo.fi. Extra oppo.de l.si diuersa ʃ.eo. vbi a transactione rece-
dit.Sol.secundum Iac.But.ibi vtraque pars consentiebat , hic
altera contradicebat.de quo tamen ibi plenius no. Item opp.de
l.2.ʃ.si aduer.transactio.Sol.ibi fauore ætatis & per beneficiũ re
stitutionis.Item oppo.de l.si ex falsis.ʃ.eo.fol.quod & ibi per re-
stitutionem in odio doli & falsitatis.vt ibi not. Vltimo iste text.
probat,si statuto cauetur , vt affines de qualibet lite teneantur
compromittere in arbitros,&c.quod si contra petentem com-
promissum opponatur,quod non sit audiendus,quia de hoc est
transactum,quod ille non debet audiri probata transactione ʃ.
dilationem competentem ad hoc assignatam.

LEX XI.

1 *Spes fideicommissi est remissibilis.*

a **De fideicommisso.** Primo dictum, secũdo
eius ratio, tertio obiecti
reiectio.quarto noui dubij remotio. secunda ibi , cum fratrum.
tertia ibi,& non potest.quarta ibi.nec si ageres.Casus. Fideicõ-
missum vicissim iniustum potest remitti.nec ex hoc dicitur mi-
1 nor lædi.h.d.† No. quod spes fideicommissi potest remitti.con-
cor.§.tit.j.l.fi. & ibi scripta hic possunt repeti.Itẽ, quod illa tran-
sactio est potentissima,quæ concordiæ est conseruatiua & quæ
improbabilia vota repellit. Item quod ex reciproca remissione
æqualis spei nullus dicitur lędi. ideo minor non potest restitui.
ad quod facit ʃ.de inoffi.testa.l.si pater puellæ. Oppo.quod tex.
inepte dicat,dato. quia si erat datum & præstitum frustra,de re
mittendo tractatur,cũ solutione eius,quod debetur, omnis tol-
latur obligatio.vt insti.qui.mo.tol.obli.in princ.& §.j.Sol.expo-
nendo,dato.i.relicto.vt in prima glo.Opp.tunc,quod transactio
non valeat,quia non est de re dubia,&c.vt ff.eo.l.1. Sol.vt in gl.
3.Oppo.de l.actione.§.eodem.& l.cum proponas. & l. cum po-
stea.§.tit. 1.Sol.vt in glo.4.videlicet quod ibi dolus & machina-
tio aduersarij.hic secus.Oppo.quod minor possit restitui.§. si ad
tiet.transac.per totum. Sol.quod illud procedit , vbi non fuisset
in iure communi.prout hic fecit,cum bene æque fuerit,remisit
ei,vnde non restituitur solo fortuito euentu damni.vt ff. de mi-
nori.l.verum.§.semper.& hic in glo.fi.

ADDITIO.

a De fideicommisso no.secundum Pau.de Ca.& D.Alex.q̃ quando aliquid ha
bet,ie ad lucrum & ad damnum,sed causaliter contingat damnum,non p
hoc dicitur lædi.& si sit minor,per hoc non debet tanquam læsus restitui,
& ad hoc istum tex.reputat singularem Bald.in l.cum archimedorum ʃ.vt
in pos.leg.sed concordat tex.in l.si pater puellæ.ʃ.de inoffi.testa.& ibi Do.
Ias.May.& in l.si ea.l.j.ʃ.de vsu.fallit in dote,tex.est not. in l. Attilianus.in
fi.ff.de pact.do.de quo ibi miratur Bar propter istum tex. & relinquit co-
gitandum.Sed tu dic secundum Imo.in l.si locer.§.latius.ff.fol.mat.& Do.
Alex.hic ibi esse speciale fauore matrimonij,quando propter tale pactum
retardandæ dotis posset contingere mulierem tardius maritari , alias vbi
cessaret ista causa,secus esset.per tex.in l.si pater.§.pe.& fi.eo.tit. item ad-
de,quod iste tex.facit secundum Pau.de Ca.& Moder.hic, quod si aliquis
emerit ab ecclesia pro trecentum ducatis redditus cuiusdam fundi eccle-
siastici pro toto tempore eius vitæ,si contingat eum tanto tempore viue-
re,quod perceperat fructus,qui ascendunt ad mille ducatos,non tenetur
in foro conscientiæ,tanquam sit lucrum vsurarũ,eo quia econtra potuis-
set mori primo anno.& sic pactum fuit iustum, quia habuit se ad lucrum
& damnũ.tex.est in c.in ciuitate.de vsur.de qua q.p Iasin.l.j.§. de fum.tri.
Vide de hoc,q̃ in §.huius apost.dicit Old.cons.208.& Bal.cons.18.volu.1.

LEX XII.

1 *Administrator gratiam non faciet.*
2 *Administrator gratis & debitum liquidum remittere,an possit.*
3 *Prælatus debitum liquidum quando remittere possit.*
4 *Transactio bonę fidei iudicis decretum quando requirat.*
5 *Pater legitimus administrator si fuerit, sine iudicis decreto quę alienare possit .*
6 *Administrator debitum liquidum ex iniqua causa debitum an remittere possit.*

Præses. Primo dictum,secundo declaratio. secunda ibi,
nam priore,casus.Administratores de dubijs pos
sunt transigere,licet liquida non remittere.h.d.& est ratio,quia
remittere est donare.sed administratoribus hoc non est conces
sum,vt ff.de pact.l.contra iura.§.fi.& ff.manda.l.creditor.§. Lu-
1 cius.† No. quod ad administratorem non spectat gratiam face-
re.Item collige,quod administratores ciuitatis habent ipso fa-
cto liberã,quod pater,quia possunt trãsigere,vt hic, quod alias
non possent,vt §.eo.l.transactionis.cum ibi notatis. Ex quo col-
lige aliud,quod licet procurator habeat generalem & liberam,
& sic facultatem transigendi tamen non intelligitur ei data po
testas,vt de debito liquido transigat.quod perpetuo tene cordi.
2 In contrarium videtur tex.ff.de pactis.l.nam & nocere.† Oppo.
primo,quod administrator possit gratis remittere,vt ʃ.de vsuris.
l.aduersa.Solu.vt in gl.remittendo ad ibi no.videlicet, quod hic
de expressa remissione.ibi de tacita ex negligentia & cursu tẽ-
poris causata.vnde liberatio præcedens ex præscriptio.potest di
ci a l.procedere, Opp.ab extra quod potest debitum liquidum
remittere.vt ff.de public.l.fi.§.fi quis professus.Sol. quod ibi de-
bitum non remisit.nec tentisset remissio.vt hic, sed pœnã com
mitti impediuit propter dilationem, quam cõcessit vel propter
moram, quam adhibuit,vt dixi §.tit.j.l.pactum curatoris.Quero
hic loquitur in administratore ciuitatis,quid in alijs.Respon.gl.
idem in quolibet,& ponit exemplum in prælato tutore,vel cu-
3 ratore,quod bene not.† Sed quæramus primo de prælato,[a] de
a quo magis potest dubitari,quia plenioren & vberiorem admi-
nistrationem habet , quia ad eius commodum administrat: an
debitum liquidum remittere possit.& tenet ista glo.quod non,
intellige de debito ecclesiæ,non personę puta si deberetur ei ra
tione sui ministerij.ideo suum facit,ut dixi in auth. licentiam.&
in auth.presbyteros.§.de episc.& cler. Sed de non liquido bene
potest transigere.quod intellige,si transegit de rebus, quæ non
sunt de mensa ecclesiæ suæ:secus si essent de mensa,ut sunt res,
quæ non possunt alienari inconsulto Romano Pontifice , quia
tunc transactio non teneret,cum in ea decretum sit necessarium,
4 vt statim in tutore & curatore subiiciam. & pro his facit , quod
no. Inno.extra eo.c.de cętero. † Nunc,de tutore & cura.& breui
ter vltra not.§.tit.j.l.pactum curatoris.dic quod transactio bonæ
fidei facta quandoque exigit iudicis decretum , puta si sit facta
de re,quæ alias non possit alienari sine decreto,vt no.gl.ʃ. si ad-
uer.transactio l.1.pro qua facit ʃ.de prædijs mi.l. si ad resoluen-
5 dum.& tunc sine decreto non valet.† Sed dubitari potest ; quid
b de patre[b] in rebus,in quibus est legitimus administrator ratio-
ne vsus fructus,& dixit Azo in summa ʃ.de bo. quæ lib.ultra me
dium in versi.nec puto.quod in alienatione immobiliũ permis
sa iudicis decretum non exigitur.ergo nec in transactione,quod
puto verum,vbi filius est maior ætate:sed si sit minor , tunc du-
bitari potest,quia pure est verum dicere , quod minoris prædiũ
alienatur,nisi dicamus,quod affectio paterna,quæ omnes exce
dit.vt fi.quod metus causa.l.isti quidem,in fi. hoc operetur po-
tentior,quod tamen non videtur tutum,quia hæc pietas & affe-
ctio paterna desinit,si filius sit sui iuris,tamẽ pater eius tutor le-
gitimus nõ posset alienare sine decreto.vt ʃ.de præd.mino. l. cũ
6 emancipatis,† Reuertor ad glo.& quæro, quid si administrator
remisit liquidum debitum,& non ambitiose,sed ex iniqua cau-
sa debitum.dicit.gloss.quod valet. Plac. contra. & licet quidam
teneant opi.Pla.tũ opi. gloss. est ipsa veritas secundum Iac.But.
quia remissio non est ambitiosa , vt hic exigitur. nam tunc am-
bitiosa est,quando concernit principaliter eum , cui remittitur,
& cuius contemplatione, & respectu fit: sed q̃ contemplatio-
ne creditoris,cui bona administrãtur,tunc nõ est ambitiosa, ga
ob

ADDITIONES.

a ¶De prælato.vide no.in c.idem,de depos.
b ¶Quid de patre.Adde D.Ias.de May.hic,qui dicit,quod Saly.hic æquiuocauit tenendo contra Azo.quia motus per tex.d.l.cum emancipatus.allega. in tex poterat etiam ad idem allegare tex.in l.si pupillorum.§.fi pater.& il li tex.loquuntur,quando pater est tutor,vel curator filij emancipati quo casu si vult alienare res immobiles filij,requiritur decretum iudicis cũ causæ cognitione,tamen tunc iudex debet esse pronior ad concedendum, dixit tex.in d.§.fi pater.sed nos loquimur,quando filius est in potestate, quo casu pater est legitimus administrator , quibus casibus adest triplex differentia,de quibus plene vide hic omnino per eum.

ob eius vtilitatem, & interesse fit. interest autem pupilli iniquã pecuniam non recipere, ar. l. cæteræ. §. 1. ff. fam. ercisc. cum, & illas in effectu teneretur restituere, & sic, nec in effectu potest dici debitum. nec tutor debet peccato illaqueari propter pupilli, quod faceret recipiendo. vt no. 49. dist. sicut. nec obstant alle. in opp. quia sol. distinguendo, vt scripsi in d. l. pactum curatoris. & adde alia, quæ ibi dixi.

LEX XIII.

1 *Transactio metu facta non ratificatur.*
2 *Vsurariuꝰ contractus qualiter esse probetur.*
3 *Metus qualiter probetur.*
4 *Metu facta quibus modis sint irritanda.*
5 *Metus iustus præsumitur, si damnum in proprijs rebus timetur.*
6 *Actio, quod metus causa quanto tempore sit danda.*

Interpositas. Primo vbi metus ad rescindendam transactionem allegatur. Secũdo vbi seruitus eius, cum quo transactum fuit, inducitur. secunda ibi, quoniam. prima in tres, primo dictum. secundo illud declarat in theorica. tertio certum modum probandi reijcit in practica. secunda ibi: nec tantum. tertia ibi: ad vim tantum. Casus. Transactione facta iusto metu rescinditur, metus tamen, & iustificatio ex qualitate facti principalis non probatur, & inter seruum, &
1 dominum transactio non tenet. h. d. † No. quod meticulosa transactio non habetur rata. Item quod iustus metus est mortis, vel cruciatus corporis. Item quod metus non debet probari in genere, sed in specie. concor. sunt in glo. 2. Ex quo sequitur aliud, quod metus comminatus debet esse certi periculi. vt hic, & in
2 concor. gl. † Et ex hoc habes, quod ad probandum contractum vsurarium non sufficit probare contrahentem fenerari, nisi specifice probetur de illo contractu. sed constitutiones synodales sunt intuendæ. quia in his, vt plurimum prouident. Item, quod cruciatus corporis residet in iudicis arbitrio, vt hic coniuncta
3 glo. hic posita. † Item no. ex vers. ad vim. quod ad probandũ metum non sufficit probare quasdam verisimilitudines, vel hominis coniecturas. ideo errant: qui dicunt, non est verisimile, quod domini Cardinales Vltramontani elegissent citramontanum, nisi metus & impressio eis facta fuisset. Item quod sufficit alteram ex exceptionibus probari,[a] quæ sit sufficiens ad victoriam causæ. nam hic, qui metum non probauit, sufficit vt exceptionẽ seruitutis probet. Item quod pactum inter dominum & seruũ non valet. & sic secundum doctrinam Innoc. in c. cum olim. extra de censib. qui dicit, quod de seruo arguendo ad monachum non valeret pactum inter monachum & abbatem. Vltimo ex
fi. tex. no. quod a quo remouetur genus & sic quælibet eius spe
4 cies. concor. l. chorus, de leg. † Oppo. quod metu facta non irritẽtur tantum edicto, sed quandoque ex constitutionibus, quandoque ex officio, quandoque ex mente edicti. vt in hallegi. in 1. glo. & quandoque sunt ipso iure nulla, vt super ea dicam. Solut. confitendo contrariũ, vt in 1. gl. vsque ad ver. item quod dicit. super qua adde ibi. §. qui onerandæ. & ibi dicitur in gl. quod si mulier
b renunciat propter minas mariti,[b] vel ob reuerentiam eiusꝰ, vel filia ob reuerentiam patris, quod talis renunciatio rescinditur, ac si per metum facta esset. ar. illius tex. & l. fi. ff. de fur. quod no.
5 & adde quod dixi. ℣. eo. l. transactione. † Item di. Cyn. quod si timetur graue damnum, in rebus proprijs, iste est iustus metus ar gu. d. l. fi. §. fi fœneratoꝰ. & ℣. de reuo. do. l. fi. & ibi, rata non habẽtur. adde prædicta in effectu, sed quãdoque ipso iure, vt in dote, matrimonio, compromisso & in iurisdictionis prorogatione, vt §. de episc. audi. l. si qui ex consensu. & ff. quod met. causa. l. si mulier. §. si dos. & de iud. l. 2. in princ. de verb. obli. l. Titia. 1. re-
6 sponso. secundum Richar. † Oppo. 2. quod non detur hæc actio perpetuo, sed vsque ad annum. vt ff. quod me. cau. l. si quis cum exceptiones. §. 1. nisi in simplum. Solu. dupliciter, vt in gloss. vel dic sic: aut quæritur, an edictum, vel actio sit generalis in omnibus. & dicit, quod sic. aut an sit perpetuum, quia sine temporis præfinitione dic, quod sic, edictum. Sed de actione dic, aut quantum ad pœnam, & est annalis. aut quantum ad simplum & rei persecutionem, & tunc est perpetua. i. in annos 30. vt institu. de perpe. & temp. act. in princi. nisi forte quando datur contra titulo possidentem, vt in casu l. 2. ℣. quod met. cau. secũdum Richar. Opp. de l. isti quidem. ff. quod met. cau. sol. vt in glo. 3. Opp. quod ratio seruitutis non reformet pactum, immo ipsum destruit, vt hic in fin. Solu. exponendo, reformat. i. rescindit, vt in glo. Oppo. contra vltimam partem de l. cum affirmes ℣. de lib. cau. Solu. vt in glo. fi. videlicet quod ibi quo ad honestatẽ, non quo ad necessitatem, vt ℣. de neces. ser. l. pen. §. illo videlicet. & hoc vult vsque ad versiculum. sed contra. Oppo. contra dictam solutionem, ꝙ immo valeat quo ad necessitatem, vt ff. de acqui. hær. l. fi quis ser
f num. §. fi quis dederit. Sol. quod hic domino præsenti, ibi futuro dedit, vel ibi pactum pro libertate fecit Oppo. de l. fi. ℣. eo. sol. vt sequitur in ea. gl. vsque ad fi. vt tamen colligas prædicta, dic aut pactum de alia re, & non valet, vt hic. aut de libertate, & tũc aut cum futuro domino, & valet, vt d. §. fi quis dedit. & infra, de bo. quæ lib. l. prima. cum præsenti non valet quo ad honestatẽ, non quo ad necessitatem, nisi forte quando de libertate sit dubium. vt ℣. eod. l. fin.

ADDITIONES.

a Probari. Adde Bal. & Fulg. hic. & ex hoc no. secundum Pau. de Ca. & D. Alex. hic, quod quando plura allegantur, vel plura per modum exceptionis opponantur, quorum quodlibet sufficit de per se, si est verum, tunc non est necesse vtrunque probari, facit glo. no. in l. circa. ff. de proba. facit, quod notant glo. & Doct. in c. 2. de rescri. & in c. licet causam. de proba. Bart. & alij in l. duos. ff. de re jud. cano. in c. examinata. de iudi. hinc in specie no. Cyn. in l. cum te. ℣. de proba. quod quando in libello plura narrantur, non requiritur probatio omnium, sed sufficit probare vnum de substantialibus limita ex eo, quod vult Inno. in cap. ex parte de priui. quod quando aliquid narratur in libello per modum causæ ad intentionem agentis, semper necesse est illud probare, quod nunquam fit illud substantiale quod reputat Pau. de Cast. hic perpetuo menti tenendum, quia potest de facto & frequẽter contingere secundum eum.

b †Propter minas mariti. Ego puto, quod illæ minæ non sufficerent ad probationem metus, si non probarentur verbera illata, nisi forte ille maritus talis esset, qui esset solitus eam diuiuscule tractare, & minas suas executioni demandare, vt no. Bal. in l. ad inuidiam. ℣. quod. met. cau. & in l. 1. §. quæ honorandæ. ff. quarum re. act. nõ detur. Alex. plene in l. fi cum dotem. §. eo autem. ff. fol. mat. & Inno. in c. accedens extra. quod met. cau.

LEX XIIII.

1 *Transactio dissensu & contrario actu soluitur.*
2 *Pactum posterius non firmatur, si semel decisum negetur.*
3 *Renunciari iuri ex sententia quando possit.*
4 *Actio quæ reo detur repetenti pecuniam, cum a transactione receditur.*
5 *Actori denuo agenti quo iure obstet transactio.*
6 *Actor quare condictione ob causam, vel præscri. verb. vt reus, se vt prius obligari patiatur, agere non possit.*

1 **Si diuersa.** † Casus. Transactio dissoluitur simul consensu & actu contrario & agitur causa ex integro. h. d. supple tex. ibi, pars, quæ acceperat aliquid nomine transactionis. ibi, desideras. i. consentis. No. quod a transactione altera parte inuita non receditur. No. quod vnumquodque dissoluitur eo vinculo, quo ligatur, concor. l. prout quisque. ff. de ſo lu. & l. nihil tam. de reg. iur. Item, quod exceptioni transactionis
2 & sic litis finitę potest reus renunciare. † Opp. quod semel decisio negotio pactum posterius non valeat, vt ℣. quando prou. nõ est neces. l. j. Sol. quod aliud in sententia, aliud in transactione & no. bene gl. in eo, quod supponit, quod in casu. d. l. 2. non. valeat secunda sententia, etiam si partes consenserint. cur autem diuersum: respondeo, vt in gl. fi. in ver. item quare. vsque ad fi. Ex qua conclusione collige secundum Iac. But. quod vigor & auctoritas iudiciorum illud operatur. ar. ff. de iud. l. si prætor. & ℣. de cõdi. inde. l. 1. Sed diceres tu supposito partium consensu, vt dicit hic gl. videtur, quod secunda sententia valeat, & non prima, ar. l. j. in fi. ff. de præto. stipu. & sic idem, quod in transactione. Sed responde, quod ibi in interlocutoria, quæ non est tantæ potentiæ,
3 quantæ diffinitiua, de qua dicit gl. l. quod iussit. ff. de re iud. † Sed tunc fortius obstat, quia iuri sententia quæsito potest renunciari, ut sentit Iac. But. l. 1. ℣. qſi prou. non est necess. & glo. in l. duob. ff. de excep. rei iud. & vr̃ quasi tex. ff. de bo. quę lib. l. in seruitute. §. si petierit. Et pro hoc succedit regula, quæ ponitur. §. ti. j. l. si qs in conscribendo. Harum legum, timore quidam dicit, ꝙ assumptum gl. & quæstionis non est uerum, quando partes consenserunt, ꝙ ferretur secunda, quia tunc idem, ꝙ in transactione. Sed communiter glo. tenetur & aliud est consentire, ut secunda sententia feratur, quia per hoc dr̃ primæ renunciasse, & aliud renũciare, ut in ꝓrijs. ratio, quia stante prima, consensus, ut feratur, secunda nihil operatur, quia tendit in actum ipso iure nullum. & non ex defectu partium consensus, sed ꝓ autoritatem rei prius
4 iudicatæ, quæ durat, nec in dubium extitit reuocata. † Quærо est gl. pe. si a transactione est recessum & pecunia soluta reo nõ est restitura, an sibi detur ad repetendum aliqua actio. & dicit gl. ꝙ
a sic[a] condictio indebiti. sed Iac. But. sine cã, quia cã ad non cãm est redacta. ut l. 2. ff. de condi. sine cau. gl. autem procederet, ubi
5 ob transactionem putatiuam uel inualidam soluisset. † Quæro, an actori denuo agenti obstabit isto iure transactio. Rñdet gl. fi. in prin. ꝙ sic. Sed replicabitur, ꝙ est rescissa. ut l. si unus §. pactus. ff. de pac. & sic no. ꝙ pactum retro priori similem trãsactionem nõ tollit ipso iure, licet secus ĩ emptiõe. ut ℣. qñ lic. ab emp. dic. l. i. & ẽ rõ, qa elusionẽ pfecerat trãsactio. Quæro tũc, qd si ex cã trãsactiõis prima sublata erat ipso iure, puta acceptilatiõe, & aſ-

guit

ADDITIO.

a ¶Dicit glo. quod sic. Adde, quod ista expresse facit etiam, quod hic per Bal. Pa. de Ca. & ultra eos pondera. in tex. ablatiuos absolutos, ibi refusa pecunia, quod resoluuntur in conditionem, si pecunia refundatur l. a testatore. vbi Bar. cum fi. ff. de cond. & dem. ergo solus consensus partiũ non sufficit.

guit primo glo. quod primæua agatur de facto, nec excipi possit. arg. ℣. eo. l. vbi pactum. & postea in contrarium, quia hoc pactum sequens non est sufficiens ad resuscitandam actionem ex tinctam: vt ff. de pac. l. si vnus. §. pactus. vers. sed si pactus. Postea determinat pro prima, quod vtilis detur de æquitate. arg. ℣. si ad uer. transac. l. pen. & fin. quod reprobant Doct. quia non est sufficiens ad restituendum primæuam, vt d. §. pactus. ibi sic. quia restitutio in integrum, vt ℣. de repu. quæ fin. in iu. l. 1. & ff. de mino. l. quod si minor. §. restitutio. & adde l. vbi pactum. ℣. eo. Respondeꝰ. quod ibi de facto agitur, non vt inuito aduersario procedãt: licet de facto legis pœna committatur, vt ibi secundum Azon. not. Nec etiam ob. ff. ad exhib. l. Iulianus. §. quæsitum. per quam Iac. de Ra. dixit prima agi, & aduersarius compelli potest, quia respondet Pet. Mar. Sil. Iac. But. & dominus meus, quod hic pactum vltimum transactionis rescissuum nullam habet compulsionem, sicut actio ad exhibendum contra morosum. Imputet ergo sibi, qui sponte resiliuit a transactione, sciens primam sublatam esse acceptilatione. Sed caue, quia pro opi. gl. videtur casus. ff. iud. so. l. pupilli. §. 1. nã ibi magistratus tenebatur ex delicto, ut ibi in princ. & per consequens transactione erat actio sublata, vt l. si tibi. §. quædam. ff. de pac. & tamẽ si a transactione recedatur partium conuentione, prima vtilis a lege restituitur. nec dicas glo. ibi tenet, quod ope exceptionis esset sublata, quia non bene dicit, vt d. §. quædam. & d. §. pactus. Verum addit Iac. But. quod pecuniam, quam restituit propter resilitionem, quam a transactione fecit, repetere poterit condictione sine causa. arg. ff. de ꝙ
6 di. inde. l. eleganter. in princ. & de condi. sine causa. l. 1. † Sed quæri potest, cur non potest agere cõdictione ob causam vel præscr. ver. vt reus patiatur, se reponi in pristinam obligationem, quasi resiliendo a transactione, & restituendo data plene impleuerit, quod conuenerit. Respondet Richar. quia hoc expressius non egit: sed simpliciter, & absolute credẽs transactionem funditus rescissam, & se primitiua agere posse, restituit.

LEX XV.

1 *Transactio actione tollit per acceptilationem.*
2 *Interroganti inepte vel obscure quando benigne responderi debeat.*
3 *Obligationes quæ accepto ferri possunt.*
4 *Stipulari rem suam an quis possit.*

a **Vtresponsum.** [a] Casus. † Transactio per accepti
1 lationem ipso iure tollit actionem. h. d. In terminis pone casum in nube, videlicet an non seruãtis in transactione cõuentis possit actor ad primæuam actionem habere regressum. ad quod respondet Imperator distinguendo vt in summario. No. quærentem obscure instruendum esse, vt declarat. Item, quod res lucidatur per exempla. Item qd ignorans factum non potest respondere certum. Alia duo not. quæ habes in summario. Prima glo. ponit casum in princ. sed ad de ibi, dum dicit conuenire. Dic hoc principaliter non quęritur. sed an ad primam actionem possit regressum habere, licet glo.
2 per subauditum sic intelligi possit. ibi: Domitius. † Dic, cum quæritur, an inepte vel obscure interroganti debeat benigne responderi, quia aut interrogans quærit de eo, quod iure naturali, uel gentium debuit scire: & tunc ei congrue respondetur, inepte, vt ℣. de cõdi. ob tur. cau. l. mercalem. & de fur. l. in ciuilem. Aut quærit de eo, quod constitutionib. vel iure ciuili debuit scire, & tũc aut est iure peritus in talib. quia quotidie versatur in illis. & potest ei, inepte, responderi, vt ff. de test. l. domitius. & hoc quia turpe est patritio, &c. vt ff. de ori. iur. l. 2. §. Mutij auditores. versiculo seruus autem. Aut est simplex idiota, vel mechanicus, vel miles seu iuris ignarus, & tunc benigne debet instrui, vt hic, & ℣. de im pu. & alijs substi. l. precibus ꝓuis. & maxime cum teneatur consulere peritiores, vt ff. de bonorum possessionib. l. in bonorum, & quis ordo. in bonorum possess. ser. l. 2. in fin. licet tamen de congruentia iuris sic fieri debeat. De accidẽtia tamen facti quilibet respondit quandoque bene, quandoque male, prout temperatus & bene dispositus. ar. ff. de cond. inde. l. si non sortem. §. liber
3 tus. vers. nam plerumque, &c. secundum Richar. † Oppon. quod istæ obligationes non possint accepto ferri. vt ff. de accepti. l. an inutilis §. acceptum Solut. vt in glo. fin in princip. vsque ad versicu. sed quomodo. Et not. glos. quia glossi. vult, quod etiam obligationes iuris ciuilis non possint accepto ferri, nisi deducantur in aquilianam stipulationem. Est enim petitio hæreditatis, de qua etiam hic loquitur de iure ciuili, vt infra, de petitio. hæreditatis. l. final. quod facit ad id, quod dixi supra eodem l. actione. in
4 princ. † Opponitur secundo, si oportet, vt deducantur in stipulationem nouantem, & hic loquitur de rei vend. ergo hic supponitur, quem posse stipulari rem suam, quod non est verum, ut l. Sol. vt sequitur in eadem glo. vsque ad fin. vel dicit Iacob. Butr. quod stipulabitur rem suam, sibi restituit: non autem dari. Opp. quod aquiliana & acceptilatione interposita actio esse possit, ut

℣. si aduer. vend. l. 2. Sol. vt in gl. fi. videlicet, quod illud mediante restitutione in integrum.

ADDITIO.

a ¶Vt responsum. Adde Pa. de Ca. hic, qui multum late & diffuse. & D. And. de Alex. & adde, quod ex hac l. no. Bald. & Moder. limitationem ad regulam l. cum proponas secunda §. de pac. & ibi retulit D. Ias. de May.

LEX XVI.

1 *Rescriptum principis litem resuscitans.*
2 *Transigi quando possit ante litem contestatam.*
3 *Rescriptum Imperatoris cum clausula non obstãte lista, valet.*

a **Causas.** [a] Casus. Transactio non rescinditur ex rescripto.
1 h. d. † No. quod rescripta [b] principis resuscitantia
b litem non valent. Quæro cum disiuncta ponatur inter causas, vel lites, quæ differentia sit inter ea. respondeo, vt in gl. & primã tenet Pet. arg. in Auth. de litig. §. omnem vero. ver. si vero initiũ. sed non videtur tuta: quia lis est etiam ante contestationem, ut patet ℣. quomodo & quando iud. auth. qui semel, vbi text. dicit, quod vsque ad finem tenetur exercere litem. & tamen nõdum erat ibi lis contest. pro hoc facit etiam §. tit. 1. l. post quam. & similiter causa non est ante contest. litis, vt probat diffinitio Tullij ℣. alleg. secunda non est de mente tex. tene ergo tertiam, quã glo. ponit, quam Iac. But. deducit in arg. quod si statuto municipij cauetur, si aduocatus aliquo crimine se absentauerit causa rei publicę, non possit in eo procedi, donec redierit. & si aduocatus ante litem contesta. se absentauerit, statutum non vendicet sibi locum: cum sit strictiꝰ iuris & non possit extendi. ut ff. ad municip. l. constitutionib. in fi. & maxime odiosum & cõtra ius commune, & sic poterit procedi, cum non sit causa, nisi lite contestata, loquendo proprie & stricte, licet improprie leges abutantur
2 vocabulis his. † Quæro an ante litem contestatam possit transigi, & arguo primo, quod non. postea determino, quod sic, vt in glo. usque ad fin. & adde, quinimo sufficit timor litis futuræ, ut §. eo. l. 2. & quod glo. dicit, quod non post sententiam, intellige, contra quam uenire non possit, ut in fi. d. §. si post. Et est ratio, qa tunc fieret super certo, ut ibi no. quod facit ad quæst. quam scripsi. ℣. eo. l. si causa. Quæro de ratione inualidationis rescript. Sol.
3 ut in glo. fi. in princ. usque ad uers. nisi. † Quæro, quid si Imperator in rescripto dixerit, non obstante lege ista, [c] dic, quod ualeret
c ut sequitur in glo. usque ad fin. & uide, quod scripsi in l. fin. supra de diuer. rescrip.

ADDITIONES.

a Causas, figura casum hic, ut per Pau. de Cast.

b Rescripta. Et an, valeat rescriptũ principis, si ibi est clausula nõ obstãte tali trãsactione. gl. dicit, quod sic, quam sequuntur Bal. & Ias. hic. Adde etiam Bar. in l. rescripta. & in l. nec damnosa. per illum tex. sup. de preci. imp. off. & Io. And. in c. 1. de excef. prela. in nouel. in 6. Bar. & alij in l. fi. sup. si contra ius, vel uti. pu. Et an, clausula non obstante aliqua lege in contrarium faciente, sufficiat in rescripto contra legem. Bal. in §. libellariæ. in versi. & hic collige ar. de pa. constan. Et Bar. in extrauaganti ad reprimendum. versic. non obstante. & in l. 1. de vulg. & pupil. substi. & Pau. de Cast. in consi. 54. incip. passus iste, &c. & Alex. consil. 104. in 4. parte. & Fel. in cap. nonnulli. de rescript.

c Non obstante l. ista. Adde, quod immo plus dicit Pau. de Cast. hic, quod non sufficeret, si in rescripto diceretur, non ob. transactione, quod ita l. apponat clausulam derogatoriam, vnde necesse est, quod huic l. fait en derogetur in genere. & sic dicatur in rescripto, non obstante quacunque l. secundum Bar. in l. rescripta. & in l. nec damnosa. per illum tex. sup. de preci. impe. offi. in specie autem non est necesse, quod dicatur nõ ob. ista l. quicquid dicat gl. hic, de quo late per Io. An. in c. 1. de excef. prela in nouel. in 6. Bar. & alij in fi. sup. si contra ius vel uti. publi.

LEX XVII.

1 *Clausula, rato manente pacto, moram purgari impedit. & nu. 2.*
3 *Electio cui competat.*
4 *Pœna & res quando simul petantur.*

Cum proponas. Primo thema, ex quo quæstio. sol. distinguendo, secunda ibi, perspicis. Casus. Ex transactione pœnali cum clausula, rato manente pacto, datur exceptio & pœne exactio, ex non pœnali uero, sola exceptio. h. d. Pone per te casum in terminis. exponẽ litera ibi, resoluisse, subaudi nouiter agendo primæua actione,
1 ibi pietas. ℣. exponendo. † No. collige, ut in summario, ex quibus habes, ꝙ clausula, rato manente pacto, impedit purgationẽ morę, & rationem ℣. dicam. Op. ꝙ etiam si mulier ista fuisset minor ætate, nihilominus aduersario competeret actio & exceptio. ut §. de in integrum restitutione. l. si curatorem 2. responso ℣. si aduersus transactio. l. prima. & 2. Solutio, quod uerum ipso iure, sed non in effectu, quia iuuaretur restitutio, ut dicta l. prima, & d. l. si curatorem. & hoc uult glo. signata super uerbo, fuit. Oppo.

nitur secundo, quod male dicat, habeat de præsenti, cum demũ actio competat, si contra factum est, & non ante. similiter, nec excipere possit prius, quam aduersarius agat. Solutio. vt ponatur tempus pro tempore, vt in princip. sequen. gloss. quod procedit secundum expositionem, quam facit gloss. super verbo, resoluisse. sed exponendo, vt dixi super text. litera est plana, nec
2 obstant contraria. † Opponitur tertio, quod non habeat utrunque, vt ff. de pactis. l. rescriptum. Solutio. vt in eadem gloss. quia hæc fuit clausula rato manente pacto, vt patet in text. ibi secus. Et est ratio, quia pactum principale hic factum est ad excipiendum, & deliberandum. & ipsam exceptionem statim producit. Vnde simplex clausula, rato manente pacto, non potest aliud operari, quam vtriusque executionem. secus si pactum tenderet principaliter ad obligandum, quia clausula tendit solum ad impediendum nouationem. & ideo tunc non impedit purgationem moræ, vt dixi supra titulo primo. l. si pacto. in decima octaua conclusione. Opponitur quarto contra proximam solutionem, & contra vltimum responsum huius legis, videlicet, quod etiam vbi clausula illa nõ intercessit, adhuc habeam vtrũque, vt infra eodem. l. si quis maior. Solutio. vt in gloss. sequen. in principio, quod illud in odium eius, qui iurauit non contrauenire, & dejerauit. & sic nota, quod iuramentum habet vim clausulæ, rato manente pacto. Opponitur quinto, iste text. hic supponit, quod male actionem habeat: sed contra eam exceptio solum competat, immo vtrunque non potest agere nisi de facto, sed non auditur, & nihilominus restituit accepta. vt infra eodem l. vbi. Solutio. vt sequitur in eadem gloss. vsque ad versicul. sed quid. Opponitur sexto contra text. in fin. quod immo habeam datorum repetitionem, vt ff. de condictione indebiti. l. eleganter. §. si quis. in fine. Solutio. vt in gloss. fina. quod vtrunque simul non habeo, seu exercere non possum, vt hic, & hoc probat implicatiua, etiam. hic posita. sed de per se sic, vt altero
3 tantum sim contentus, vt in contratio. † Quæro igitur modo, cuius est electio. & respondeo, vt in gloss. præcedenti, quod repetere possetis. vt dicto §. si quis post. Et est ratio, quia est alternatiua iurium, vt proxime dixi. igitur electio est eius, cui competũt: vt l. secunda. §. generaliter. ff. de eo, quod certo loco. secus si esset rerum, quia tunc debentis, vt ff. de iure dotium. l. plerunque.
4 † Vltimo circa materiam distinguo, cum quæritur, an res, & pœna possit peti. dic, aut pœna est legalis. & dic per gloss. in l. secunda, alias tertia. §. nouissime. ff. nau. cau. stabu. & plenius dicam in l. ancillæ. infra de furtis. aut est conuentionalis. & tunc aut est pœna contemptus. & dic vt in l. si duo. §. item. §. si duo. ff. si quis cautionibus. & de arbitris. l. si quis rem. si vero esset pœna interesse concernens, & tunc dicit Petrus, & Cynus, aut succedit loco particularis interesse. & potest peti vtrunque. vt ff. de actioni. & obligatio. l. traiectitiæ. in principio. Aut succedit loco totalis interesse, & tunc aut est apposita clausula, rato pacto manente. & potest peti vtrunque, vt hic, & l. qui fidem. ff. eodem, quod intelligo secundum ea, quæ scripsi infra eodem. l. promissis. aut non est apposita, & tunc alterum, tãtum, ut ff. de pactis. l. rescriptum. §. si pacto. verumtamen, si minus sic in petito & exacto, potest agi ad residuum in alio. vt ff. pro soc. l. si quis a socio. & de actio. empt. lege, prædia. ista verba procedunt, vbi ex commissione pœnæ non est nouatio facta, vel quasi, alias secus: quia tunc ex pœnali tantum potest agi. circa quod vide, quod scripsi supra titulo primo. l. si pacto quo pœnam. in 2. oppositione.

LEX XVIII.

1 *Crimen capitale. quod sit.*
2 *Transigere de capitali crimine an liceat indistincte.*
3 *Adulterium pœna sanguinis, quandoque puniendum.*
4 *Transactio iuxta effectuum eius varietatem consideranda est.*
5 *Transactio in transigentis non in aliorum permittitur præiudicium & nume. 21.*
6 *Iuramentum an omnibus præiudicet.*
7 *Pactum reipublicæ contrarium censetur invalidum.*
8 *Exceptio à regula ad casum similem est extensibilis.*
9 *Transigere de adulterio quando liceat.*
10 *Punitio an sit facienda de maleficio, super quo facta est concordia.*
11 *Pœna fustium pro quo crimine infligatur.*
12 *Iudex in criminibus ante condemnationem non reconciliabit.*
13 *Transigens quare repellatur.*
14 *Lex transigere de quibus loquatur criminibus.*
15 *Redimere sanguinem suum cuique licitum est.*
16 *Transigi an possit, quando pœna sanguinis ad pecuniariam per statutum redigitur.*
17 *Transactio an sit permissa, quando pœna est in dispositione sanguinolenta, & nume. 24.*
18 *Exceptionis adulterij ratio duplex.*
19 *Redemptione sanguinis cessante consurgit zelus delicta puniendi.*
20 *Transactio in quibus permittatur criminibus.*
21 *Corrumpens aduersarium pecunia conniclus reputatur.*
23 *Actor in delictis proprijs an desistere debeat.*
25 *Transigens pro confesso an sit habendus.*
26 *Pacisci an liceat, an gratuito criminibus super quibus transigi non liceat.*
27 *Transactio in crimine falsi quare permittatur.*
28 *Pecunia ex transactione promissa quando peti possit.*
29 *Mandans an possit transigere in his, in quibus transigit principalis.*

Transigere, vel pacisci.

Primo regulam affirmatiuam cũ eius exceptione in criminibus pœnam sanguinis ingerentibus. Secundo regulam negatiuam cum sua exceptione in alijs criminibus. secunda ibi in alijs. Casus. De omni pœna sanguinis potest transigi, vel pacisci, exceptaꝰ adulterij, de alia non, nisi fal-
1 si. hoc dicit. † No. quarto ex summario, quod crimen capitale dicitur cuius pœna est sanguinis. Item quod dictio, citra, est in natura dictio priuatiua licet hic ponat, quia præcedit oratio negatiua. vt plenius scripsi. supra eodem l. actione. Opponitur, quod textus inepte dicat, transigere, vel pacisci, quia cum transactio sit species pacti, vt notatur. supra eodem in rubrica, superfluet primum per secundum, contra §. quibus. in prima constitutione, nec disiuncta stabit omnino inter diuersa, contra l. ille, aut ille. de verborum obligatio. Solut. vt sentit gloss. prima, vt transactio sumatur pro pacto non gratuito, & pactum non sumatur pro suo genere, sed pro specie pacti gratuita. vt ff. eodem l. prima. & hunc puto intellectum tex. & glo. licet dominus meus diceret, quod quia glo. non est posita super verbo, pacisci. sed duntaxat super verbo, transigere, quod glo. voluit dicere transactionem diuidi in duas species, quia alia gratuita, alia non gratuita, licet vtraque de re dubia lite incerta: pactum vero etiam de reliquida, & de certa, quod est notandum: sed hoc non videtur tutum per l. transactio. infra eod. & l. prima. ff. eodem. & per nostra eodem l. super possessione. & quia l. prima. ff. eodem, ad quã l. se refert glo. de transactione, & pacto loquitur, & sic secundũ illam habemus intelligere intellectum glo. nostræ, arg. infra de sententijs, quæ sine certa quantitate l. secunda. & tertia. Quicqd tamen glo. senserit concludamus, quod regula prima habet locum, siue maleficium esset certum, & liquidum, vt probat verbum, pacisci, siue incertũ, & non liquidũ, vt probat verbum, transigere, & siue gratis pacisceatur, siue non gratis, & sic transigatur.
2 † Oppo. secundo, quod non liceat indistincte transigere de crimine capitali. vt ff. de bon. eo. qui mor. sibi consci. l. secunda. §. i. vers. sed in his. Solu. vt in gloss. secunda. videlicet, quod crimen capitale est triplex, & cętera: sed potes dicere, quod quadruplex vt latissime sumptum comprehendat etiam pœnam relegationis. vt ff. de verborum significatio. l. licet. & subdit glo. quod hic sumitur strictè pro eo, quod ingerit pœnam sanguinis, quod tamen supra dixit fore vltimum supplicium. vnde not. quod de mente glo. est, vt hic crimen capitale sit, cuius pœna est sanguinis, siue per hanc pœnam extinguatur in totum, vel in parte. nã & pars extincta vltimum supplicium passa, & pœna illa dicitur capitalis, vt in Authen. de collationibus. §. ad hoc prohibemus. & pro hoc accedat glo. in l. Imperium. ff. de iurisd. om. iud. signa
3 ta super verbo, animaduertendum in toto, vel in parte. † Item not. ex textu, & gloss. simul iunctis, quod hic est casus, quod pœna adulterij est sanguinis. & ita debet intelligi l. quamuis adulterij. in fi. infra de adul. licet aliqui aliter tex. illum intellexerant, vt ibi scripsi. Oppo. tertio, quod hic prima regula non sit bona, quod transigens in pœnam Turpilianam incidat. vt ff. ad Turpil. l. ab accusatione. quod facere non debet, si ei trãsigere licet. vt infra, de adulte. l. Gracchus. Solu. quod accusato licet, non accusanti, vt in contrario. Et est ratio, quia accusato licet quomodocunque redimere sanguinem suum. vt in princip. tertiæ gloss. vsque ad ver. nunquid. Sed contra istam rationem extra gloss. oppo. quia cum accusator inscribat se ad pœnam talionis. vt infra, qui accus. non poss. l. pen. & fin. sequitur, quod ipse transigendo sic videtur sanguinem suum redimere, sicut reus. sed defende, quod accusatori forte non sic fauetur, quod deliberatus magis debuit venire ad iudicium, arg. infra, de dila. l. si quando. cum si. & etiam quia iudicem ad faciendum iniquum inducere voluit. Vel melius secundum Richar. quia non redimit sanguinem suum per transactionem, quia de illo non agitur, sed redimenti potius vendit, cum pecunia recepta transigit, vel etiam consentit cum gratis facit, & ab accusatione transit. Iterato contra eandem rationem arguo, quod reus transigendo non dicatur sanguinem suum redimere, quia pecuniam dando accusatori, videtur crimen fateri, vt ff. de his qui not. in fa. l. quoniam. & de iure fisc. l. eius qui. Sol. quod illa vendicarent sibi locum in transactione prohibita vt hic in secunda regula, non in permissa. vt in prima regula. & sic illa sm istam est intelligenda. Nunc contra prædictam sol. opp. & extra, vt hæc lex non mn in accusato: sed etiã in accusante loquatur. Tum quia hæc l. imperionaliter, & indistincte loquitur. Tum etiam quia trãsactio causatur ab veritate, partis consensu. vt §. eod. l. si diuersa. quinimo accusatorem magis

gis concernit, quam reum: quia propriè transigit, qui ab actione transitum facit. vt no. supra eod. l. secunda. & infra eod. l. iub. præ textu specierum. in glo. fi. & sic insolutum remanet contrarium de l. ab accusatione. Quapropter quidam dixerunt, quod hæc l. habet locum, si transactio est facta ante inscriptionem, non si postea vt in contrario: sed, non bene. dicunt, absolutè restrin-
4 gendo istam l. quia in quacunque parte litis loquitur. † Quapropter dic, quod est considerare transactionem secundum eius varios effectus. primo respectu processus impediendi: vt supra, eo. l. fratris. & quantum ad ipsum transigentem, ut amplius non audiatur, valet transactio. similiter vt nec iudex officio suo super eadem instantia possit procedere, in diuersa secus, ubi aliàs de iure posset, sic nec præiudicat alijs nouam accusationem instituere volentibus, vt in seq. contrario. Tertio, respectu pœnę Turpilliani, & diffinitiæ. & hic distinguendũ est tempus: quia ante inscriptionem, & dationem fideiussoris est permissa, nè incidat in pœnam. vt in l. ad Turpil. prima & eo. tit. l. quæsitum. post inscriptionem vero, accusanti est prohibita, non accusato. ut in glo. & accusanti est prohibita non principaliter, vt hic, sed in cõsequentiam vi desistentiæ. ut ff. ad tur. l. in senatus. §. qui post. & ita communiter dixerunt doc. præterquam Iaco. de Ra. qui singularem habuit opin. circa secundum effectum an amplius audiendi vel
5 non, vt infra dicam in q. 9. † Opp. quarto & principaliter, quod transactio non sit permissa. ut ff. ad l. Iulia. de vi pub. l. qui cetu. §. fin. Solu. quod permissa est in præiudicium sui, vt hic, non aliorum, vt in contrario. nec huic solutioni obst. ff. de iureiur. l. eum qui. §. in popularibus. & de præcar. l. præuaricationis, quia ibi iudicis auctoritas interuenit, hic secus: ut sequitur in gloss. vsque ad versicu. alij dicunt. Hæc solu. quantum ad l. præuaricationis, procedit sine dubio: quia sententia lata in criminibus præiudicat omnibus, & ius facit, quo ad omnes ut ibi, & l. si cui. §. iisdem. de accusa, & hoc ne de delicto eiusdem hominis sæpius quæratur. ut ff. nau. cau. stab. l. penult. & de accusa. l. senatus. sed inquãtum se refert ad iuramentum, de quo loquitur. §. in popularibus. non videtur tuta cum iuramentum sit triplex: quia aliud conuentionale, &c. vt in eod. titu. l. prima. §. in popularibus. qui cum loquatur indistinctè, videtur etiam in conuentionali loqui, quod iudicis auctoritatem non habet, licèt pro gloss. faciat verbum, exactum, ibi positum, quod iurisdictionem contentiosam interuenire, notat. arg. ff. de leg. tertio. l. fideicommissum. §. si rem. & de his quæ in frau. cre. l. si pupillus. similiter similitudo, quam text. ibi induceit de sententia, quod tene menti pro intellectu illius. §.
6 † Qui igitur tenent, quod in omni iuramento loquatur, dicunt, quod ideo præiudicat omnibus: quia iuramentum habet effectum declaratiuum, & pro veritate habetur. ut in eod. tit. l. eum qui. §. si mulier. & in eod. tit. l. sed si possessor. §. item si, iurauero. sed pactum, & trãsactio secus: immo habent effectum remissionis inductiuè. quod non potest fieri de iure publico. ut l. ius publicum. ff. de pact. Aliqui tamen, ut Bar. dicũt quod §. in popularibus. loquitur in ciuilibus actionibus popularibus: & quando agens agit pro proprio commodo, & interesse, cum duplex sit actio popularis. vt not. in l. si cui. ff. de verborum significatione. hic vero, in accusationibus criminalibus, in quibus quando possit iuramẽtum deferri, not. per eum de quæst. l. maritus. §. primo, & per doc. infra. de iureiur. l. in bonæfidei. & ff. eodem. titu. l. tertia. §. quicunque. & ibi not. per gloss. Sed attendendum, quod Bartol. non declarat, an in casibus, in quibus sacramentum potest deferri, an præstitum præiudicet omnibus. ideo glo. ista notanda, quæ vult, quod sic, quando iudicis auctoritatem habet, quod tene menti, & sic est conclusum, quod sententia præiudicat omnibus. & idem in iuramento, si habet iudicis auctoritatẽ. Pactum vero, & transactio præiudicat sibi, non cæteris. vt l. qui cętu. §. fin. Sed hoc vltimo fatebantur quidam in pacto. & ita intelligunt d. §. fi. sed transactionem dixerunt omnibus præiudicare vt hic. & hoc sequitur in glo. in vers. alij dicunt. vsq; ad ver.
7 item contra: hęc solu. non est bona: vt dicam in seq. contrario. Opp. 5. quod hęc regula permissiua, non sit vera: quia pactum cõtra publicam utilitatem non ualet. vt ff. de pac. l. iuris gen. §. si paciscar, & hoc contrarium format ead. gloss. in fin. Solu. dupliciter, ut in glo. primo quod illa distinguatur per istam. & hęc vera. Secundo, quod ibi in pacto gratuito, hic in transactione. & sic in pacto non gratuito. Et mouebantur isti, quia accusans de crimine publico exequitur, & administrat ius alicuius, quia omnium de populo, quibus iniuria dicitur illata. ar. sup. de episc. & cler. l. si quis in hoc genus. & l. raptores. & ff. de popu. ac. per totum: sed administrator non potest pacisci, sed transigere. ut sup. eod. l. pręses. & sup. tit. primo. l. pactum curatoris. Ad hunc text. qui eis obstabat, cum in pacto etiam loquatur, respondebant, vt in glo. ut exponeretur: idest transigendo pacisci. sed isti violant hunc tex. ideo istam solutionem reproba, primo per tex. nostrũ. secundo quia si transactio permittitur, fortius etiam pactum. ut ff. de his qui. no. in fa. l. athletas. in fi. & l. quoniam. Nec obst. l. pręses. & l. pactum. quia ibi in administratore reipublicę. hic in eo, qui non est administrator, sed solum habet exercitium actionis.

Item ibi in iure aliter spectante ad rem publicam, quam hic spectet. Primam ergo teneas secundum doct. Opp. 6. quòd a regula hic permissiua non tantum adulterium excipiatur, sed etiam raptus. vt inf. pro quibus cau. ser. premi. lib. acci. l. pen. continẽta l. Gracchus. inf. de adul. Solu. dupliciter. ut in glo. primo confitendo contrarium, vt vtrunque intelligatur exceptum propter similitudinem. quam habent, & sic ibi de remissione facti, non iuris loquitur. † Ista solutio est multum no. quia sentit, quod exceptio
8 a regula extendatur ad casum similem, vel in se maioritatem ra
a tionis continentem. [a] de quo plene scripsi in l. illud, supra. de sacrosan. eccl. & hanc solu, tenet Iacob. de Are. & Cy. per l. unicã. in fi. inf. de rapt. uirg. vbi dicitur, quod parentes transigentes puniũtur. Ex quo infertur, quod transactio est prohibita, aliàs non esset punienda. vt d. l. Gracchus. Secundo solu. secundum Ioan. quod solum adulteriũ excipitur, ita quod non raptus. Ad l. pen. in contrarium allegatam dic, quod immo concordat cum regula nostra, cum ibi supponatur, quod per pactum crimen fuit remissum. & sic remissionem tenuisse. Istam solu. tenuit Iaco. Bur. Bar. & dominus meus. primo per regulam generalem, quæ est, quod exceptio extra casum exceptuatã in alijs firmat regulã. vt in Authen. de non alie. §. ut autem. & not. in l. in his. ff. de leg. secundo, & fortius, quia exceptio nunquàm extenditur ad casum dissimilem, & in quo ratio est diuersa, ut etiam sentit hic præcedens solu. gl. sed ratio in adulterio est in punicitia, per quã reducitur sanguinis perturbatio. & hęc ratio solũ habet locum in nupta. vt infra. de quæstio. l. super statu. Item ipsius delicti frequentatio, vt sic multis crassantibus. vt ff. de pœnis. l. aut facta. §. quod si. & ad l. pen. in contrarium alleg. respond. quod ibi de raptu nuptę, in qua concurrit adulterium. sed secũ Richar. hic, & ibi de raptu virginis intelligitur, tamẽ nuptę. & sic sicut nec hic, ita nec ibi tenet remissio: Sed meo iudicio hęc sol. violat illum tex. ideo tutius videtur dicendum, quod remissio tenet quantum ad remittentem, vt amplius non audiatur: sed non præiudicat alijs accusare uolentibus, nec iudici inquirere volenti, vt sup. in testia oppo. & eius declarationibus dixi. Seruus tamen, qui facilius raptus detexit, premium libertatis consequitur, vt ibi, & ista valde bene stant simul. nam nedũ si fuit remissum: sed etiã si sub dissimulatione fuit transitum, libertatem consequitur, vt ibi in tex. Ad l. primam. in fi. de rap. vir. quam alij induxerũt pro prima solu. hic posita. respondeo, quod speciale est in parentibus quorum maximè interest tale facinus puniri, ut transactio in eorum persona dicatur prohibita, quantum ad effectum pœnæ eis imponendæ, vt supra dixi in desistente: sed tenet transactio, vt amplius transigens non valeat, accusare volens, ut hic.
9 † Oppo. 7. quod de adulterio [b] licet transigere. vt Authen. vt lic.
b ma. & auiæ. §. penult. Sol. ut glo. videlicet, quod clausula generalis ibi posita non refertur ad crimen adulterii: ne relatio esset iuri contraria: & ne l. correctio inducatur, quod tamen hic voluit prima solutio. & male. Alij tamen volentes, quod clausula referatur ad omnia, dicunt, quod ibi gratis, & amicabiliter non transigendo, vel pacisccendo. vt hic, ita no. in contrario, mouentur per §. adulteram, in authen. vt nulli iudi. sed hęc solu. non est tuta. quia in §. adulteram, pena erat iam inducta. vt no, in seq. contrario. & sic delictũ non remanebat impunitum. Item nec antę §. adulteram. erat prouisum de pœna sustigationis, sed erat pœna mortis. vnde non potest dici, quod nullo tempore reconciliatio foret permissa. vnde secunda hic posita tutior. vel ex gloss. dixit Ia. de Belui. quod hęc l. habet locum in adulterio vero: illã in presumpto. quia trina protestatione præcedente, iterato repetitur loqui cum protestante vxor, & ideo facilius transactio permittitur. † Hęc. sol. est notanda ad quæstionem, statuto cauetur, vt de maleficijs, quib. est facta concordia, nulla fiat punitio excepto homicidio. alio statuto cauetur, quod qui aliquem de oculis cęcauerit, puniatur, ut homicida. Quæritur an si de hac cęcatione sit facta concordia, sit punitio impedita. & dixit Bar. quod sic attenta solutione prædicta. & eodem modo videtur, supposito primo statuto. Et alio statuto cauetur, quod accusator de homicidio cõtumax habeatur pro conuicto & cõfesso, & condemnetur ad mortem, & aliquis ex contumacia fuerit cõdemnatus de

ADDITIONES.

a ¶ Vel in se maioritatem rationis continentem. tu vide omnino pro huius dicti elucidatione, quod no. Anto. Corse. sing. suis in versic. statutum, quod inci. no. Vnum dictum.

b † Quod de adulterio, quod transactio super adulterio non valeat. adde Bal. hic in 1. col. in tribus locis, præsertim. in 2. no. & Doct. maxime de iure canoni. Pau. de Cast. consi. 120. inci. notandum, quod adulterium. vide glo. in Auth. vt li. ma. & auiæ. vet. fin. si amicabili.

† Adde Pau. de Cast. consil. 120. incipien. notandum, quod adulterium, & quid in clerico. vide Bal. hic nu. 12. & ibi in apost. ad ipsum. in versicu. recepta pecunia. Feein. in c. nulli. colum. secunda. versicu. tamen in quantum. Do. Abb. alleg. Bar. extra eo & an licet facere pacem super eo. vide Ioan. de An. c. 1. col. 15. ext. de collus. dete. Bar. consi. duo 44. inci. super eo, quod quæritis a me domine potestas. & an stante furto de adulterio pacificado nificiat hoc casu, habere pacem a marito. Vide Pet. consi. 91. & Bar. consil. 76. & melius consi. 162. inci. potest ci terræ.

de homicidio, & pax fuerit sequuta, certè impedita erit condemnationis executio, quia statutum verum non presumptum vel fictum exceptat homicidium secundum solu. predictam. sed pro hoc optimè facit. ff. de nego. gest. l. tertia. §. hęc verba, cum glo. sua. Oppo. octauo, in Authen. ut nulli iudi. §. adulteram. solu. ut sequitur in glo. quia ibi de gratuita reconciliatione, & condemnatione iam facta, & pœna iam inchoata. vnde delictum remanet
11 impunitum. † Ex ista sol. quam docto. communiter sequuntur, notanter collige, quod de crimine, in quo imponitur pœna simplex fustium, facit transigere. & dicitur crimen capitale: quia, & sanguis funditur, & parificatur crimẽ capitale, & sanguinem fundi, vt ex sequenti regula colligitur. Nam cum speciale sit in adulterio, in quo pœna est hodie fustium in muliere. vt in authen. hodie, inf. de adulte. vt non possit transigi ante condemnationem, & fustium illationem, sequitur quod in alijs in
12 contrarium est ius commune. † Item ex ea no. quod in criminibus iudex non debet studere ad reconciliationem partium ante condemnationem: sed postea sic. & hic referunt quidam Iaco. Butrig. hoc dixisse in l. equissimum. ff. de vsufru. Opp. 10. ad idẽ, & fortissimè de l. si maritus. §. si negauerit. ff. de adulte. sol. ut sequitur in glo. quod ibi in repudiante, hic in transigente, vel pacisente. Pro huius sol. declaratione est attendẽdum, quod suppo-sito, quod gloss. dicat uerum, quod ibi repudiauerit. solu. non est tura: quia renunciatio non debet plus operari, quam pactum. vt no. sup. tit. 3. l. I. immo si pactum nõ nocet, quod sui natura est potentius ad nocendum, minus repudiatio. vt infra. de collati. l. pactum. Et licet quidam conentur defendere dicentes illud verũ, nisi renunciatio induceret, vel implicaret quandam tacitam confessionem, per quam renuncians videtur fateri, se ius non habere, quod non est in pacto: ideo contra confessionem suam venire non potest. argu. inf. de fide instr. l. tertia. Defensio nihil valet, Primo quia fallum est, quod renuncians, vel repudians videtur fateri, se ius non habere, immo totum cõtrarium. vt l. post quam liti. sup. tit. primo. & sup. de iur. & fac. igno. l. secunda, & de lega. secundo. l. si ita scriptum. §. si sub conditione. Secundo quia si illud verum esset, quod hic tacita confessio induceretur; si expressum inducens non valeret, nec tacitum resultans, vel inductum valere debet, nec obesse. vt ff. de seruit. rusti. præd. l. item in fi. cum
13 si. sibi alle. Quapropter forte Pet. dicit, quod sicut pactum nec transactio tenet, vt hic. ita nec repudiatio valebit, vt ius reo quæratur, per quod repudiatem repellere possit accusare volentem videlicet extraneum, sed bene valet, vt tollat sibi priuilegium accusandi ex priuilegio marito, vel patri concesso, ne de præsumpta calumnia teneatur, ut ibi: & est ratio: quia specialia facilius tolluntur, quam communia. ut in Authen. de non alie. §. quia vero. & ff. de test. mil. l. eius. §. i. & hoc sequitur Cyn. Alij dixerunt, quod in nihilo præiudicat. sicut nec pactũ. sed ibi est ratio, alius enim præuenit in accusando. ut ibi nota. hæc diuinat, & præce-
13 dens videtur contra illum tex. in fi. † Alij, vt Bar. dicunt quod pactum, vel transactio non valet, vt hic. vnde pacisens, vel transigens virtute transactionis, vel pacti non poterit repelli: sed bene repelletur: quia animo suspectũ se fecit, siue accusatio erat iam instituta. ut ff. ad tur. l. qui desistit. & de adul. l. miles. §. socer. siue non erat instituta: quia in negligendo in crimen lenocinij incidit, ut l. prima. §. cæterum. & §. seq. eodem. titu. sic, & in repudian-
14 te, siue accusatio erat instituta, siue non: & ita debet intelligi. §. si negauerit. † Nec dicas: ergo lex ista seruit nobis de vento, excipiendo crimen adulterij, cum idem sit tunc in eo, quod in alijs criminibus pœnam sanguinis ingerentibus, in quibus pacisendo libi præiudicat, quia respon. quod in illis sibi præiudicat: ut exceptione pacti, vel transactionis repellatur, quod non erit in adulterio. Item in alijs criminibus super accusatione instituta non poterit iudex procedere etiam ex officio. quod secus erit in adulterio: quia iudex eum repellit demum, vt suspectum de collusione. ideo vlterius proceder, & supplet de facto recipiendo testes ex officio, quos voluerit ad conuictionem accusatio. arg. l. secunde, infra. de abol. quæ ad hoc est notanda, quod tenementi pro statutis concordiam, vel renunciationem quandoq; in casibus prohibentibus. vt ibi scripsi. & ex his patet intellectus huius primæ regulæ, & suæ exceptionis. Vel si vis tenere solu. gloss. attende, quod differentia est inter repudiationem, seu renunciationem, pactum, seu transactionem. nam qui repudiat, vel renunciat iuri accusandi, repudiat ius delatum in eius persona non radicatum, nec aliquid libi conseruat. vnde ipso iure excluditur, ac si sibi non deferretur, cum vindicta sit reipublicæ, & cuilibet uolenti negotium sit commissum. vt ff. de publ. l. licitatio. §. quod illicitæ. & dixi supra. in 5. cotrario. ideo merito post simplicem repudiationem, non auditur, nec beneficio speciali: quia nec iure patris, vel mariti, nec iure cõmuni, & sic nec iure cuiuslibet extranei. vt d. §. si negauerit. in fi. simile in eo, qui simpliciter repudiat hereditatem, vt l. i. §. sed videndum. ff. de successorio edicto. cum ibi no. sed qui pacisitur, vel transigit, ius accusandi ipso iure a se non abdicat. sed exceptionem pacti, vel transactionis contra se parat, vbi pactum, & transactio valeat. ut hic. & sup. eo. l. fratris. & ff. de pac. l. si vnus. §. pactus. secus ubi non tulet. quia tunc nec pacti, uel transactionis obstat exceptio: ut hic in exceptione de adulterio, nec ex hoc solum puto eum omiti, ut suspectum: ex quo non negligit, sed persistit, & per consequens non desistit, & cessant ll. allega. per Bar. aliàs l. ista uerbis, & non rebus erit imposita, contra l. secundam. infra. communia de leg. licèt fateatur, quod iudex semper; debet esse in speculatione, ne aliqua fiat collusio, nec obstat ratio doc. per quam reprobant gl. quia in casu nostro ius, quod repudiatur, est præsens, & purum. ideo repudiatio valet ibi in conditione: & sic sub spe fallibili in futurum, ideo non valet. Nec etiam obstat, si dicatur, quod per pactum actiones criminales tolliturʼ ipso iure. ut ff. de pac. l. si tibi. §. i. quia illud in actionibus: hic in accusationibus tum dictam publicam concernentibus, & ex his apparet glo. defensata, & etiam est expedita tota glo. magna. Nam 3. quod sequitur in glo. expediui supra pro. 5. contrario. Opp. 10. extra glo. de l. si quis dicat. ff. man. Sol. quod hæc in publicis. illa in priuatis. hoc non valet: quia idem est in priuatis, quando pœna non applicatur parti, ut dicam in 8. q. ideo melius solu. ut in sol. quam ibi dicam. † Nunc transeo ad quæstiones, in quibus expediam glo. seq. Quæro primo, quæ sit ratio primæ regulæ. Respon. quia unicuique licere debet sanguinem suum redimere. ut no. hic in prin. 3. glo. & dixi sup. in tertia opp. Quæro. 2. si pœna sit mutilationis membri, die, quod est permissa ut dixi in secundo, 3rio. Quæro. 3. si pœna sit fustigationis. dic quod permitti uidetur. ut
16 dixi in octauo contrario. † Quæro, quid si pœna sanguinis ad pe
a cuniam sit redacta per statutum, [a] an poterit transigi. Istam questionem latius hic examinat Cyn. & breuiter ueritas est, quod non: per regulam secundam hic positam: & quia cessante causa, uel ratione cessat effectus, & iur. dispositio: sed causa permissionis est redemptio sanguinis. ut sup. dixi. ergo, &c. Item, quia iudiciorum qualitas iudicatur ex genere pęnę. ut ff. de publi. iud. l. 2. si ergo a pœna est recessum: ergo, & ab omnibus prouenientibus in consequentiam illius pœnę. inf. de lati. liber. to. l. I. in prin. & inf. de edic. diui. adri. to. l. I. fin. in princ. & sic per accidens origo erit conuersa. † Quinto quæro, quid si pœna pecuniaria est
17 in dispositione, sanguinolenta in conditione, uidetur quod transactio sit permissa, si in eo iudicio tractetur de pœna sanguinis, non aliàs, cum primo casu causa proficiens absorbeat impedientem: ideo spectanda. ff. de iur. fiscal. non intelligatur. §. si quis pilam. & etiam quia potentior. ut ff. ad sil. l. si quis in grauì. §. fi. & circa prædicta uide, quod scripsi in simili inf. de accu. l. reos. & in
18 repetitione mea. §. ad crimen. † Sexto quæro, quę fuerit ratio
b exceptionis adulterij. [b] Resp. duplex. l. impudicitia, per quam inducitur sanguinis perturbatio & delicti frequentatio. ut dixi in sexto contrario. non autem granitas delicti, ut quidam uolunt,
19 cum homicidium, & alia plura sint gratiora. † Septimo quero, quę fuit ratio secundæ regulæ negatiuę. resp. quia cum cessaret ratio redemptionis sanguinis, insurgebat zelum, & fauor publicus puniendi delicta, ne remanerent impunita. ut ff. ad l. Aquil. l. ita uulneratus. & de facili diuites, & potentes corrumperent pauperes, & humiles oppressos pecuniis, ut euaderent, & sic daretur occasio delinquendi, 5. l. conuenire. ff. de pactis.
20 † Octauo quero cum gl. cum hęc transactio non permittatur in publicis criminibus pœnam sanguinis non ingerentibus, quid
c in priuatis c delictis pœnam sanguinis non ingerentibus. dicit Io. quod transigi, & pacisci potest: quia omnia dicuntur licere, quæ iure prohibita non apparent. ff. ex quibus cau. maio. l. nec non. §. sed quod eis: & de proba. l. ab ea parte. Confirmatur, quia quod in uno prohibetur in alio permittitur. l. cum prętor. ff. de iudi. & l. maritus. §. de proc. sed hoc in publicis prohibetur, ergo, &c. Item quia causa est propria remittentis. ergo remitti potest: ut Iuris gentium. §. si pacisear. ff. de pac. In 3rium facit: quia compromitti non potest. ut ff. de arb. l. non distinguemus. §. Iulianus. at compromissum instar habet transactionis, ut in Auth. ut differentes iud. in prin. ergo, &c. Sed hoc non obstat: quia illud ideo, quia arbiter imponere pœnam non põt, ut ibi notatur. sed pars bene potest remissionem facere. Item, quia si posset transigi, non imponeretur pœna. ut inf. de adult. l. Gracchus. sed pœna infamiæ reo imponitur, & pro cõfesso habetur. ut ff. de his qui no. infam. l. quoniam. ergo, &c. Sed non obstat: quia illud quo ad infamiam, non quo ad condemnationem ex delicto fiendam. ut ibi no. quid igitur dicendum? gl. ut in ea. sequitur, distinguit. aut de crimine agitur criminaliter, & non potest, aut ciuiliter, & tunc põt. & ita pertransit Cyn. sed ista uerba non sunt clara. nam glo.

vt

ADDITIONES.

a Per statutum. Adde quid in quasi termino huius. q. quid si quis transegerit, vel pacem fecerit, debeat commune habere illam pœnam pecuniariam, & vide Io. And. in addi. ad Spec. titu. de accus. §. 5. versi. sed pone.

b Quę fuerit ratio exceptionis adulterij. Adde Pau. de Cast. hic, q. difficile est de hoc quæsito reddere rationem, nisi persuasiuam delicti, vel fauore matrimonij.

c Quid in priuatis. Adde Cyn. hic. in 3. q. Alb. Io. Fa. Pau. de Cast. in 2. colum. d. Ant. de But. in c. i. de collu. deteg.

variarunt, quando dicatur agi criminaliter, & quando ciuiliter: nam in l. si qua per calumniam. supra, de Episcopis, & clericis. vult glos. quod tunc dicatur agi criminaliter, quando agitur, vt
23 pœna corporalis imponatur; ciuiliter vero, quando agitur, vt pecuniariter puniatur, licet pœna fisco sit applicanda, & idem sentit in l. qui sepulcra. infra, de sepul. viola. sed in l. lege. in eodem titu. & in l. aut damna. ff. de pœnis. dicit, quod ciuiliter agitur, vbi pœna parti applicatur: secus vbi fisco, & omnes veræ, secundum diuersas constitutiones, & respectus, vt scripsi in dicta l. prima. Restat modo videre in quæstione nostra, quid dicendum? & breuiter recitabo opinio. nouas, post glos. & Modernores, & earum motiua; & postea concludam, quid mihi videtur tenendum. Dicit enim Iacob. Butriga. quod opinio. Ioan. erat simpliciter, & indistincte vera, vt etiam si criminaliter agatur quouis ex prædictis modis agatur, vel quia pœna sit corporalis, vel pecuniaria applicanda fisco, teneat, & valeat transactio, ita quod sequi non possit amplius condemnatio, & mouetur ex quatuor; Primo, per hunc text. qui prohibet in publicis; ergo permittit in priuatis, argumen. l. cum prætor. ff. de iudic. Secundo, quia absurdum est, vt substantia rei sublata remaneat eius imago, vt infra, de latinitate liber. toll. l. prima. in princip. sed in casu nostro, si aliter dicamus hoc absurdum sequitur, ergo & cætera. Minorem declaro, nam licet ex iniuria prædicta pœna debeatur fisco; non ideo debitum, quia fisco facta sit iniuria, sed tantum in vindictam iniuriæ factæ priuato; igitur si iniuriam illam priuatus remittit, substantiam iniuriæ tollit, & penitus extinguit, vt ff. de pactis. l. si tibi. §. quædam. & l. iuris gentium. §. si pacisear. in princip. & l. si vnus. §. pactus. & per consequens sequitur, quod ex illa procedi non potest, nec condemnatio sequi ex eodem processu. Tertio, quia si sequi deberet condemnatio, hoc non posset euenire, nisi ex nouo processu; sed hoc est impossibile, quia in istis delictis priuatis non competit ius accusandi, nisi ipsi iniuriato, vt not. in l. fina. ff. de priuatis delict. & super rubric. de populari actione. sed ipse non potest obstante transactione, nec iudex in priuatis delictis potest inquirere. & maxime in terminis nostris, in quibus substantia iniuriæ est sublata, quod secus est in publicis, in quibus iniuria fit omnibus in vniuerso, vt supra, de hæreticis. l. Manichæos. Quarto videtur text. ff. de manu. l. si quis dicat. & hæc opinio singulariter est notanda, quia concludit etiam si iniuria, vel de-
21 lictum fuerit iam probatum. † Superuenit Bart. & dicit, pactum, & transactionem tenere in præiudicium sui, per supra allegata, sed non in præiudicium fisci, nec aliorum, quos dicit de iure accusare posse, vt sunt hi de cognatione iniuriati, de quibus in l. lex Cornelia. in princip. ff. de iniur. & l. neganda. infra, qui accusare nõ possunt. Et mouetur primo, per l. secunda. infra, de abolit. sed illi respondebat Iacob. Butriga. quod in publicis delictis loquitur. Secundo, quia in læsionem fisci non licet pacisci, vt supra allega. §. si pacisear. ad fin. ff. de iure fisci. l. in fraudem. in princ. vbi debitor fiscalis non potest lucrum delatum non quærere in præiudicium fisci. Tertio, quia priuatus nõ potest in præiudicium tertij legatum repudiare, cui ex legato commodum potest quæri, vt ff. de bonis liber. l. liberto octuaginta. Simile de hæreditate, quæ in præiudicium legatariorum non repudiatur, vt infra, si omisicati. test. l. secunda. nec in preiudicium fideicommissarij, cui debet restitui, vt infra, ad Trebellianum. l. non iusta. cum similibus: ergo fortius, nec in præiudicium Iuris, qui consueuit priuilegiatus dici, vt infra, de priuileg. fisc. per totum. Sed ab his potest Iacob. Butriga. defendi, quia in vltima voluntate loquuntur, quæ est fauorabilis, vt l. prima. supra, de sacrosanctis ecclesijs, nos in pœnalibus, & odiosis. Vel in dict. ll. non præiudicat ei, cui emolumentum debet quæri ex dispositione, & voluntate tertij, hic præiudicat ei, cui emolumentum debet quæri ex voluntate, & facto remittentis, & non quærentis. Quarto, quia remissio facta ab vno, non debet præiudicare cæteris ad accusandum vocatis, vt ff. ad l. Iul. de vi pub. l. qui cętu. §. fina. & not. supra, in tertio contrario, & probatur ff. de sepul. viola. l. tertia. §. si is cuius. & ff. de pactis. l. in persona. & pro hoc regula generalis posita in eodem titu. l. si vnus. §. ante omnia. Sed secundum Bart. ad accusandum vocantur cæteri de cognatione iniuriati, vt ff. de iniur. l. lex Cornelia. in princip. & infra, qui accusare, non possunt. l. neganda. ergo, & cętera. Sed ab hoc defenditur, quia hoc, quòd in l. lex Cornelia, dicitur habet locum, quãtum ad vim, & potestatem cognoscendi, & iudicandi, vt ibi in text. non quo ad hoc, vt eis detur actio propria ex tali lata iniuria, quòd patet, quia speciale in parte, & filio, vt l. sed si vnus. §. filiem non foret remissa, alias secus, vt in casu nostro. Et eodem
22 effectus. † Quinto confirmat, quia qui aduersarium corrumpit data pecunia in causa fiscali, habetur pro conuicto, vt ff. de iure fisci. l. eius qui. in princip. & sic non est permissa transactio. Sed aliud est gratis pacisci, vel etiam non gratis transigendo, aliud est corrumpere aduersarium, vt contra se patiatur ferri senten-

tiam. Præterea licet habeatur pro conuicto, non potest procedi, quia tublata est substantia iniuriæ per remissionem. vt inquit
23 Iacob. Butriga. † Sexto confirmant, quia actori non licet etiam in priuatis delictis desistere, vt ff. ad Turpillianum. l. si quis. §. primo. sed hoc nil obstat, quia etiam in publicis pœnam sanguinis ingerentibus, in quibus permissa est tranactio, hoc euenit, vt in tertio contrario circa primam regulam dixi. Et prædictarum rationum aliquæ fuerunt formaliter Bart. aliquas ex dictis eius in solutionibus collegi. Septimo, hoc idem confirmat Bal. dicens simpliciter transactionem non tenere, quia non tam persona, in qua originatur iniuria, quam persona, ad quam commodum debet peruenire, est spectanda, imò magis, argumen. ff. de donatio. inter virum, & vxorem. l. mulier quæ, & ad leg. Falcid. l. cum dotem. Sed responderi potest, primo ad l. mulier, quod ibi ratio considerandi personam ad quam, est: quia in prima persona originatur non est donatio in substantia, sed electa, vt ministra. In casu nostro in persona prima est sublata iniuria, & propter eius iniuriam pœna debetur fisco, vel corporalis imponitur: vnde extincta iniuria, debet cessare pœna. Secundo, ad l. cum dotem, respondeo, quia Falcidia debet detrahi de legati commodo, quod quia ibi non extat, ideo non detrahitur: similiter pœna debetur ex iniuria priuata, ea igitur remissa, non debetur pœna, & sic magis facit pro, quam contra. Octauo, inducunt, quod not. glos. ff. ad Sillanianum. l. secunda. sed nil facit, quia in absolutione plenaria loqtur, & in crimine publico homicidij. Nono, pro ista parte induco talem rationem, beneficio alterius ad aliquod beneficium admissus, non excluditur pacto renunciatione, vel omissione illius, vt ff. de contrat. tabul. l. si post mortem. §. fina. & not. in eodem tit. l. tertia. §. si quis ex liberi. ergo, nec in proposito fiscus. Sed non obstat, quia illud vendicat sibi locum, quando admisso, vel vocato bona alterius petenti daretur actio, petitio, vel accusatio, quod non est in casu nostro, quia ex accusatione iniuriati fisco non competit ius agendi, vel accusandi. Decimo, pro ista parte induco rationem, quam ponit text. in l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publica. Sed dici potest, quod ibi nulla facta fuit remissio, & etiam, ibi violentia interuenit, quæ crimen publicum concernit, quid igitur in quæstio. di-
24 cendum? † Breuiter ego sic distinguo. Aut pœna est capitalis, aut pecuniaria; primo casu, aut sanguinolenta, aut non: si non sanguinolenta, dico, quod transactio valet, sicut in publicis, quia ratio redemptionis sanguinis proprij, quam dixi fore in publicis, habet locum etiam in priuatis; sed in hoc erit diuersitas; quia in publicis non præiudicat alijs, sed in priuatis non expedit hoc tractare, quia alij ad accusandum non admittuntur. vt not. in l. fina. ff. de priuatis delict. Nec ob. l. Cornelia. ff. de iniurijs. nec l. neganda. quia respondeo, vt supra, si pœna non est sanguinis, licet capitalis; dico, quod pactum, vel transactio non tenet ipso iure etiam in præiudicium remittentis, & hoc ideo, quia negari non potest, quin mixtim tractetur de remittendo ius priuatum, & publicum; licet in consequentiam, & secundario de priuato constat, ideo priuatum delictum dicitur de publico, patet propter pœnam, quam rigor disciplinæ publicę expo-scit, vt dict. l. licitatio. §. quod illicite. vbicunque enim pœna applicatur parti, vendicat sibi locum ratio illius text. Et pro hoc accedat etiam l. si ita vulneratus. in fin. ad leg. Aquil. cum similibus. Modo sic arguo, vbi mixtim tractatur de renunciando iuri priuato, & publico, vel priuato tantum; & vnum non potest separari ab alio, non tenet renunciatio, vt probatur ff. de pactis dot. l. de die. coniuncta l. prima. ff. soluto matrimonio. & ff. de procurator. l. filius famil. §. milites. & infra, de iuramen. calum. l. secunda. §. sed quia veremur. sed ita est in proposito, ergo, & cętera. Minor patet ex iam dictis, quia non potest tenere renunciatio in priuato, quin teneat in publico, cum alij pręter iniuriatum non admittantur ad accusandum, sed preiudicare nõ potest in publico, vt l. iuris gentium. §. si pacisear. ad fin. & l. ius publicum. ff. eodem. & l. in fraudem. in princip. ff. de iure fisci. & l. liberto octuaginta. ff. de bonis libertorum. & l. non iustum. ff. ad Trebellianum. ergo necessario non tenet renunciatio. Et pro hoc regula, quę dictat, quod in inseparabilibus vtile per inutile vitiatur, vt not. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. si certum petat. pro hoc induco l. istam, in secunda regula, vbi dico esse casum mentaliter, & subtiliter considerata; pro tanto pondera, quod prima regula est quodam modo exceptio secũdę; ideo secunda restrictiua generalior ea, vt hic not. secunda. glossa. Item pondera, quod in criminibus publicis, licet non ingerentibus pœnam sanguinis, cuilibet de populo competit ius accusandi, ideo appellatur publicum, quia populicum: sed hic est casus, quod licet cuilibet accusare, tamen non tenet ipso iure pactum, vel transactio etiam in preiudicium pacisentis iniuriati, cuius principaliter interest iniuriantem puniri, & hoc non est, nisi quia ad lęsionem publicę disciplinę, non licet transigere, nec priuatus fauor potest ab illo publico separari, & hęc ratio habet locum in crimine priuato, cuius pęna sit capitalis, & non sanguinolenta, ergo, & cętera. & ex hoc patet, quod obstat

prima

prima ratio Iacob. Butriga. cum hic non loquatur de publicis eo respectu, quia quilibet admittatur ad accusandum, quod nõ in priuatis, sed loquitur in publicis eo respectu, quia rigor publicæ disciplinæ pœnam exposcit, quod est quandocunq; ut pœna non applicetur parti, vt dict.§.quod illicite; Similiter secunda, & tertia eius ratio non valent, quia supponunt pactum, & transactionem valere, saltem respectu transigentis, quod non est verum, vt patet ex prædictis. Ad quartum, de text. l.si quis dicat, ff. de manumiss. respondeo, quod ibi seruus traditur puniendus domino, non liberandus; vel iam ibi patefactum erat delictũ in iudicio, & super eo renunciatum super principali, pnũciando ꝗ seruum, vel ibi speciale; ne addatur afflictio afflicto, id est, domino iniuriato: nam pœna non tam esset serui, quàm domini, quia amodo careret seruo, & si ibi speciale, in contrarium debet esse ius commune, & sic magis facit pro, quàm cõtra. Et hoc de primo membro principali. Secundo vero casu, quando pœna est pecuniaria, dic, aut fisco applicanda, & dico idem, quod transactio non valet, neque pactum, per proxime dicta; & hoc etiam voluit glossa nostra, quia tunc causa est criminalis, vt in princip. nostræ quæstionis dixi. Aut pœna est parti applicanda, & tunc valet pactum, & transactio, vt dicto §. si
25 pacifcat, & modo est verificata, & lucidata glossa nostra. † Quæro cũm glos. sequen. an transigens habeatur pro confesso, & dicit glos. quod sic, vt ff. de præuia. l. in omnibus. Quod secus intellige in pacto gratuito, vt ff. de his, qui notantur infam. l. furti. §. pactus. ideo notanter glos. in transactione dixit, quæ est pacto non gratuita; ideo glos. est signata, super secunda regula negatiua, alias non habetur pro confesso, vt dixi in tertio contrario. Item not. quod in dict. l. in omnibus. text. dicit, quod habetur pro victo, quod gloss. hæc interpretatur pro confesso, & sic victus per confessionem intelligitur, quod intelligeipso facto, quo ad notam infamiæ, vt dict. l. quoniam. de his, qui notantur infam. & infra, de iur. ma. l. si tutor. sed quo ad alia est necessaria
26 sententia, vt ff. de iure fisci. l. eius qui. † Quæro decimo. cum glo. sequen. an in istis criminibus, de quibus hic in secunda regula, non potest transigi, saltem liceat gratuito pacisci. Respond. glo. quod sic, quia text. hic solum de transigente repetit. Doct. contra, quia vtrobique est eadem ratio, ne processus retardetur, & disciplinæ publicæ præiudicetur, ergo idem ius. Item, quia in præcedentibus dicta intelliguntur in sequentibus repetita, vt l. Titia. §. idem respondit. ff. de verborum obligationibus. & responsio facta vni de duobus intelligitur facta, & in alio, supra, de diuer. re. l. prima. sola ergo remanet differentia respectu factæ confessionis, vt in præcedenti quæstione dixi. Quæro vndecimo, an eisdem criminibus inter eos teneat transactio, vel pactum. Quidam, quod sic, sed sola glos. determinat in contra. alias nulla esset differentia, si quis transigat super re familiari, vel publica, vt sequitur in glos. vsque ad fin. Adde, quod non esset differentia inter hanc regulam, & præcedentem, cum in præcedenti præiudicet sibi, & non alijs, vt not. hic in glos. magna. Sed hic aduertendum, quia si ita est, quod hic non valeat quo ad se: multominus debet valere in præcedenti regula, quãdo pœna est sanguinolenta, alias melioris conditionis esset plus delinquens, quod esse non debet, vt supra, de Episcopis. & clericis. l. presbyteri. & ff. de offic. præsid. l. diuus. & de donatio. inter virum. & vxorem. l. tertia. §. primo. Quapropter ne hoc cuemiat, Iacob. de Aret. dixit, quod siue crimen sit sanguinolentum, siue non, transigens, vel pacisens ante accusationem instituta in, iterum poterit accusare, pacisens, vel transigens, postea non poterit propter pœnam Turpilliani, in quam incidit. Et ad hanc l. respondet, quod solum notare voluit, vt pactus, vel transigens in causa sanguinis non præsumatur fateri, & isto respectu plus delinquens, non præsumatur fateri propter grauissimam pœnam ei infligendam: vnde cautius prouidendum, vt infra, de appella. l. addictos. & hunc intellectum Iacob. Butriga. dixit, sibi non displicere; sed communiter Doctor. sequuntur glos. nil vltra addendo. Ego etiam sequor glos. nam in titu. isto tractatur de validitate, & efficacia essentiali transactionis; ideo rubricatur a nomine iuxta ea, quæ dixi super rubrica, de eden. Secundo hoc confirmat text. iste, qui de licita, vel non licita; & sic de iuridica, vel non iurid. ca loquitur; & iuridica consueuit præiudicare partibus, vt supra eodem, l. fratris. & l. si diuersa. ergo, & cætera. Tertio, quia in text. isto nil de vi confessionis dicitur, ergo ad hunc intellectum tantum. l. ista non inducitur, vnde intellectus Iacob. tanquam diuinitiuus est reijciendus, licet satis esset æquus. Quarto, quia tunc exceptiones non essent bene hic positæ: nam si in crimine sanguinolento licet quo ad hunc solum effectum, ne reus habeatur pro confesso, non quo ad hoc, ne accusator non possit conuenire; ergo in crimine adulterij a prima regula excepti, habebitur pro confesso. Et in exceptione a secunda regula, falsarius non habebitur pro confesso, quod videtur absurdum per eandem rationem Iacob. de Aret. quia maior est pœna adulterij, quam vt plurimum pœna falsi, vt not. in sequen. gl. & quando esset par; quia vtraque sanguinis, non video rationem, quare magis vnus, quam alter, imò minus adulter, ne fedentur matrimonia. Quinto suadet ratio, quia transactio ab allusione vocabuli, magis concernit actorem, quàm reum, quia transactio est ab actione transitio. Sexto, quia text. iste nedum de transactione, sed pacto loquitur, propter quod quis pro confesso non habetur, vt ff. de his, qui notantur infam. l. furti. § pactus. & sic non potest stare hic Iacob. intellectus. Ad rationem Iacob. de Aret. respondeo, quod ratio redemptionis proprij sanguinis, quæ nedum vertitur ex parte accusati, sed etiam accusantis puniendi similitudine suppliciij, est illa, quæ transactionem permisit: non enim de facili mortis hominem lex quæsiuit ignara, & dubia de delicto, quod asseritur perpetratum; alterum enim eorum perire fore necessario, vel transactionem per pactum voluit obstare in odium eius, qui de tam grauidelicto pepigit, vel transegit. Vel secundum intellectum Bart. in primis remouetur vi transactionis, in secundis vi suspicionis, & sic effectu satis est idem, sed præcedentes magis
27 placent per ea, quæ in sequen. quæstio. dicam. † Quæro duodecimo, cum glos. sequen. quare in crimine falsi sit permissa transactio. respondet glos. primo, quia in crimine falsi, vt plurimum imponitur pœna sanguinis, & sic sub prima regula continetur. Sed glos. istam reprobat, & merito, quia exceptio est de vniuersitate regulæ, & sic cum istæ regulæ sint de criminibus, quorum pœna non est sanguinis, similiter erit exceptio, & sic concludit, quod quæuis pœna imponatur, transactio erit permis-
a sa. [a] hoc confirmatur, quia eadem res iure diuerso non debet censeri, vt ff. de vsuc. l. cum qui ædes. sic nec hæc exceptio falsi, & ita tenendum. Sed ex hoc non est soluta quæstio; ideo cum Hug. de Fontana dicendum, quod ratio est, quia conuicus de falso, amplius iudicandus non est homo, cum amodo sit sine fide; quæ magis congruit homini, vt ff. de pactis. l. prima. in principio. hinc est, quod ei amodo veritas non creditur; hæc enim est pœna mendacis, vt infra, de non numerata pecunia. authen. contra, qui propriam. & infra, de suscep. & arc. l. si quis aliquid. libro decimo. nam semel malus semper in eadem specie creditur malus. l. si cui. §. ijdem. ff. de accusatio. & sic, quodammodo iudicandus est extinctus, cum peior sit eorum vita, quam mors, argumen. supra, de apostat. l. hi qui. vnde ne ad hanc extinctionem peruenireturtransactio, & pactum permittitur. sicut quã-
28 do pœna est sanguinolenta, vt in prima regula. † Quæro decimo, cum Mart. sill. an pecunia ex tali transactione pro ista peti possit, & respondet iste, quod non, si conuentio fuit nuda; idem si vestita in casu, quo transactio fuit nulla, vt supra, de ꝛ ga. l. non dubium. secus si fuit aliqua, vt hic, in prima regula, licet accusator inciderit in pœnam Turpilliani, & turpiter fecit desistendo, vt infra, de contrahen. & committen. stipula. l. si quidem. vbi casus, & glos. † Quæro decimoquarto, cum Bart. in
29 casibus, in quibus principalis potest transigere, posset, & mandans. Respond. iste, quod sic, quia verba huius l. sunt in rem scripta, & sic locum habet etiam in mandante, & auxiliante, vt ff. quod vi, aut clam. l. aut, qui aliter. §. fina. & de adulter. l. hęc verba. puto, quod in casu nostro si etiam scripta sit in personam transigere posset, quin non persona, sed delicti pœna considerator, ideo illa solum intuenda secundum ea, quę scripsi in l. non ideo. de accusatio. sed extra casum nostrum, in casu exorbitantia iure communi, vbi pœna non est sanguinolenta, ut in l. Iulia de ui, non potest transactio nec pactum fieri; & sic nec concordia facta tenet. Sed pone, quod statuto municipij cauetur, ut si ei, qui ui aliquem expulerit de possessione sua, facta fuerit pax, & concordia, amplius de illo delicto proceda non possit. Et dubitatur, si pax facta fuerit mandanti, an contra ipsum procedi possit, & loquor de ipso mandante, non mandatario, non ignarus, quod in delictis pactum factum uni non prodest alij, ut ff. de adulter. l. denunciasse. §. queritur. & de fal. l. athleta. Et uidetur quod non, primo ex d. ratione Bart. quia verba in personam scripta sunt. secundo, ut ius commune non intelligatur correctum, nisi in casu specificato. Alij qui Perusini tenent oppositum, dicentes, quod ex mente statuti permittitur concordia fieri cum mandante, sicut principali, & ita prohibetur procedi; quia mens est magis attendenda, quam rigor; & maxime, quia hic tractatur de beneficio, & non de odio; constat autem beneficia faciliter prorogari, ut ff. de liberis, & posthumis. l. cum quidam. & l. penulti. & ad predicta facit ff. de ritu nupt. l. non solum. §. primo. ad fin. & infra, de in die. tit. l. fina. hanc partem puto ueram, & per ea, quę latius scripsi in l. non ideo minus. infra, de accusatio. Et prętentis repetitionis sit finis. Laus sit Christo. Amen.

A D D I T I O.

a ¶ Et it permissa. Adde Doct. hic, & in l. Polla. infra, de his, quib. ut indig fel quid de mandatore falsitatis, dic idem, sicut de falsario, proutpte tatum d. Salyc. & ut per Ba. hic in ulti. col. in verfic. ultu. uiderur hic post Bart. ad finin uer. quæro hic dicit.

L E X XIX.

1 *Transactio non vitiatur nouo instrumenti repertione.*

2 *Probationem aduersario subtrahens dolo, transactionem extorquet.*
3 *Dolus an vitiet transactionem.*
4 *Actio quæ detur, si parti probatio subtrahatur.*
5 *Transactio an valeat ipso iure.*
6 *Transactio non vitiatur emergente probationis facultate.*

Sub prætextu. Primo, quando transactio est facta bonæ fidei ex vtriusque parte. Secundo, quando ex parte rei mala fides interuenit. secunda ibi, sane, & illa subdiuiditur in duas: quia primo, quando
1 actio prima non erat extincta. secundo, quando erat extincta. secunda ibi, si vero. Casus. † Noua repertio instrumenti non vitiat transactionem, sed dolus ipsum occultantis eam inualidat: si actio prima non erat ipso iure sublata, alias inducit actionem de dolo. Not. primo, quod facultas probationis emergens, non vitiat transactionem. Et est ratio, quia alias transactio non esset terminus, & finis litium, quod falsum est, vt l. fratris. supra eo-
2 dem. quod facit in argumen. ad id, quod infra dicam. † Secundo not. quod videtur per dolum extorquere transactionem, qui subtrahit aduersario probationem, vt hic, in versicu. sane.
3 quòd facit in argumen. ad id, quod infra dicam. † Tertio, quod quando dolus aduersarij dedit causam transactioni, si actio prima non fuit ipso iure peremptа, transactio rescinditur replicationis ope. Ex quo not. quarto, quod dolus non vitiat transactionem ipso iure, ex quo concludit, & aliud, quod transactio non est contractus bonæ fidei, cum alias vitietur ipso iure, vt ff. de dolo. l. eleganter. in princip. scilicet, quod prima actione extincta, datur actio de dolo, & sic in subsidium. Oppon. contra princip. l. nostræ. quod iure permittant transactionem rescin-
a di [a] prætextu instrumenti nouiter reperti. ff. de re iudicata. l. Imperatores. vbi sententia rescinditur, quæ litem finit, vt eodem titu. l. prima. sicut transactio, vt supra eodem, l. fratris. ergo & cætera. transactio per locum a pari, & pro hoc infra eodem. l. non minorem. Similiter obstat text. in Authent. de alien. §. si minus, & ll. allega. in prima glos. Solut. vt in glos. per regulam, & casus, specialis a regula, vt in eadem glos. vsque ad fin. Sed attende, quod in eis rescinditur diuersimode; nam in causa publica mediante restitutione in integrum, vsque ad triennium, vt infra, de sent. aduers. fisc. l. prima. libro decimo. Bart. tamen voluit dicere, quod hodie detur quadriennium, vt l. fina. infra, de tempo. restitutio. in integrum. sed dicam de hoc infra, de regulis iuris. l. sub prætextu. vbi glos. de istis temporibus tangit, & videtur quodammodo velle, quod in personis hic nominatis tempora sint vniformia, quod etiam ibi discutiam. Adde tamen glos. ibi, dum dicit. Item publicam. & idem in causa furiosi, & prodigi, qui æquiparantur pupillo, vt ff. ex quibus caus. in possessio. ca. l. Fulcinius. §. adeo. & in causa liberali, vt ff. si ingen. esse dicatur. l. secunda. in fin. in iuramento necessario idem, vt
4 l. admonendi. ff. de iureiuran. † Oppon. secundo, text. hic dicit, quod si per se, vel per alium subtraxit, & actio fuit peremptа,
b datur de dolo, [b] sed hoc videtur falsum, quia competit actio furti, vt ff. de fur. l. qui tabulas. & sic non de dolo, quæ est subsidiaria, vt ff. de dolo. l. prima. §. ait prætor. & l. secunda. Solut. vt sequen. glos. videlicet. quod hic fuit subtractio taliter facta, quod furtum non fuit commissum, quod exemplifica, vt in glos. Ex qua not. duo: primo, quod subtrahi dicitur, quòd duntaxat celatur, & non amouetur, vt in primo exemplo; secundo, quòd in his, quæ sunt de genere permissorum, licet in specie sint prohibita, obtemperans mandato ignoranter non punitur, vt in exẽ-
c plo secundo. concord. glos. ff. de rei vendicatione. In rem. §. ri-
gnum. quod not. Tertium, quòd ista stant simul [c] aliquid subtractum esse, & tamen furtum non committi: tamen ista solut. extranea quærit exempla, nec quibusdam antiquis est visa vera dicentibus, actionem furti concurrere cum actione de dolo, & moti erant ex eo, quia ambæ sunt famosæ; sed glos. hanc rationem reprobat per l. ideoque. ff. de dolo. ex quo videtur persistere in prima opinio. vt non concurrat actio furti. & de dolo, sed Pet. quem sequuntur multi, tenet, quòd vtraque competat ex eo, quia hic non concurrunt, cum non competant ad idem, sed ad diuersa, quia actio furti ad meram pœnam, vt infra, de furt. l. ancillæ. actio vero de dolo ad interesse, vt l. cum quis. ff. de dolo. Cogitabam glos. defendi posse ex eo, quia pet furti pœnam consulitur indemnitati illius, cui instrumentum fuit subtractum, & sic cessare debet de dolo, vt supra, de donat. l. eleganter. in fin. princip. antecedens patet, quia interesse est illud, quod duplicatur, vel quadruplicatur, vt infra, de furt. l. manifestissimi. in princip. & ff. in eodem titu. quitabulas. & sic remanent sine damno, cum plus consequantur illo Confirmo, quia quando dolus cadit in speciale nomen maleficii, nec ad idem, nec ad aliud potest ex illo dolo agi actione de dolo, quod sic probo, ex tali non potest de crimine stellionatus accusari, ergo, nec ciuilis actio de dolo dari, antecedens patet in text. l. secunda. ff. de crimi. stellion. consequentia est glossatoris ibidem, est ergo dicendum, quod hic dolus in subtrahendo fuerit talis, quod ex eo non datur actio furti, vt in glos. Sed tunc fortius obstat, quia dolus in celando cadit in speciale nomen maleficii, quia falsi, vt infra, de fal. l. eum qui. & ff. eodem titu. l. qui testamentum. ergo non poterit dari actio de dolo. Solutio. quod prædicta, quando ciuilis actio ex illo maleficio datur, vt furti: secus si criminalis accusatio competit, vt in contrario, & pro hoc, ff. de dolo. l. si quis affirmauerit. in fi. vel aliter, interdum instrumentum aliud a testamento celatur, ne vniuersaliter veritas appareat, & tunc pœna falsi puniatur, vt l. Paulus. in fi. ff. de fal. interdum celatur respectu aduersarij tantum. & tunc pœna falsi non teneatur, vt hic, vt ff. de tabull. exhib. l. tertia. §. si quis dolo. & ita tenuit Bart. licet Cyn. simpliciter dixerit pœna falsi non teneri, vt scripsi in dict. l. eum. Oppo. tertio. quod hæc l. nos dimittat in incerto non declarando, quod sit hoc constitutum tempus, cõtra § quibus. supra, de nouo Codice componen. Solut. imò est certum per relationem ad aliud, quod sufficit, vt l. secunda. & tertia. infra, de senten. quæ sine certa quantit. quod autem sit illud tempus, declaratur in sequen. glos. † Oppo. quarto, quòd transactio non debeat ualere ipso iure, vt ff. de condictione indebiti. l. in summa. Solut. vt in sequen. glos. in princip. quòd actore insistente procul non valet, vt ibi, sed reo calumnioſe resistente, bene valet ipso iure, vt hic. Contra solut. & l. oppo. quòd imò reo calumnioſe resistente non valeat ipso iure, quia dolus dedit causam transactioni: ergo ipso iure nulla, sicut in venditione dicitur, vt l. eleganter. in princip. ff. de dolo. Solu. primo, secundum Bulg. & multum subtiliter, quod quia trãsactio parit liberationem, & liberatio est contractus executio: sequitur, quòd talis liberatio vim habet traditionis propter executionem, sed in contractu, alias nullo secuta traditione, datur de dolo, vt d. l. eleganter. ergo, & cætera. Sed ista solut. non est tuta, quia liberatio non semper vim traditionis habet, vt ff. de condictione indebiti. l. si quis accepto. cum ibi not. Item, quia supposito contractu trãsactionis pro nullo, sequitur, quod executionem nullam secum trahit, vt l. non dubium. supra, de legi. alias sequeretur repugnantia, scilicet, quod l. actum annullaret, & non annullaret, quia iure executionem ex eo faceret, cõtra l. vbi repugnantia. ff. de regulis iuris. quod in vera traditione dici non potest, quia illa est executio facti, & pro hoc ff. de iniust. testamen. l. si quis. § quòd si quis. alij vero merito soluerunt aliter, vt sequitur in glos. dicentes, quod hic in transactione, quæ est contractus stricti iuris. ibi vero in venditione, quæ est contractus bonæfidei. Sentit igitur hæc solut. quod transact o sit stricti iuris, præcedens vero. quod sit bonæfidei, & hoc clarius sentit glos. infra, de in integrum restitutio. l. de tutela. Bart. circa hoc dixit, Aut interponitur super actione bonæfidei, & tunc sit bonæfidei, vt in glos. l. de tutela. Aut super actione stricti iuris, vt in hac glo. & pro ista distinctione bene facit ff. de pactis. l. ab emptione. versic. quia bonæfidei. ista distinctio Bart. non valet, quia transactio est contractus, & conuentio, vt ff. de pactis. l. prima. §. conuentionis, sed non bonæfidei, ergo stricti iuris, vt Institutio. de acti. §. actionum. modo sit contractus stricti iuris, licet interponatur ad tollendum contractum, quasi bonæfidei, non propterea transmutatur in contractum bonæfidei, sed remanet stricti iuris: ergo di. Bart. non bona, consequentia necessaria, antecedens patet supra eodem, actione. & l. respõsum. & ff. de verborum obligationibus. l. si quis cum aliter. nec obst. d. l. ab emptione. quia ibi nulla est transactio, sed a contractu simplex discessio, quo casu dic, vt ibi est conclusum, quod transactio est stricti iuris, & ita tenet Pet. & Cyn. infra eodem, l. si maior. Contra, quod op. Iacob. Butriga. quod tunc dolus actoris non deberet annullare transactionem, sicut nec alios contractus stricti iuris, vt infra, de inutilibus stipulationibus. l. dolo. & ff. de dolo. l. eleganter. Soluit ipse, quod dolus proximus, & immediatus non vitiat, vt in contrario, sed dolus remotus in agendo commissus sic, vt d. l. in summa. sed huic solutioni obst. quia dolus in litigando infert dolum in transigendo,

vt

A D D I T I O N E S.

a † Transactionem rescindi. Adde unum notabile uerbum, quod quandò transactio rescindi tur prætextu instrumentorum de nouo repertorum, sicut & sit sententia in certis casibus, non est necessaria restitutio, quæ in sententia est, sed potest mero iure redire ad actionem priorem, uel de dolo, secundum Paul. de Cast. hic, & in hoc est maioris authoritatis sententia, quam transactio, quia difficilius rescinditur sententia.

b † Datur de dolo. Paul. de Cast. hoc dicit esse menti tenendum, unum notabile dictum Bal. hic, quod si pars abstulit probationem testium corrumpendo, uel mandando eis, quod habeat locum hæc l. scilicet, quòd per actionem de dolo possit rescindi transactio, quia testes & instrumenta æquiparantur, l. in exercendis. infra, de fide instrumen.

c ¶ Ista stant simul. Et sic not. quòd uerbum, subtrahere, non importat de necessitate furtum, & ad hoc ista glos. multum not. Bald. in l. edita. supra, de eden. & per ea iatert, quod iste libellus, dico Titium mihi subtraxisse centum, non concludit necessario in furto, nisi ex superius narratis in libello aliud appareret: facit bene tex. in l. subtracto. infra, de fur. ubi additur furto, ad denotandum, quòd uerbum, subtracto. de per se non importat furtum, facit regula l. merito. ff. pro solut. quid autem sit de uerbo, asportauit. habes tex. in c. j. & ibi Doct. de depo.

vt hic, in versic. sane. Item, quia si dolus proximus non est tantæ potentiæ, minus debet esse remotus, vt minus gerens; argumen. ff. rerum amot. l. si mulier. & de statu hominum. l. quæritur. Et propter ista, quidam reprobant Iacob. Butriga. & male: primo, quia eius opinio fundatur ex regula, quæ est, quod dolus dans causam contractui stricti iuris, non annullat ipsum cõtractum, & ab hac regula casus iste non reperitur exceptus. Secundo, quia dolus remotus in litigando commissus non vitiat vniformiter ex parte actoris, & rei; sed actoris tantum, vt supra in quarto contrario, & sic eius respectu aliqua specialis subest causa. Tertio, quia nec ex parte actionis omnis calumnia vitiat, sed euidens calumnia, vt l. in summa. Et ex his patet responsio ad obiecta: nam fateor primum, sed dico inferi consecutue, & remote. Ad secundum respondeo, quod ratio, quæ subest in calumnia euidenti in litigando, non habet locum in dolo proximo dante causam transactioni non existente dolo, seu calumnia euidenti in litigando, & ideo si quæratur, cur ex parte actoris calumnia, & dolus reddit illum ipso iure nullum, vt dict. l. si non sortem. Respond. Doct. quia qui calumniose agit, tanquam obrepẽs parti, & prætori nihil agit. ff. de fal. l. si quis obrepserit. sed reo parcitur prouocato: ideo fauorabiliores sunt rei, vt ff. de regulis iuris. l. fauorabiliores. Est, & alia ratio secundum dominum meum, quia vbi in actore est euidens calumnia, deficit subiectum, & materia, sine qua non potest esse transactio, sicut nec alia contientio, vt ff. de verborum obligationibus. l. inter stipulantem. §. sacram. deficit enim actio, super qua fundatur, & ethymologizatur transactio, quæ est ab actione transitio: hæc autem ratio cessat ex parte rei, cum non deficiat actio actoris: Potest addi tertia ratio, quia quod de reo datur actori, si pars est rei petitæ, vt debitum ex causa allegata, licet per transactionem, videtur dari, sed cum causa nulla fuerit, sequitur, quod velut indebitum repeti potest, sed quod reo dimittitur, vel etiam datur ex noua causa, datur, vel dimittitur; puta transactionis. Nec obst. si dicas, quod imò in reo idem debet esse, quod in actore: nam reus calumniose resistendo, & aliquid recipiendo turpiter recepit, cum gratis desistere debuit, & petita soluere, vt ff. de condictio. ob tur. causam. l. fina. quia respondeo, quod aliud est quid dari simpliciter, vt quid fiat, quod non facere est turpe recipienti, & habet locum l. contraria. Aliud est quid dari ex contractu sui natura licito, & habet locum l. nostra. nam hic datur ex transactione, quę in se turpitudinem non habet. Facit pro hac solutio. ff. de condi. sine causa. l. auunculo. versic. sed reor. ibi, non enim stupri, & cætera. & etiam id, quod not. glos. in l. fina. §. fina. ff. de aleato. Præterea conuentio facta ex causa turpi non expressa, non est ipso iure nulla, vt sentit ff. de condictio. ob tur. causam. l. secunda. in glo. fina. & not Cyn. infra, de inutilibus stipulationibus. l. dolo. & plene scripsi in additio. in l. penulti. ff. de condictio. ob tur. causam. vbi videtur casus. Item l. illa fina. habet locum in dato, non dimisso in parte, vt pars alia restituatur, quia dimissi non dicitur dominium trãsferri, vt not. infra eodem, l. si pro fundo. & sic, nec condictio ob turpem causam dari, quia illa ad dandum, & reddendum, vt Institutio. de ac. §. sic itaque. Reuertor ad glos. in versic. item quomodo. & oppon. quod de dolo non competat, cum alia quandoque competit, vt l. secunda. §. si quis. ff. de dolo. Solu. dupliciter, vt in gl. & licet secũda sit vera, prima tñ nostræ literæ magis conuenit. Oppon. sexto, quod non de dolo cum detur ad repetendum condictio ob causam, id est, vt reponatur in priorem obligationem, vt ff. de condictio. ob causam. l. si quis accepto. Solut. vt in glo. & vide, quod dixi in dict. l. actione. alleg. in glos.

6 † Vltimo videtis, quod facultas probationis emergens, non vitiat transactionem, sed quid in arbitramento? videtur idem, quia instar habet transactionis, vt not. in Authen. vt diffe. iudi. in princip. Contrarium tenent aliqui, quia ipsum est reducibile ad arbitrium boni viri, quod non est transactio. partium voluntate explicita immediate, vt hic & ff. ad Trebellianum. l. Lucius. §. fi. fic, & sententia, vt l. sub specie. infra, de re iudicata. Item quæro, quid si quis non subtrahat instrumenta, sed facit, quod testes

a non deponunt [a] minis, dolo, vel blanditiis, propter quod actor ad trãsactionem peruenit, an l. ista locum habebit, videtur quòd sic, quia & testes instrumenta sunt, vt ff. de fide instrumen. l. prima. & blanditiis, & minis sit subtractio, vt l. prouidendum. infra, de postul. quæ ad quæstio. istam bene facit.

A D D I T I O.

a ¶Facit quod testes non deponunt. Adde de hac q. quòd notati in apostil ad istum, supra eod. l. nu. 4. uer. oppono. 2. tex. hic dicit in apost. in uers. datur. de dolo. ubi tetigi hanc quæstionem.

L E X XX.

1 *Transactio in quibus rei iudicatæ æquiparetur.*
2 *Colere Deum, an magis hominem deceat, quam fidem seruare promissam.*
3 *Transactiones, & contractus, an possint de nocte fieri.*
4 *Contractus si de nocte celebretur, an luminaria requirantur.*
5 *Dies, quando esse intelligatur.*

Non minorem. Diuiditur in tres partes: natur primo dictum, secundo eius ratio. tertio noui dubij, seu obiecti remotio. secunda ibi, nec enim. Casus, contra transactionem non potest veniri, sicut nec contra rem iudicatam, nec tempus noctis vitiat transactionem.

1 hoc dicit. † Not. primo, quod transactio æquiparatur rei iudicatæ. [a] Secundo, quod nihil magis conuenit homini, quam fidem promissam seruare. concord. sunt in secunda glos. Tertio, quod contractus possunt fieri de nocte, idem in vltimis voluntatibus, vt ff. de test. l. ad testium. §. posse, & hic in princip. glos. 4. Contra primum oppo. glo. de l. si diuersa. supra eodem. Solutio. vt in ea, videlicet, quod quo ad lites decidendas, & executiones parandas æquiparantur, vt hic, & ff. de iureiuran. l. secunda. sed non quo ad omnia alia, vt in contrario, sed attende, quia glo. est corrupta: nam, quod glo. dicit, cum retinet ex causa transactionis, & cætera. non debet esse in glos. sed vult glo. dicere, quod transactio contra transactionem valet, sed non sententia contra sententiam, de quo plenius per glos. in dict. l. si diuersa. Oppon. ad idem de l. diffamari. infra, de inge. manum. & dicta l. ingenuum. ff. de statu hominum. Solut. vt in glo. Et concludendo dic. quod habent se, vt excedentia, & excessa, vt not. in l. secunda. ff. de iureiuran. † Oppo. contra secundum, quod colere Deum magis congruat fidei humanæ, cum anima sit cunctis præferenda, vt supra, de sacrosanctis ecclesiis. l. sancimus. Solu. vt glossa prima, l. prima, in princip. ff. de pactis. confitendo contrarium, sed hic hyperbolice loquitur. Ex quo not. quòd conuentiones, quæ deducunt animam ad interitum, vt sunt hæ, quæ sunt contra præcepta legis datæ Moysi, non sunt seruandæ. Vel solut. contrarium, quod fidem seruare in licitis totum est de religione, & cultura erga Deum. Oppon. contra tertium, & primum textualiter, quòd tex. non bene dicat, ibi, nec enim ad rescindendum pactum, & cætera. cum de pacto hic non tractemus, sed de trãsactione, quæ differt a pacto, quia pactum est gratuitum, transactio non gratuita, vt not. supra eodem, l. transigere. in prima glossa. Solue, vt glos. supplendo pactum, scilicet, transactionis, & licet glos. dicat transactionis, tamen idem est in quolibet pacto gratuito, vel non, & ex quacunque causa legitime facta, cum eadem sit ratio. Et ideo forte hic locutus est de pacto in

3 genere. † Oppon. quod æquiparantur facta de nocte his, quæ fiunt de die, cum facilius puniantur facta de nocte, quam de die, vt infra, de adulter. l. Gracchus, vt licet occidam adulterum nocturnum, & non diurnum, & quia glos. non soluit: die, quod ibi in delictis, quæ magis aggrauantur facta de nocte, quam de die, vt not. infra, ad l. Cornelia. de sicar. l. si, vt allegas. ideo contra delinquentes aliqua permittuntur, quæ alias non permitterentur, vt ff. de furt. l. furem. hic in contractibus, qui celebrantur ex consensu, qui non alteratur, nec qualificatur ex solo tempore. Oppo. quòd etiam in permissis non æquiparentur, vt in Authent. de iudic. §. sedebunt. vbi videtur, quòd sententia non possit ferri de nocte. glos. non sol. & nimirum, quia dubium est, an sententia possit de nocte ferri. & glos. Instit. de verborum obligationibus. §. id autem. dicit, quod vsque ad vesperas ferri potest, vt d. §. sedebunt. non postea ex interuallo, sed statim sic, quia quæ incontinenti fiunt inesse creduntur, vt ff. si cert. petat. l. lecta. ver. dicebam. sed glo. in l. more Romano. ff. de dila. simpliciter tenet, quod vsque ad vesperas. Alia vero glos. extra, de offic. delega. cap. consuluit. tenet, quod etiam de nocte lata valeat, licet ferri non debuit. Et ad §. sedebunt. respondebant quidam, quod de necessitate loquitur, sed postea etiam de nocte potest si vult, argumen. huius text. & l. more. supra allega, & ibi not. glos. Innocen. in d. cap. consuluit. dixit, quod vbi iurisdictio esset expiratura, tunc possit de nocte, & ita vidi seruari in iudicatibus officialium. Et pro hoc accedat dictum cap. consuluit. Et idem si actio esset tempore peritura, argumen. ff. de fe, & dil. l. prima. in fin. & l. solet. alias non potest, nisi de vtriusque partis

A D D I T I O.

a ¶Aequiparatur rei iudicatæ. Adde, quòd fallit in uno not. casu, secundum Do. Ias. hic, quia super his, quæ dependent ex testamento, non ualet transactio, nisi inspectis, cognitisque uerbis testamen. l. de his. ff. eod. l. prima. in princip. ff. quemadmodum testamen. aperian. sicut nec ualet iuramentum. glos. in l. fi. a. in glos. secunda. infra, de rebus creditis. & tamen isto casu ualet sententia. glos. est not. in l. tertia. §. item si ipse. in uerbo, euitare. ff. si cui plus quam per legem Falcidiam, quàm ibi notauit Ange. & Imo. eam etiam not. Alexan. infra, l. sub prætextu. la prima. supra eod. & in l. Imperatores. ff. de re iudicata. facit, quòd consuluit D. Soci. consil. 181. incipien. in præsenti consultatione. uersicu. circa primam difficultatem. ibi considerando tamen. in secunda parte. quòd transactio generalis facte petitione generali, licet includat omnia, etiam ignorata, tamen quando fiuret super controuersia dependente ex testamento, uel alijs ultimis uoluntatibus semper adijci debent hæc uerba, uisis, & inspectis, & cognitis uerbis testamenti, uel talis ultimæ uoluntatis.

tis processerit voluntate, & ita intelligit opinio. aliorum, pro quibus tunc facit iste text. in fin. Item ratio, quia sicut prorogatio fit de loco ad locum, infra, quomodo, & quando iudex. l. si, vt proponis. sic, & in tempore, argumen. ff. si certum petat. l. vinum. & de tritica. l. in hac. parte autem reclamante hoc fieri nõ poterit, quia sicut loco maiorum, vt l. penulti. ff. de iustitia, & iure. ita tempore visitato a maioribus, vt præallega. l. facit, infra, de sentent. l. cum sententiam. Item, quia sicut iudex potest nolle, quia vult se recipere intra hospitium, quia luce transacta hora videtur incongrua, vt ff. quando appellan. sit. l. prima. §. dies autem. versic. quid ergo. sic debet pars posse, quia illa hora potest esse sibi incongrua, & suspecta, vt æqualitas seruetur inter personas substantiales iudicium, & isto casu, quo dico non posse. Solu. contrarium, scilicet, quod hic in contractibus, ibi in iudicijs, quæ redduntur in inuitum, l. inter stipulantem. §. primo. ff. de verborum obligationibus. & quæ non debent fieri in secreto, vt infra, de sentent. l. cum sententiam. † Quæro, si contra-

4 ctus [a] celebretur de nocte, vel seratur sententia, an luminaria

a sint necessaria, & respondeo cum glos. quòd sic, si alias legi non

b posset [b] sententia, vt infra, de senten. ex peric. reci. l. secunda, &

5 tertia. & partes cognosci a testibus. † Quæro tunc, quando dicemus de die nocte factum esse. respon. si Sol lucet super terram, dies est, & cum deficit lucere, nox est; sed puto, quòd ipsium vtriusque satis sit nobis incognitum. Sed vulgi opinioni esset standum, vt l. cum delationis. §. afinam. ff. de fun. instru. & iudicis interpretationi, argumen. l. primę. in fin. ff. de iure deliberan. sunt tamen in aliquibus ciuitatibus statuta hoc declarantia; puta, quod tali sono campanæ intelligatur de nocte vsque ad talem sonum campanæ, & tunc intelligatur de die, & illis primitus est standum: verum supposito statuto isto sic declarante, pone aliud statutum punire maleficia nocturna pœna duplicata: quæritur vsque ad quem locum statutum istud porrigat eius effectum, & Iacob. Butriga. in quæstio. ista per eum disputata respondit, quod solum vsque ad locum, in quo possit exaudiri campana, & vltra illum locum pœna statuti locum nõ habeat, sed in iure communi remaneamus, argumen. l. si extraneus. ff. de condict. ob cau. cum a verbis statuti non debemus recedere, vt ff. qui, & a quibus. l. prospexit. & ad municip. l. constitutionibus. quod est notandum. sed vide, quæ post hoc scripsi in l. fina. infra, ad Sillanianum. Quæro, aliquis promisit soluere suo creditori infra certum tempus sub pœna, vult illi soluere de nocte: quæritur, an possit, & secundum glos. in dict. l. more Romano. dicendum est, quod non, quasi tacite actum sit, vt de die soluatur Guiliel. de Cun. contra, quia totum tempus vsque ad vltimum momentum fauore debitoris est appositum, vt ff. de verborum obligatio. l. qui hoc anno. & l. eum qui chartarum. in princ. & de sol. l. quod in diem. sed gl. salua si creditor ad crastinum erat paratus prorogare, vel si locus erat ei insidiosus, vel erat ei periculum ostij aperire propter inimicitias.

A D D I T I O N E S.

a ¶Si contractus. Sed quid si notarius in instrumento dicat actum tali die, & erat de nocte, an instrumentum reddatur falsum? dic, quod non, quia intelligit de die naturali uiginti quatuor horarum, iuxta l. more. ff. de fer. secundum Innocen. in cap. consuluit. ad fin. de offic. delegat. Bal. & Pau. de Cast. hic Bald. Ange. & Moderonio. in dict. l. more. & in l. fina. infra, de his, quib. ut indig. Bald. in cap. 2. de fer. Ange. in l. prima. ff. de manu. & in l. in usucapionibus. ff. de usucap. & in l. Titius. §. fina. ff. de liberis, & posthum. Imo. in l. qua ætate. ff. de testa.

b ¶Alias legi non posset. Pondera secundum D. Ias. May. hic, dum Bart. & communiter Docto. dicit, quod sententia lata de nocte non uallet, prout etiam tenent Canon. in cap. consuluit. reprobat glo. ibi, de offic. delega. & Ioan. And. in additio. ad Specul. in titu. de senten. prola. §. iusta. uersic. sed quid tunc. Ista est magis communis sententia, quamuis Alber. dicat, quod in practica uidit seruari contrarium. Quod limita quatuor modis: primo, nisi iurisdictio delegati expiraret, secundum Bart. hic, secundo quando pars est absens, uel si est præsens, contradicit, ne sententia feratur de nocte, si enim ambæ partes essent præsentes, & nulla contradiceret, ualeret sententia lata de nocte propter tacitum consensum partium, qui quando partes possunt contradicendo impedire, ne actus fiat, certe tacendo intelligantur consentire, tertio, nisi iudex esset impeditus multitudine causarum. quarto, quando sententia fertur super re tempore peritura de remissionibus, uide hic per Do. Ias.

L E X XXI.

1 *Simulatum an sit vero præferendum.*

a Cum ea quæ. [a] Primo dictum imperfectum. Secundo eius ratio. Tertio dicti perfectio: secunda ibi, his quæ: tertia ibi, frustra. Casus, Transactio vera præualet venditioni ex causa transactionis simulatæ, ideo

1 precium ex ea fictum peti non potest, hoc dicit. † Not. quod simulatum præualet vero, de quo infra, plus valere, quod agi; vide glossa prima, quæ ponit casum dupliciter, id est, in actore, & reo, in qua adde pro faciliori intellectu, ibi teneri actor, id est, quod scholaris erat actor, quando conuentio facta fuit, vt reus fundi possessor retinet fundum modico scholari dato, ibi dari

reus, id est, scholaris erat reus, quando contientio facta fuit, vt fundum actori, sed vtroque casu finxit, emptionem, & venditionem. Oppon. quod text. male dicat, præscribit, cum præscriptiones sint iure acquisitionis, vt infra, in titu. de præscript. per totum. Solut. quod ibi alio modo sumitur, quam hic, vt in glossa super verbo, præscribitur, & sic æquiuoce de hoc verbo in iure tractatur.

A D D I T I O.

a ¶Cum ea quæ. Adde quod traditur hic per Do. Ias. May. ultra alia, quæ sunt diligenter not. & ualde utilia ad precium; primo, quod instrumentum simulatum est tanquam corpus sine spiritu, quia consensus est remotus ab actu, ita egregie inquit Bald. in l. prima. infra plus ua. quod agi. ideo tale instrumentum non retinet amplius nomen instrumenti. ita not. Bald. in l. precibus. per illum textum, infra, de probatio. & in l. fina. §. in computatione. infra, de iure deliberan. & in l. si non sortem. in princip. ff. de condictione indebiti. Ioan. de Imo. in l. fina. ff. a quibus appella. non licet. & in commento. cap. cum contingit. in secundo membro, de iureiuran. hinc est, quod stante statuto, quod contra instrumentum nulla exceptio possit opponi, tamen semper potest opponi, quod est simulatum, secundum Bart. in l. prima. §. & parui. ff. quod ui aut clam. Bald. in l. prima. ubi limita, infra plus ua. quod agi. & in l. ita nobis pudor. infra, de adulter. D. Anto. de But. & alij in cap. item cum quis. de restitutio. spoliato. secundo aduerte, quod contractus simulatus, adeo est nullus ipso iure, quod etiam si apponatur iuramentum, non firmatur iuramento. Imo etiam iuramentum est nullum. glo. est singul. in l. emptione. & ibi Bald. & alij, infra, plus ua. quod agi. quam glo. ad hoc reputat singularem. Panor in cap. ad nostram. de emptio. & uenditio. imo non obstante iuramento simulatus contractus allegari potest, etiam si iurasset omnia, & singula uera esse, ut per Soci. consil. 264. incipien. uisis in instrumento. uersic. circa finem, ibi non obstante etiam. in secunda parte. & de ueritate prædictorum, uide per Bal. in l. prima. in prima colum. infra, de oper. lib. per Bald. & Ange. in l. fina. ff. qui satisd. cog. per Bal. in l. rogasti. §. fina. in ulti. colum. ubi limitat. ff. si certum petat. Ange in l. secunda infra, de donatio. cau. non nu. Imo. in l. nemo potest. ff. de legatis primo. Canon. in cap. cum contingat. de iureiuran. Tertio aduerte, quod simulatio non potest liquide probari, ideo sufficiunt uerisimiles coniecturæ, sicut in dolo. l. dolum. infra, de dolo. ita per aliqua uulgaria consuluit Pau. de Cast. in consil. 82. quod incipit, uisis his, quæ superius allegantur in ulti. colum. & in consil. 326. quod incipit, causa mota. Et adde Do. Soci. consil. 204. incipien. uisis in instrumento. uersic. 7. & ulti. circa fin. in secunda parte. & ibi in uersic. præterea non admittitur. circa fin. ibi ex quibus concluditur, quod exceptioni simulationis, quis renunciare non potest, & ibi in uersicu. circa secundam quæstionem, quot species simulationis.

L E X XXII.

Si maior. Casus. Protestatio, vel contestatio super dolo non facit dolum præsumi. hoc dicit. & dupliciter, vt in glossa. Et primo not. quod narrata in protestatione non præsumuntur, nisi probentur, & de materia protestationis dixi in l. pacta nouissima. supra titu. primo.

L E X XXIII.

1 *Conuentus, vt hæres non opponens, quod non erat hæres, quod soluit, repetere non poterit.*
2 *Soluens, vt hæres, cum non sit, an repetere possit a vero hærede.*

Nec intentio. Diuiditur in quatuor. Nam primo allegatio pro parte repetentis. Secundo, illius reiectio. Tertio, quæstionis solutio. Quarto, solutionis probatio. secunda ibi, sed hoc. tertia ibi, huius. quarta

1 ibi, cum & si. Casus. † Si conuentus, vt hęres, non opposuit, quòd non erat hæres, sed vt hæres transegit, & soluit, repetere non potest, licet vere non sit hæres; imò, & si non soluisset, compelleretur soluere, si stipulatio interuenisset. hoc dicit, textualiter. Vel breuius post rem transactione decisam non potest opponi exceptio intentionis, vel facti, nec soluti repetitio concedi. hoc dicit. Not. cui denegatur exceptio fortius soluti repetitio. Item, quod exceptio intentionis est, quando quis non habet actionem, vel si habet, non contra conuentum; & sic agit de facto, non de iure. Item quod agens contra aliquem, vt hęredem, debet probare illum hæredem. Alia not. vt in secundo summa-

2 rio. † Quærit glo. an in casu nostro repetat a vero hærede, & dicit, quod non ex eo, quia ex tali transactione, & solutione verus hæres non est liberatus, ff. de pactis. l. si tibi. §. decimo. igitur ex quo non sentit commodum, nec incommodum, vt in regula, iuris secundum naturam; contra hoc oppo. glos. duobus modis solut, vt in ea. Sed videtur Pet. glos. fateri, vt a veris hæredibus non expectat interim, prius quàm commodum senserit; sed inquit, ipse, quod veri hæredes conuenti creditoribus possunt excipere, vt tanto minus ab eis exigatur, quantum a possessore receperunt, alias creditores essent solliciti de alieno, quod esse non debet, vt ff. pro empt. l. tertia. nam licet soluerit ex contractu proprio; tamen, quia transactionem fecit, vt liberaretur ab obligatione defuncti, immediate dicitur soluisse, vt ab illo liberaretur, & ideo si bonæ fidei possessor fuit, tunc a veris hæredibus, qui minus solucrunt, repet. argumen. l. si quis possessor. ff. de petit. hæredit. & vide, quæ not. in d. l. si tibi. §. cum possessor. & supra tit. primo. l. si actionem. Oppon. de l. in summa. ff. de condictione

dictione indebiti. Solut. vt glos. in fine. & eius ratio est: quia ibi actor erit in euidenti calumnia: hic secus, quod nota.

LEX XXIIII.

1 *Solutio partis, quando liberet a toto.*
2 *Actor rei confessionem partim acceptare, & partim repellere potest.*
3 *Creditor minus sibi debitum confessus, an sibi præiudicet.*

Si quidem. Primo, in transigente. Secundo, in confitente. secunda ibi, singul. vero. Casus.
1 † Solutio partis debiti ex causa transactionis, liberat a toto, non simplex partis confessio. hoc dicit. Oppo. cum glo. de primo casu ad secundum. Solutio. vt in diuisione, vel aliter quære, quæ fuit ratio dubitandi in secundo respon. & dic, vt in glos. sed ratio decidendi fuit, quia in primo interuenit transactio: in secundo simplex confessio. † Extra collige ex secunda parte, quòd actor potest diuidere confessionem rei, & in parte illam acceptare, in parte reprobare, quod patet, quia confessionem pro illa parte acceptat, sed taxationem reprobat, & sic residuum tantum probat, ad quod etiam facit ff. deposi. l. Publia. §. fina. quod videtur contra not. infra, de exceptio. l. si quidem. Solut. quod illud procedat, quando confessio in vna oratione facta est aliquo accidenti qualificata: nam tunc non potest diuidi, cum qualitas non possit a subiecto separari, nec accidentia esse sine substantia, vt ff. de petitio. hæredita. l. nec nullum. §. si quis absentis. & ff. si certum petat. l. eius qui. in fi. sed hæc non est confessio qualificata, sed simplex, licet in substantia debiti præta-
2 xata: vnde totius debiti pars est confessata, & pars negata; ideo diuiditur. Et sic not. quod dictio taxatiua nõ qualificatur. Quærit Bart. si quis soluit suo creditori, an sit præsumptio, quod ipse tunc nil debuerit ab illo recipere, & dicit, quod non, vt probatur ff. rerum amot. l. si cum dos. In contra. facit ff. de probatio.
3 l. Procula. sed ibi erant aliæ coniecturæ. † Quærit etiam, quid si creditor fuit confessus, se debere minus recipere, quàm deberetur: dic, quòd sibi non præiudicat, si simpliciter fatetur, vel petit: secus inquit, ipse si taxatiue, vel pro resto. & hic not. secundum Azo. infra, de probatio. l. rationes. & pro hoc tex. ff. de adimen. lega. l. 3. §. cum Titio, quod not. quòd puto, nisi peteret pro resto ex computatione rationum, quia tunc de errore potest docere, vt infra, de erro. cal. l. prima.

LEX XXV.

Si malores. Casus. Defectus causæ impulsiuæ, vel fi-
tu non præiudicat liberis, hoc dicit, argumen. quod per recognitionem subiectionis, quam fecerint parentes, non præiudicetur liberis.

LEX XXVII.

Sanum. Infamia transactionē vitiat non corporis ægri-
tudo. hoc dicit. Sanitas autem mentis præsumitur, vt not. infra, de codicil. l. nec codicillos. & adde, quod ibi dixi. Item hunc textum restringe, nisi facta fuerit ab infirmo cum medico, ff. de var. & extraor. cog. l. medicus. & hoc voluit glossa, supra eodem, l. interpositas, dum allegat l. illam, quia facta metu mortis.

LEX XXVIII.

1 *Scriptura non est de substantia in transactione.*
2 *Insinuatio non requiritur, nec apud acta, nec in iudicio.*
3 *Dominium rei ex causa transactionis, penes reum dimisse in eum non transfertur.*
4 *Purgatio, quasi moræ admittenda.*
5 *Actio an detur ex pacto transactionis, nu. 14.*
6 *Condictio ob causam data ad repetendum, an oriatur ex pacto.*
7 *Pactum duplex est, tacitum, & expressum.*
8 *Actoris, & rei differentia.*
9 *Actor reum, quandoque liberare potest.*
10 *Paciscens non petere, an possit implere.*
11 *Cautio Mutiana a Mutio inuenta, in quibus locum habeat.*
12 *Transactionis modi varij, & effectus diuersi.*
13 *Actor conuenit nil petere, & paratus est reum acceptilatione liberare, an sufficiat reum compelli.*
15 *Condictio ob causam actori, an reo ex pœnitentia competat.*
16 *Pactum transactionis, & contractus facio, vt des, differunt.*
17 *Rei vendicatio duobus modis pendere dicitur.*
18 *Rem vsque ad quod tempus offerre potest. nu. 19.*
20 *Venditor agens ad precium contra emptorem, non tenetur dicere, se rem venditam tradere voluisse.*

Siue apud acta. Hanc legem difficiliorem red-
dunt glos. quàm text. ipse, sed eam sic declarabo, quod remanebitis contenti. Diuido igitur text. in duas: nam primo in decisione quæsiti præmittit quoddam dictum generale. secundo quæsitum soluit dubium remouendo, uel iuxta quæsitum consulit dubium remouendo, secunda ibi, sed quoniam. Casus. Transactio cum scriptura uel sine penes acta, uel præter inducit exceptionem, licet si sit nuda non pariat actionem, & reus eam non seruans, potest conueniri primęua, contra quam si excipiat, replicatione repellitur, cuius uirtute compelletur implere conuenta, uel ad ulteriora in principali causa procedere. hoc dicit, uel breuius. Ex solo transactionis pacto non datur actio, nec primitiua tollitur, & si agatur contra excipientem replicatio datur. hoc dicit. Pone casum in terminis, quod ego uendicabam fundum a Titio, cum, quo conueni transactionis causa, ut certum quid acciperem, & ulterius non petere. & hoc sine scriptura, nec apud acta: quæritur de remedio, quia reus non seruat conuenta. Respondetur, præmittendo, quod siue apud acta, &c. uel potes quærere de duobus. Primo, an transactio sit seruanda, quia non interuenit scriptura, nec apud acta fuit facta: & responde, ut in princip. Secundo quæritur, de remedio si non seruantur promissa, & respondet, quod primitiua debes agere, & si excipiatur debes replicare, ut in summario. prima positio magis amicatur literæ.
1 † No. quòd de substantia transactionis non est scriptura, nec al-
2 terius contractus. ut supra titu. primo. l. pactum. fallit, ut in casibus ibi notatis. † Secundo not. quòd nec in iudicio, nec apud acta insinuatio est necessaria. concord. supra titulo primo. l. pacta nouissima. & oppo. & solu. ut dixi in 6. oppo. Tertio no. quòd ex pacto nudo, licet ex causa transactionis, & litis decisuo non
a datur actio.[a] Quarto no. quòd ex simplici transactione non tol-
3 litur primitiua, ut supra titu. primo. l. cum proponas. † Quinto no. quòd de re dimissa penes reum ex causa transactionis non transfertur in eum dominium, quia nec per actorem perditur, & hoc infra latius declarabitur. Sexto no. quòd replicatio doli transactionis non seruatæ, non impedit eius obseruantiæ potentiam, id est, non impedit ius, quominus in obseruantiam
4 transactionis redire possit. † Septimo no. quòd purgatio quasi
b moræ ad mittitur,[b] & notanter dixi, quasi more, quia propre reus non potest in mora constitui, cum non possit exigi, ut ff. certum petat. l. lecta. uersic. sed non fortis. Octauo no. quòd aliqua consequimur causatiue, quæ petere non possumus præcise. No. quòd contra parentes, & patronos temperatur replicatio, sicut actio, vt l. non debet. ff. de dolo. Venio ad apparatum, & prima pars habet tres glos. in notabilibus recitatas. Oppon. contra secundam partem, quod male dicat, certum quid conuenisse, quasi innuat, quod secus esset, si incertum, argumen. l. cum prætor. in princip. ff. de iudic. sed siue sit certum, siue incertum, non est differentia, quia in vtroque est eadem ratio, & probatur supra titu. primo. l. cum proponas. & l. si pacto. Solut. cum glos. confitendo contrarium, & ideo supple idem, si incertum; nec ob. contra. quia hæc denotat accidentia facti, non ministerium iuris. Oppon. quod text. male dicat, quamuis ex pacto nudo, cum de pacto non formaretur quæstio, sed de transactione, quæ est species distincta a pacto, vt infra eodem, l. transac. & ff. eodem, l. prima. & de separatis non recte infertur, ff. de minor. l. Papinianus exuli. & de acquirenda possessione. l. naturaliter. §. nihil. Solut. vt in princip. glos. magnę, quę supplet ex pacto transactionis, & merito, quia pactum est genus ad omnes contractus, & distractus, ut est transactio, vt ff. de pactis. l. prima. §. conuentiones. & sic repræsentatur in sua qualibet specie. vt hic,
5 & ff. si certum petat. l. prima. † Oppo. ex eadem glos. quod imò ex pacto transactionis detur actio, vt ff. de condic. ob causam. l. tertia. §. primo. & de conditio. & demonstratio. l. eleganter. §. penul.

ADDITIONES.

a ¶ Non datur actio. Adde, quod notaui in apostil. ad istum post eundem in l. si diuisionem. in fi. & ibi posui in additio. ad ipsum. in uer. de iure canonico. infra, famil. ercisc. & in l. legem. in. j. uersic. nuda. regulariter non pariunt actionem, & ibi posui in apostil. in eo. uer. supra, de pact.

b ¶ Admittitur. Ad hoc idem not. Fulg. & Alexand. quod reus, qui fuit in mora adimplendi id, quod promisit in transactione, si conueniatur prima actione, potest moram purgare, & sic satisfacere usque ad sententiam. Nec obstat si dicatur, quod purgatio moræ non admittitur, nisi usque ad litcontestat. & non ultra l. si intulam. ff. de uerborum obligationibus. quia est uerum, quando mora committitur ante lit. contest. hic autem fuit commissa post, nimirum si admittitur purgatio usque ad sententiam, de quo per D. Ial. in l. pacto quo pœnam. supra, de pactis. uel potes subtilius respondere, secundum Bald. hic in ulti. colum. quod proprie hic non agitur de purgatione moræ, quia cum actionem non perfecte impleuerit, ut habes hic in glos. reus non potest dici in mora, unde hic non agitur proprie de purgatione moræ, sed potius de facultate, quàm habet reus obseruandi transactionem, ut iudicium de nouo reintegratum euitet.

§. penultimo. Solut. vt in glos. vsque ad versic. sed quare, &c. & vult dicere glos. Aut quæritur, an ex pacto nudo transactionis datur actio ad dandum. Et dico, quod non indifferenter, vt hic. Aut an detur ad repetendum, & tunc refert, quia reo datur ad repetendum, quod dedit, vt in contrariis, sed non actori, argumen. l. fauorabiliores. de regulis iuris. Circa istam solutionem
6 sunt tria videnda, quæ successiue subijciam. † Primo vnũ, quod asserere videtur glos. videlicet, quod condictio ob causam ad repetendum data oritur ex pacto, cuius contrarium innuit Iacob. & qui sequuntur eum triplici ratione. Prima, quia hæc cõdictio datur ad facti, seu ad contractus resolutionem, ergo ex illo non potest nasci, quod resoluit, & distrahit, vt Institut. quibus modis re con. ob. §. is quoque. versic. sed hæc species. & de ob. quæ ex quasi contractu. §. item is cui. Secundo, quia inducta ad vnum effectum, non debent operari eius oppositum, supra, de legi. l. quod fauore. infra, de iuramen. calum. l. secunda. ad ff. ff. de negoc. gest. l. siue hæreditaria. & est ratio rationis præcedentis. Tertio, quia hæc condictio oritur ex quasi contractu, vt d. §. item is. & sic non ex pacto, & extra id, quod agitur, vt ff. cõmo. l. si is qui. §. si libero. Quarto, quia hæc obligatio re contrahitur, vt dic. §. is quoque. & ex re non pacto nascitur, vt not. alia glos. posita in l. si, vt proponis. infra, de condict. ob cau. & etiam
7 glo. fina, huius l. quæ huic videtur contraria. † Saluat Dominus meus, vt sic exponatur, ex pacto, id est, propter pactum, sic, &
a alias dictio, ex,[a] ponitur pro, propter. infra eodem, l. si ex falsis. sed meo iudicio aliter est dicendum, videlicet, quòd duplex est pactum, vnum expressum, quo conuenit dare, vt fiat, & ex illo non nascitur ob causam condictio, vt hic in glos. fina. Aliud tacitum, quod inest, vt si non impleat recipiens conuenta, restituat repetenti data, & ex isto tacito pacto nascitur, vt in hac gl. & sic non obstat prima, & secunda ratio, & quia hoc est tacitum, & non expressum; ideo quasi contractus nuncupatur, & sic ex quasi contractu nascitur, vt dic. §. item is cui, qui notanter ponitur sub rubri. de obligat. quæ ex qua. con. nasc. & sic non obst. tertia ratio, & quia iste quasi contractus, sine re ob causam data, nec impletur, nec celebratur, nec obligatio producitur, sicut nec veri contractus, quire contrahuntur: ideo re contrahi dicitur, vt dicto §. is quoque. qui notanter ponitur in titulo, de ob. quæ re contrahuntur. qui licet loquatur in condictio. indeb. idem tamen dici potest de condict. ob causam, quia ratio non videtur diuersa, vt notat Azo. in sum. de condict. ob cau. & isto respectu glos. dixit, quod ex re nascitur, in dicta l. si, vt proponis. non quod immediate ex re sola nascatur, sed ex quasi contractu, qui re impletur, & perficitur, & sine ipsa obligatio non producitur, & in quo res ipsa designat ad quid hæc obligatio contrahitur, & sic non obst. quarta ratio. Et concordatæ sunt omnes glos. quod not. quia hoc est subtile. Et prædictis ponderatis posset dici ad contrarium, quod hic de pacto nudo, ibi de tacito pacto, seu quasi contractu rei interuentu vestito. Secundo circa solut. glos. est attendendum, quod in eo, quod facit differentiam inter petitionem, & repetitionem, reprobant quidam per l. cum mora. supra eodem. vbi etiam petitio datur. sed hæc reprobatio nil obstat, quia vbi pactum non erat nudum, sed vestitum, & actor, qui impleuit, actionem habet, hic vero non impleuit, & sic nudum remansit ius, vt latius super hac gl.
8 infra dicam, quæ hoc contrarium format. † Tertio circa eandem solutionem est attendendum, quod differentia, quam facit glos. inter actorem, & reum, non videtur tuta, quasi non sit differentia inter eos. & sic nec ius diuersum, vt infra, de liber. præter. l. prima. Sed prosequendo glos. respondeo, quod imò est differentia, secundum Vgo. quia hæc transactio incidit in contractum, facio, vt des, ex quo debet dari de dolo, quæ hic competere non potest, quia primitiua competit, vt hic, sed reo nulla competit. Hanc rationem reprobat glos. quia remittere est dare, vt l. si mulier. ff. de condictio. ob causam. & sic non est, facio, vt des. sed do, vt facias, & per consequens ita posset repetere actor, sicut reus: ista ratio reprobatiua glos. non est bona duplici ratione, quia tunc remittere est dare, quando debitum est liquidum, vt ff. de condictio. ob causam. l. si quis accepto. & not. supra eodem, l. actione. sed quando ex causa transactionis remittitur, illud non est liquidum, quia super dubio transigitur, & non super certo, & dubius euentus dicitur remitti, vt ff. eodem, l. prima. & sic defenditur. Vgo secundum Iacob. Butriga. Sed alia ratione reprobat Odoffred. & Dominus meus: nam esto, quod sit facio, vt des, tamen remittere actionem, est dare liberationem; & sic est factum in se continens dationem, vt alias in l. manumissiones. ff. de iustitia, & iure. & est tale, ex quo adest aduersario. Et sic haberet locum præscriptis verbis, & nõ de dolo, vt ff. de præscriptis verbis. l. solent. & not. in l. naturalis. §. quod si faciam. in eodem titulo. Ratio ergo Vgolini non est bona, & pro tanto glo. dicit, dic, quod ratio est, quia hic pactum est nudum, & non vestitum, quia licet remiserim dubium litis euentum, tamen adhuc agere possum primitiua, quæ non est sublata, vt hic, & ff. de condictio. indebiti. l. eleganter. §. penulti.
& nunc supple glo. & sic actori non datur actio ad repetendum id, quod habet, sed reo sic id, quod dedit; & apparet ratio diuersitatis inter actorem, & reum circa id, quod in princip. dixit gl. quasi actori non datur actio ad repetendum, sed reo sic. Sed Iacob. de Rauen. & multi Doctor. non continuant illum versic. sed quare &c. ad præcedentia dicta in glos. sed quæstionem referunt ad l. videlicet, quare in casu nostræ l. actori non datur actio contra reum, vt impleantur conuenta, sicut datur reo soluenti, & respondeo, quia actor non plene impleuit, cum adhuc agere possit, vt in glos. nam pactum de non petendo, non tollit ipso iure actionem, vt dixi in l. pacta nouissima. supra titu. j. Sed prior modus legendi, magis congruit literæ, & continuationi huius glos. licet aliqua consequentia congruat huic secundo modo. Sed tunc extra glos. opponebat Dominus meus: si hic transegit faciendo pactum de non petendo, nonne per pactum sequens se obligauit naturaliter non petere, ac etiam per pactum naturali sublata, & ciuili elisa, vt dixi supra tit. primo. l. pacta nouissima. ergo habet, quid repetat, vt saltem sibi faciat pactum de petẽdo, vel etiam potest præscriptis verbis agere, cum sic impleuerit conuenta, quod naturali deficiente non potest ex sola ciuili; & maxime elisa, agere. Solut. quod nec repetere, nec agere potest: repetere non, quia repetitio per cõdictionem ob causam conceditur, vel pœnitentia allegata, vt l. dedi. in princip. & §. fina, & l. si pecuniam. in princip. ff. de condictio. ob causam. & isto respectu non potest, quia in transactione non est locus pœnitentiæ odio litium, & causarum minuendarum causa, vt infra eodem, l. quamuis. & quia res non est integra exceptione iam quæsita, & sic cessat condictio ratione pœnitentiæ, vt in contrariis. Vel conceditur, quia non implentur promissa, & tũc illam causam non potest etiam allegare, quia ipse non impleuit plene ex parte sua, cum adhuc agere possit, vt hic, & qui petit sibi impleri, prius debet implesse, vt ff. de act. empt. l. Iuli. §. offerri. Nec obstat, quod dicitur, quod naturalis est sublata, & sic non competit sibi actio, quia hoc est falsum; nam non propterea tollitur actio ipso iure, vt scripsi in l. pacta nouissima. supra titu. j. propterea, quo ad omnia prædicta condictio ob causam nascitur ex quasi contractu, qui re vestitur, vt in tertia oppositio. dixi. sed in pacto de non petendo res non interuenit; nec aliud, quod habetur loco rei, ergo ipsa non potest competere, & sic est responsum ad primum modum arguendi, similiter ad secundum, quia dico, quòd nec præscriptis verbis sibi com-
9 petit, quia dixi ex sua parte non plene impleuit. † Oppo. quod imò actor potest plene implere liberando reum per acceptilationẽ, subaudi in casu nostro, & per Aquilianam stipulationem præcedentem, cum actio esset hic realis, iuxta nota. in l. vt responsum. supra eodem. & tali liberatione præcedente, cum tunc nulla supersit actio, poterit actor condicere liberationem, id est, vt ponatur in priorem obligationem, si debitum non erat liquidum, vt l. si quis accepto. ff. de condictio. ob causam. vel si debitum erat liquidum, & purum, potest repetere ipsam pecu. vt l. si mulier. in eodem titu. & in qualibet earum not. vel si non vult repetere, potest præscriptis verbis agere, vt impleantur conuenta, cum iple plene ex sui parte dicatur vestisse, cuius contrarium innuit text. iste. Solut. vt sequitur in glos. in verb. quid ergo. vsque ad versic. item. & primo secundum Azo. qui fatetur contrarium, vbi mediante acceptilatione liberatio facta fuisset, sed in casu nostro solum intercessit pactum de non petendo, licet ex causa transactionis. Secundo, secundum Vgolinum, quòd etiam si acceptilatio intercessit, locum habet hæc l. quia adhuc de facto agere potest. Opin. Azo. est indubitanter vera, quo ad condictionem ob causam per ll. quas supra allegauit; sed quo ad actionem præscriptis verbis, similiter eam firmauit glos. in l. prima. supra, de pactis. & eam communiter omnes tenẽt, quasi plene impleuerit, & pro hoc bonus textus. ff. de condi. institu. l. mulier. in princip. consimilis est in l. Mutianę. versic. vnde. ff. de condi. & demonstrat. Nec obstat ratio Vgolini, quia licet de facto agere possit, & agendo incidat in pœnam, vt d. l. vbi, non tamen in casu nostro hoc debet præsumi, vel cõsiderari, tanquam non verisimile, cum absque eius dolo hoc non possit contingere, præterea ex tali potentia agendi non debent tolli iuris remedia ex sua parte plene implenti, vt patet in l. supra allegata. quinimò agentem de facto repellit iudex suo officio, vt not. in d. l.
10 vbi pactũ. † Oppo. successiue cum glo. quod paciscentes de non petendo possint bene implere, quia potest cauere, & cautionẽ præstando dicitur implesse, vt l. 4. ff. de condi. insti. respondit gl. confitendo contrarium, vbi cauit; sed cautione non præstita, procedit l. ista. fatetur tamen glos. quod ad cauendum cogi non posset, vt l. 3. in princ. ff. de condic. ob causam. & huius est ratio, quia reus tutus est exceptione, quod sufficit, vt ff. vt in possess. legato.

ADDITIO.

a ¶ Dictio, ex. Adde quod dictio, ex, de proprio significato denotat causam proximam, ut per Do. Soci. consi. 14. incip. sequendo ordinem. uer. 3. probatur. in prima parte. char. 30.

legato.l.prima. §.si debitori. licet quandoque in contractibus, quis compellatur cauere, vt l.in omnibus. ff.de iudic. & de hoc dic,vt ibi,& in aliis casibus,quos subijcit glos. vsque ad versicu.
11 nec obstat.†Quod attende,quia ista glos.allegatur per aliquos, vt velit,quòd cautio Mutiana,licet fuerit inuenta a Mutio in vltimis voluntatibus, tamen quo ad mẽtem habeat etiam locum
a in contractibus, [a] & fuit opin. Guillel. de Cun. quam plene discussi supra tit.j.l.prima.ad fin.& ibi tenuit opi.secundum Dominum meum,& ita se habet communis opinio. Ad hanc glos. respondeo,quod ista glos.non vult,quòd possit pro implemento offerre cautionem, vt sic aduersarium compellat contentari; & merito, quia in vltimis voluntatibus est speciale, & in eis prouidit Mutius contra iam prouisa in contractibus. Ideo in illis remansit dispositio primæua, vt l.cum prætor. in princ. ff.de iudic. cum simil. sed vult ista glos. quod si cauit, & reus sponte cautionem recepit,quòd sufficiat pro implemento,vt si cãtens possit repetere, quod sibi abest, & aduersario adest, vel agere præscriptis verbis,vt impleantur conuenta;& dicetur vestimentum voluntarium, non necessarium; & ex vtraque parte, quia nec iste cogitur cauere,nec ille de cautione cõtentari;sed postquam suscepit,sibi præiudicat,sicut aliud quàm solutionem recipiens,præiudicat sibi in pignore,vt ff.de pigno.act. l.si rem. §. omnis.& sicut sponte suscipiens debitum,præiudicat sibi in pœnam,vt ff. de eo,quod cer.lo. l.si.nec poterit agẽti opponi, quod non plene cauit;quia de spõtanea receptione replicabitur,quasi ab initio de cauendo actum fuerit, vt ex sequenti spontanea
14 successione declaratur, & ita declarabat Dominus meus istam glos.& bene.Ideo vide,quæ scrip si in dic.l.j. & hoc nisi pactum fuisset de cauendo, quia tunc cautio esset vestimentum necessarium,& plenarium,vt hic inquit Cy.Prosequor glos.& oppo. de l.cum proponas. supra tit.j.& hoc in versic.nec huius rei causam.a sensu contrario. Sol.quod in illis interuenit stipulatio, & sic pactum est vestitum:ideo ex eo datur actio,hic vero erat nudum,& est ratio diuersitatis,vt in glos.vsque ad versic.item not. Oppo.ad idem,quod ex pacto transactionis agatur,vt supra eodem,l.cum mota.& de l.si pro fundo.infra eodem.Glo.dat duas solutio. communes ad vtranque, & tertiam ad l.cum mota. sed ad l. si pro fundo. dic, vt ibi dicam. Ad l. cum mota, non placet prima solut. quia non est dare rationem fallentiæ: nec secunda, quia ibi est actio natiua, vt in j.q. ibi scripsi:nec tertia,quia diuinat. Item,quia supponit,quod si ibi fuisset contractus, facio, vt des, daretur de dolo, quod non est verum in casu huius l. quia ex illo facto adest aduersario, & sic præscriptis verbis, contra eum competeret,vt ff.de præscriptis verbis.l.solent. Illud tamẽ, quod sentit,quod contractus innominati cognoscuntur ex cõuentione, teneo pro vero, licet quidam contra,vt plene scripsi in dic.l.cum mota.in 5.oppo. Alia solutio datur in contrarium, scilicet quod hic primæua actio durabat, vt in textu patet, ibi vero extincta erat,& illa bona, secundum quandam opi. quam ibi habuit Mart.Sill. & Iac.But. qui dicebant,quod saltem casu
15 mortis superuenientis erat extincta. Alia quinta solutio fuit domini mei,scilicet quod hic non plene impleuerat,quia non petiturum conuenerat,quod respicit actũ futurum, & non instantaneum,sed successiuum per tempus infinitum,vt ff.de condic. indeb.l.eleganter. §.pe. & sic huius pacti effectus nõ potest haberi,vt dixi in l.j. supra tit.j. Sed in l.cum mota.plene impleuerat,quod conuenerat, quia cõuenit a lite discedere, quod respicit litem præsentem tantũ,& ita desistit.Circa quod vide,quod
12 scripsi plenius in d.l.cum mota.in 6.oppo. † Concludamus igitur varios esse modos trãsigendi, ex quibus diuersi resultant effectus, quia quandoque actor conuenit a lite discedere, vt quid sibi detur; & dic, vt in l.cum mota. cum materia. supra eodem. Quandoque conuenit liti renunciare, & dic, vt l.postquam liti. §.tit.j.& adde quod dixi in d.l.cum mota.in 3.opposi.Quandoq; conuenit remittere debitum vel actionem.& dic,vt dixi in l.j.in 2.q. §. tit.j. Quandoque conuenit accepto ferre, vel per acceptilationẽ liberare,& tunc solenniter accepto ferendo dicitur plene impleſſe,vt hic in gl.quid ergo. Quandoque conuenit cauere de non petendo,& tunc per cautionem dicitur impleſſe,quæ autem debent esse cautiones, remitto ad nota.per Iac.But. j.de procur.l.j.& per eundem,& Cy.j.de verb.significa.l.i. & ibi dicam.Quandoq; conuenit non petere ex causa transactionis,& ista est materia huius l.& veritas est,quod non dicitur impleſſe; ideo pactum est nudum, vt hic; nec sufficit cautionem offerre, vt §.dixi,sponte tamen recepta sufficit,& ita intelligi debet glo.
13 ista,in ver.item quid. † Sed moueo dubium,quod fui pollicitus in l.i. supra titu.j. quid si actor conuenit non petere, vt quid sibi detur, & offert se paratum solenniter liberare reum per acceptilationem,an sufficit,vt reus compellatur;& videtur,quod sic per no.hic in gl.ver.quid ergo.& per no.in d.l.j.§.tit.j.Item,quia pactum simplex de non petendo: ideo nõ vestit, quia finis eius, & effectus haberi non potest; sed per acceptilationem reus cõsequetur huius pacti effectũ, cum per ipsam extinguatur actio, & amplius ipso iure peti nõ possit,vt supra dixi.Sed contrarium puto verius.Primo,quia hoc non fuit conuentum,& a conuentione non est recedendum,ff.si cert.petat.l.non omnes.in prin. & depositi.l.j.§.si conueniat.& de exerci.l.j.§.si is qui nauem.& de leg.3.l.non aliter. Secundo,quia aliud pro alio solui non potest creditori inuito, vt ff.de sol. l.Paulus. Tertio,quia licet plus conuento offeratur,aduersario tamen non est plus,ex quo non contentatur,& forma conuentionis ei mutatur, argumen.ff.de vsufruc.l.hactenus.in fi.alias incipit,l.non poſte.cum l.seq.& Instit.de actio. §.præterea. Quarto, quia acceptilatio fit vtilior respectu extinctionis debiti principalis, non tamen est plus, vel vtilior ei propter,quod offertur, quia ea præstita, non obligatur præcise ad soluendum conuenta,ad quod ex forma conuentionis non erat præcise obligatus, sed causatiue, vt in hac l. & pro eius libero arbitrio. Item,quia forte vult potius litigare,nec trãsactionem opponere,cum nunc defensiones suas habeat paratas,quas prius, dum sic transegit, non habebat. Quinto, ratione qualitatis seruandę,quia reus non posset compellere actorem in casu prædicto accepto ferre; ergo nec ecõtra actor reum per acceptilationem recipere,cum vterque sic nude transegit,sciẽs ius suum ipso iure durare,argumẽ.ff.quib.mod.pign. vel hypot. sol. l.sicut. §. non videtur. & imputetur ei, qui sibi plenius non prouidit,argumẽ.ff.de pactis.l.veteribus.cum simil.Ad gl.istam respondeo, quòd debet intelligi, quando sponte recepit, vt de cautione supra dixi,vel quando conuenit ipsum liberare,vel accepto ferre. Ad aliam rationem patet responsio ex prædictis.
14 †Reuertor ad glo.& omissa causa huius glos.& alijs gl. sequentibus transeo;ad glo.fina.in versi.item,&c. & oppo.quod ex pa-
b cto transactionis [b] semper detur actio, quia aut dolus rei dedit causam transactionis, & datur de dolo, vt supra eod.l.sub prætextu.in fi.aut causam non dedit transactionis,sed quia non seruantur promissa,agitur condict.ob causam, vt ff.de condict.ob causam.l.si quis accepto. Solu.quod in primo casu actio de dolo oritur ex delicto,hic procedit ex pacto;in secundo casu similiter condictio ob causam non oritur ex pacto, vt in glos. Sed mordaces reprobant glos.in vtroque membro; nam in l.nostra alia cõpetit,vt patet in text.& sic cessat de dolo, vt in primo casu,vt ff. de dolo. l.2. §. si quis. & quia ipsi dicunt verum in casu huius l.ideo salua glo.extra casum l. quando acceptilatio interuenerat,vt d.l.sub præ textu.† Et hæc fuit intentio gl.dum in opponendo dixit, oppo.quod semper; id est, etiam si acceptilatio intercessent,ita quod prima non pendeat, nec duret. In secundo casu similiter reprobant,dicentes,quod in casu nostro non datur,quia primitiua durat, & sic non est necesse, vt in ea se repanat,sed dic,quod glo.loquitur,quando acceptilatio solennis intercessit,vt proxime dixi. Oppo.successiue ex eadem glo.quòd primitiua agi non possit;etiam si simplex pactum interuenerit, vt infra,ad Turpil.l.quamuis. Respon.glos.quòd fallit in accusatione,vt ibi, circa quòd latius vide,quod dixi supra eod.l.transactione. & attende,quia nec ibi condictio ob causam locum habet. † Concludamus modo circa condictionem ob causam sic,
15 quia aut quæritur,an reo vel actori transigenti competat expenitentia;& dic quòd non, vt in fra eod.l.quamuis.& hoc,vt finis sit liti,a qua est discessum;aut an ei detur,quia aduersarius ei nõ implet conuenta,& tunc differt reus ab actore; nam reo datur, vt ff.de condic.indeb.l.eleganter. §.pe. In actore vero distinguitur, an prima actio durat, & tunc condictio ob causam ei non competit,& frustra eam intẽtaret ad id,quod penès se haberet. Item, quia non potest allegare hanc causam aduersario, vt dixi §.in vers.sed tunc ex. Aut primæua non durat,& tunc aut illa est talis naturę,quòd possit restaurare,seu induci partium cõsensu, & tunc condictio ob causam competit,vt reus in priorem obligationem se reponat, vt ff. de condic. ob eau. l. si quis accepto. Nec obstat j.eod.l.si pro fundo,vt dixi in primo contrario.Aut non est huiusmodi naturæ, vt sunt actiones ex delicto, vt ff. de pac. l.si vnus. §.pactus. impossibile competeret contra.l.impossibilium.de reg.iur.& sic potest intelligi l.quamuis.j.ad Turpil.
16 †Expeditus de contrariis transeo ad quæstiones.Et primo quæro,quæ differentia est inter contractum facio,vt des,& pactum transactionis,de quo loquitur lex ista.Respondeo,vt hic in glo.

magna,

ADDITIONES.

a ¶In contractibus. An cautio Mutiana locum habeat in contractibus, uide glo.j.Bar.& Doct.in l.Mutianæ.ff.de condit.& demonstra.in 2.col.in tex. oppo.de l.ita stipulatus.quod not Bart.in l.ad fi. uer.quærit glo.supra,de pact.Bart.hic contra glo.in 3.fol.ubi Bal.in 5.col. uersi.1.quæro, uide Bal. in l.dedi.in princ.ff.de condic.ob causam. in 2.col. in 3.oppo. & in l.insulam.§.quidam. ff.locati. ubi dicit eam præstari posse pro implendo modo contractus,seu contractu,& peti promissionem in contractu, maxime si modus sit implendus de pecunia, adde Bal. in l.j. ad fi. in uersic.quæro,an conditionum. infra,ut in possess.lega. uide omnino Dom.Iaf.May. hic in 4.colum.& uide hic Dom.Franc.Aret.

b Ex pacto transactionis.Adde licet sit incidens quæstio,an transactio sit cõtractus,& Bal.in l.contractus.in 2.not infra,de fide instrumen.dicit,quod est contractus semiuocratiuus.Idem no.in l.suus.in 6.not. infra,de reputat. hæred.& Alex.omnino in l.si quis,de reg.iur.

magna,circa fi. Et attende, quod circa illud pactum glos.duo dicit.scilicet,quod illud perficitur, & perfectum non potest reuocari.sed circa pactum transactionis solum de professione dicit,de reuocatione omittit,& merito,quia quandoque reuoca-
17 tur,quandoque non,vt dixi in distinctione precedenti.† Secundo quæro,quomodo in text.nostro dicatur rei vendicatio pendere.Et glos.respondet duobus modis, & vterque bonus sanè intellectus,ideo declarando dic,quod si lite pendente super rei vendicatione conuenit non petere,& est infra tempora instantiæ, tunc dicitur pendere, & prosequi potest illam inchoatam pacto de non petendo sublatam, & compellitur reus rem constituere,vel conuenta seruare,& ad hunc sensum potest intelligi.ff.de pactis l.tale pactum,§.qui prouocauit. Secundo modo potest intelligi non de intentata prosequenda,sed noua inchoãda,& proponenda,& ista etiam vera indubitanter,vbi fuisset pactum de non petendo, sed vbi rem remisisset ex causa transactionis,dicit glos.nostra idem.Quod secundum eam est notandum,& merito,quia remissio uidetur plus importare.quàm pactum de non petendo,vel simplex dimissio. Contra quod opp. glos. de l.3.§. sed si is.ff. ad legem Falcidiam, & non soluit,sed dic, quod ibi text.non dicit, quod retinens sibi ex transactione quærat dominium: quia non posset,cum iam ex causa hæreditaria dominus esset, & non creditores. vnde quod ibi dicitur, quòd ea decisione habet,debet intelligi,id est possidere incipit, & ius retinendi habet:quia creditores legatarii sunt potiores,vt infra, de iure deliberan. l.fi.§. licentia. ex pluribus enim causis quis potest possidere, sed non dominus esse, vt ff.de acquiren. possessio.l.3.§. ex pluribus. Sed extra glos.oppo.ad idem. nam qui rem dimittit, vel remittit ex causa transactionis,videtur illã tradere.argumen.ff.de rei vendi.l.quædam mulier, & de acquiren.rerum domi.l.qua ratione §.interdum,& Institut.de rer.diuisio.§.interdum,& sic est ficta traditio,& verus titulus traditionis.ergo &cætera, vt §.tit.j.l.traditionis.Soluunt quidam, quod transactio non præbet tit. quia non super re, sed super dubio litis euentus celebratur, sed hoc est contra.l. penul.infr.pro emptore.Alij dicunt,ut Petr.quod titulum præbet transactio.quando ex ea quis obligatur tradere, non quando tenetur solum silere,vel patientiam præstare, vt in casu nostro, & uerum dicit, & pro hoc glo. 2. infra eodem l. si pro fundo. tene igitur glos. cum qua concordat alia infra, de vsucap. pro empto.l.penul.& ff.in eodem titu.l.j.& de verbo.oblig.l.stipulatio ista §.sed quatenus,& pro eis facit supra eodem l.si super possesin fi. & infra eodem l.si pro fundo, & l.si quis maior. ibi dum dicit.& rerum proprietate careat,& hic.Tertio quæro,an in casu nostro possit
18 præcisè vrgeri ad obseruantiam placitorum. respondeo, quod non,vt gl.fin.in princip.sed causatiuè, vt §.tit.j.l.si pacto.† Quæro tunc 4. vsque ad quod tempus poterit reus offerre conuenta. Et glo. hic respondet alternatiue,& nos dimittit in incerto. sed secunda pars nullo modo est hic vera: quia ibi loquitur, quando illud, quod debetur est in solutione ex dispositione legali,hic ex conuentione. Item ibi nullo modo est in obligatione,sed in mera facultate,hic in obligatione licet inefficaci,quia solum naturaliter tenebatur. Item ibi ex facto alieno, hic ex proprio. Primam autem non tenet Petrus nec Iaco.de Rauen. sed dicunt, quod si super rei uend.noua inchoabitur instantia, & nouus libellus porrigetur, sed antiquus reiterabitur: sed vsq; ad litis contest. reus poterit offerre, & moram,vel quasi purgare,arg.infra,de verborum obliga. l. si insulam, & l.si ita quis.§. Scia.Hoc idem tenet Barto.sed non per illas ll.quia in eis illud, quod offertur,erat in obligatione efficaci, hic vero solum in facultate,licet hominis dispositione. Item in §. Scia,erat dies apposita, hic secus, sed allegat pro casu ff. de solu.l.si quis stipulatus fuerit decem in melle. sinautem super antiquo libello,& in antiqua instantia procedatur,& adhuc idem, si transactio fuerat facta ante lit.contest.sinautem post litem contest. tunc Bar. simpliciter dicit, quod usque ad sententiam. Sed præfati Petr. & Iaco. ut colligo ex his, quæ Cyn. hic recitat in x. quæst.dicunt, quod audietur usque ad primum actum contradictorium, qui postea fiet in processu, & non postea,sicut dicimus, quod contra procuratorem exceptiones dilatoriæ apponuntur ante lit. contestat. si ante procurator interuenerit. si postea, tunc opponetur usque ad primum actum iudiciarium, quem agitabit cum aduersario, non postea, vt l.nihil, cum ibi not.& l.ita demum, infra, de procurat. & ibi per doct. Alij moderni nostri temporis dicunt, quod audietur usque ad liquidationem probationum exclusiue, nam iniquum foret, quod in potestare rei esset expectare probationes, & tunc offerre, & si non esset probatum non offerre, sed simpliciter petere, si absoluit, & sic claudicaret iudicium, & daretur facultas reo fatigandi actorem in onere probandi, argu. ad hoc ff. de iureiuran. l.cum qui.in princip. ubi beneficium confessionis tollitur reo, qui fatigauit actorem in onere probandi, pro hoc etiam facit ff. de euict.l.si rem §. quolibet tempore. Quid dicam ubi tanti doct.

variauerunt, & sic coloratæ eorum opin. probauerunt subsisto.Sed ne sub silentio pertranseam,quod sentio Dei patris, & saluatoris Domini nostri Iesu Christi implorato subsidio, dico quod huius quæstionis sententia ex practica debet attendi. Pro cuius declaratione præmitto,primo quod exceptio transactionis potest opponi dupliciter. vno modo in vim dilatoriæ. alio in uim peremptoriæ,vt dixi supra eodem l.fratris,& supra tit.j. l.post quam. Secundo,quod replicatio opponitur ad contrarii finem eius,ad quem extenditur exceptio.Tertio quod si dilatoria ante lit.conte.cepit competere, debet ante litem conte.opponi,vt infra de procura.l.ita demum.& si post lit.contest.cepit competere, potest opponi postea vsque ad primum actum agitatum in processu. Quarto quod oblatio, de qua loquitur iste tex.tendit ad replicationem enerudandam, & ad exceptionem coadiuuandum:& roborandam.& sic non ad alium finem tendit,quam ipsa exceptio, vt in tex.nostro patet.& supra titu.j.l.si pacto. modo ad propositum si reus excepit de transactione in forma dilatoriæ ante litem contest. & actor replicat de transactione non impleta,ad hunc finem replicat,vt non obstante exceptione iudex ad li.conte.procedat. Si igitur reus vult offerre, & transactionem implere, hoc debet facere ante litem cõtest. quia transactio non impleta ex parte opponentis, non impedit litis contest.& lit.contest.prior oppositio euanescit, nec postea opponi potest.vt d.l.ita demum. Si vero exceptio superuenit lite contesta.& actor,quia non implentur sibi conuenta, procedit ad vlteriora causæ, reus, si vult processum impedire, debet in forma dilatoriæ de transactione excipere ante aliquem actũ iudiciarium.& si actor replicet, debet reus ante eundem actum offerre,alias excluderetur,& per hunc modum opi.Petr.verificetur. Sed si reus de transactione non opponat in forma dilatoriæ,sed peremptoriæ, tunc quantuncunq; prius competeret per lit.contesta.non excluderetur ab opponendo postea.vt j.sentẽ. rescin. non poss. l. peremptorias. & per consequens nec ab implendo. Nec huic ob.ff.de sol.l.si quis stipulatus fuerit decem in melle.quia ibi reus nullam habebat exceptionem, cui facultas offerrendi cohæret: hic sic.vnde facultas ista sequitur naturam ipsius exceptionis,& sic allegatio,quam fecit Bar. nostrum ca-
19 sum attingit.† Videndum est igitur vsque ad quod tempus tũc poterit offerri.Et breuiter dico, quod usq; ad sententiam, sicut exceptio ipsa,& replicatio.vt d.l.peremptorias.quicquid ibi dicat gl.de probatione, cum semper diuerso capitulo post didicita.testificata possit fieri probatio: quia cessat illa suspicio per q̃ alias prohiberetur.& est tex.in c.fraternitatis. extra de testa. Et per hunc modum gl.nostra hic posita dicit verum, pro qua est hic casus non cauillando tex.dum dicit,lite pendente &c.cum lis dicatur pendere vsque ad sententiam & probatur j. eod. l.si maior. in verbo,exigi. quod per sententiam intelligitur. j. de lega.3.l.fideicommissa.§.si rem.& §.titu.j. l. si pacto quo pœnam. Nec obstant ea,quæ supra allegarunt aliqui moderni; quia nõ est verum,quod iudicium claudicet.quia sicut reo exceptio,ita actori replicatio post probationes permittitur, nec habet actor suam replicationem probare,quia est negatiua,de non ente. vt j.de probati.l.actor.sed reus,uel quod impleuit promissa,vel of ferre conuenta. Nec obstat l. cum qui. in princ.de iureiur. quia in penitus diuerso casu loquitur. nam reus qui oneratuit actorẽ in probando per testes,perdit beneficium:quod ex confessione consequebatur; sed reus non prohibetur de transactione post probationes actoris, ut dixi, opponere. nec obstat, quod tarda denunciatio non iuuat.ut ff.de euiction.l.si rem §. quolibet tẽpore,quia ibi est tarda,cum denunciatus sibi prouideri non potest de necessarijs pro defensione causæ,& sic denuncians est in culpa,hic secus. nam excipiens non culpatur, si prius non excipit, quam actor probauerit. imo caute agit, nec replicationem tollit actori.ut dixi.& si dicas fatigauit eum in expensis litis, & ego respondeo,quod in illis uenit condemnandus, & fortè poterit actor dicere,tu debes offerre cum totali interesse. aliàs nõ teneor recipere,cum aliàs non purgetur mora,ut no.ff.de constitut. pecunia l. item illa, in glo.3. & hic nota, quia subtilia,&
20 inaudita.† Vltimo collige ex isto text.bonum argumen. quod si uenditor agat contra emptorem ad precium, non est necesse,quòd in libello dicat, quod rem uenditam tradere uoluit,uel etiam offerre, nisi cùm reus excipiat, quod uenditor prius implere debet, & ita intelligatur l. Iulianus §. offerri ff. de actio. emp.Nam ex hoc excipiens de transactione, non habet necesse offerre,nisi replicatione obiecta,& non replicatur,& transactione probata obtinebit reus, vt hic uidetur probari. sed aliàs plenius examinabimus.Laus Christo.

LEX XXIX.

1 *Transactio generalis prætextu specierum nouiter repertarum non rescinditur.*

2 *Transactione generali non præiudicatur in his,de quibus non cogitatur.*

3 *Transactio, & arbitrium, an sint idem, & an quę in altero dicuntur locum habeant in altero.*

4 *Transactio generalis, an prædiudicet, si res est, & erat pœnes tertium.*

a Sub prætextu specierum. [a] Dividitur in duas, & secundum aliquos in prima non intervenit error, in secunda, sic, sed malè. quia in prima errabat transigens, putás rem illam in transactione nõ includi. ideo d. uide a liter. nam primo loquitur de rebus, quæ in transactione includuntur re, licet non transigentis opinio. secundo loquitur de rebus, quæ includebantur opinione, sed non re. Vel aliter, primo quando res, in qua fuit erratum, non erat constituta extra personas transigentium. secundo quando erat constituta pœnes tertium. secunda ibi error. Casus. † Generalis transactio, non rescinditur prætextu specierum nouiter repertarum, nisi transactionis tempore apud tertium fuerunt constitutæ, hoc dicit. vel aliter. Generalis transactio præiudicat in omnibus sub ea includi possibilibus, non in alijs, licèt actor ea includi puravuerit, hoc dicit. Et quia in secunda parte gloss. varis modis ponit casum. sed non clare; ideo pone casum in tota lege. sic. Pupillus quidam agens contra tutores petit generaliter reddi rationem administrationis, & transegit generaliter cum illis sciens aliqua peruenisse, vel sciẽs eos aliqua malè administrasse, & aliqua malè administrata ignorabat, post hanc generalem transactionem ad eius notitiam peruenit illa mala administratio, quæ prius ei fuerat occultata, vel illarum rerum peruentio. vnde quæritur, an huius rei prætextu possit rescindi transactio. & respondeo, quod non, vt in prima parte. quęritur secundo, si tempore transactionis, res aliqua erat pœnes tertium, quæ verè erat pupilli, sed pupillus errabat putans eam esse possidentis, & post transactionem generalem reperit ipsam pœnes tutorem, vnde pupillus vult de nouo ipsum conuenire & rem ipsam ab eo vendicare. obijcitur de transactione generali. replicatur de errore, & de aliena tunc possessione, quæritur, an replicatio prosit pupillo. respondet quod sic, lege, ij teram. Et not. quæ habes in summarijs quæ infra declarabuntur. Et vltra illa no. ex tex. in secunda parte, quod in dubio res præsumitur possidẽtis etiam quo ad proprietatem, & quod iustè errat, qui sic putat. Item quod stupinè errat, qui putat verba generalia non comprehendere omnia sub generalitate possibilia, & hæc in sta declarabuntur. † Accedo ad apparatum, & opp. quod generalis transactio [b] non præiudicet in his, de quibus non est cogitatum, vt l. tres fratres ff. de pact. solu. vt in glo. j. iu princ. quod generaliter præiudicat in omnibus etiam transigenti ignotis, sibi imputaturo, quòd sic generalem fecit transactionem, scire debens sub verbis generalibus omnia comprehendi. fallit si aduersarij dolo fuerint occultata, vt in contrario. Et tunc duplex est ratio. prima ne fur & dolosus ex improbitate sua lucretur ff. de neg. gest. l. siue hęreditaria, & de fur. l. itaq; fullo. secundo quia aduersarius occultando est in dolo. actor sic generalem transactionem faciendo est in culpa. sed dolus præponderat culpæ ff. ad l. Aquil. item si obstetrix. Oppo. 2. quod nullo modo transactio præiudicet ff. eodem lege, de re filiorũ. Solu. vt sequi. in glos. quia ibi alia subest causa, quia de re ad se non spectante transegit. nec ibi dicit, quod præiudicet sibi: sed quod non præiudicat filio, de cuius re pater transegit, de quo plenius dic vt ibi. Oppon. 3. de l. his, & de l. non est ferendus ff. eodem tit. Solu. quod hic de gestis inter viuos, ibi de relictis in vltima voluntate, in qua est speciale, vt pleniorem consequatur exitum argu. l. primę, supra, de sacrosan. ecclesi. & probat d. l. de his. Oppon. 4. ad idem de. l. age supra, ea. so. vt ibi videlicet, ꝙ hic fuit transactum de dote, ibi de parte. Opp. 5. ꝙ generalis transactio non præiudicet nisi in petiris, vel prosecutis, sicut nec sníja, vt j. de iu. l. 2. cui transactio ęquiparatur, vt ſ. eo. l. non minorẽ. Sol. primo gl. quod hic fuit petitio generalis, & transactio generalis: in d. l. 2. fuit petitio specialis, licèt sentẽtia fuerit generalis. merito ibi restringitur, ut prejudicet solum in petitis. hęc non placet gl. & rationem in ꝓrio assignat gl. uidelicet, ꝙ si ibi petitio fuisset specialis, sententia ipso iure non prejudicaret, nisi in petitis cuius ꝓrium vult tex. ibi. Sol. igitur secundo quod ibi in sententia, hic in transactione. Et ratio diuersitatis; quia sentẽtia redditur in iniuitum, ideo restringitur ad cogitata tm̃, transactio fit ex consensu, ideo omnia comprehendit etiam non cogitata. & sic non obstat l. non minorem ſ. eo. quia æquiparãtur. vbi est eadem ratio, non diuersa. Hæc sol. non placet Pet. ideo dixit, ꝙ in d. l. 2. prosecutio media fuit specialis, vt ibi no. & ex probationibus factis in causa colligitur. hic vero omnia generalia. ideo in omnibus præiudicat. sed tene glo. quia, & si hæc prosecutio media fuisset specialis, illa non attenderetur in transactione generali. ratio, quia in sentẽtia ideo attenditur, quia iudex dẽt pronunciare de eo, quod cognouit ff. de iu. l. de qua re. cũ igitur solum de prosecutis cognouerit, & merito l. prouidet; vt eius sníja generalis, remedio replicationis restringeretur ad prosecuta tãtũ: at in transactione non est sic: ga partes vltra prosecuta, ꝓprio cõsensu transigere possunt, cũ ẽt de nouis nõ inchoatis, q̃ tñ sperantur moueri, possint transigere, vt dixi ſ. eod. l. 2. q̃ non est in sníja, quia illa non procedit de partium consensu. sed reddit in inuitum, vt ff. de verb. oblig. l. inter stipulantem §. i. Sed ꝗ istam rationẽ fortius facit, quia si transactio fit ex ꝓsensu, & in eo, de quo quis non cogitauit, non consentit, sequitur q̃d ad illud trãsi non debuit, vt l. cum Aquil. ff. eo. & l. fi. §. idem q̃ſ; ff. de cõdi. inde. Sol. ꝙ licèt non fuit cogitatum specificè. extitit tñ cogitatum uerbis, & mente generali: cum mens declaretur ex verbis ff. de mi. testa. l. qui in re. fm Pet. Et si dicas in verbis generalibus forte non cogitauit hoc comprehendi. R. ſi. quod talis non cogitatio est una fatuitas, & supina ignorantia iur. ideo non tendit in præiudiciũ alterius sibi plenarie prouidẽtis, nec huic obstat ver. error aũt, hic positus: ga in eo fuit error facti, & talis, in quem cõmuniter quilibet incidisset, & sic iustus, non supinus, nec res illa ex quo erat tunc apud aliũ, poterat sub transactione generali includi, & sic possessio ei superueniens est iusta causa agẽdi, vt ff. ad exhi. l. si de eo. §. si sępius, & de excep. rei iu. l. si. gs ab exhibendũ. Opp. 6. de l. si de certa. j. eo. sol. ut sequit in gl. in ver. itẽ & qũ, videlicet quod hęc petitio est generalis, similiter & transactio. ibi vero petitio est spãlis. ideo transactio restringit ad petita tũ, ꝙ est verũ vi trãsactionis. sed, an ex vi pacti vltra pe tita possit extẽdi, dic. vt ibi dicã. Subiungit gl. q̃d aliud est in sententia: ga illa gñaliter prolata ꝓiudicaret ipso iure ultra spãliter petita. licet remedio replicationis non noceret, quod gl. dicit sibi non placere. & merito, quia cũ sníja debeat esse ꝓformis libello, vt l. fundus ff. cõi diuidun. cũ ſi. non põt sníja vltra cõtenta in coipso iure ꝓiudicare. Opp. 7. de l. j. j. si aduer. rẽ iudi. Sol. ut gl. in tertia solutione, quia ibi beneficio ętatis, & remedio in integrũ restitutionis. hic de iure cõi. Concludo modo p̃dicta distinguẽdo, ga aut utrunq; ſ. petitio, & transactio est spãle: & tunc ultra specificata in transactione non porrigit: & idem in sníja. Aut vtrũq; est gñale: & tunc oia possibilia includi ꝓprehendit trãsactio, vt hic, & idem in sníja, nisi media prosecutio fuerit spãlis: ga tũc differt sníja a transactione: ga sníja restringit ad prosecuta. transactio secus. Aut alterũ tñ est gñale. tunc si petitio est spãlis, & trãsactio gñalis. dic vt dixi in l. age. ſ. eo. & dic, vt ſ. in l. si de certa. In sníja vero ipso iure non nocet vltra petita, ut j. de fili. lñ. & ff. cõi. diuid. l. vt fundus. S. nautem econtra, petitio est gñalis, & transactio vel sníja est specialis: tunc ultra in eis specificata non ꝓiudicat transactio, ut ſ. eo. l. age. in sententia vero, quia non videt lata super toto, remitto ad no. j. ſi aduer. rem iu. l. j. † Quæro tunc pro huius primæ partis complemento, an dicta in transactione habeant locum in arbitrio, & dicit gl. quod sic. ego non bene habeo intellectum huius gl. nam si gl. intelligit, an cõpromisso facto, & transactione sequuta idem sit, quod ſ. dixi. & dico, ꝙ sic. sed si intelligit, an idem sit in arbitrio. i. in sníja lata ab arbitro, & tunc de sníja arbitri idem iudico, quod de sentẽtia iudicis, vt sic attendat libellus coram arbitro porrectus, ar. l. j. ff. de arb. veruntamen si maligne aliqua omisit petere, incidit in pœnã, vt l. de reb. in fi. in eo. ti. quod est notandum. Quærit etiã ead. glo. an transigens cum tutore, vel generalem liberationẽ ei faciens liberet eum de dolo ꝓterito, [c] & remittit ad no. in §. illud. ego

A D D I T I O N E S.

a Sub prætextu. Adde d. Ias. May. hic qui pro intellectu, & practica regulæ huius l. format quæstionem, quam ipse refert Raph. Ful. habuisse de facto in persona cuiusdam nepotis sui. Aunculus huius nepotis administrauerat tutelam, & successiue curam illius nepotis, quibus finitis iste nepos egit cum aunculo petens reddi generalem rationem de omnibus administratis, tam ratione tutelæ, q̃ curę, pendente lite fecit transactionem generalẽ cum eius aunculo hoc modo, quia aunculus dedit certam quãtitatem pecuniæ, & nepos eum generaliter liberauit, quib. pactis accedit, ꝙ vxor huius aunculi veniens ad ecclesiam habebat quædam iocalia, plerique dixerunt huic nepoti, ꝙ illa iocalia erant matris suæ, & ea portauit in dotem, uel ſ. dotem, & ꝙ peruenerunt ad manus aunculi occasione tutelæ. vnde iste nepos intendens ea uendicare non obstante transactione generali petit consilium a Rap. Ful. qui sibi consuluit, ꝙ peteret, non poterat, per hanc l. si pater. tamen aspernendo consilium Ful. petijt in iudicio, & lata est sententia contra eum per illam l. ita residet Ful. & alij non tangit. Sed dicit hic d. Ias. fuisse male consultum, & malè iudicatum. primo p̃ tex. in d. l. tres fratres ff. de pac. allegata in glo. ubi quietatio generalis non extenditur ad res occultatas dolo, prout præsumitur in istis mobilib. pretiosis, quæ semper occultantur nec eius vxor vnquam portauit, nisi post factam transactionẽ, & istò casu fallit regula huius tex. ut in gl. j. item uide do. Ias. qui ex alijs rationib. mouetur prout latè per eũ quę omniao uide.

† Adde supra dictis. Pet. de Anch. in c. j. extra eod. tit. de transl. ubi allegat consil. Iac. de Aret. & de hoc uide j. eo. l. si de certa, & quod ibi posui in apostilla uer. tene cordi. nu. 2.

b Generalis transactio. Tu uide, de hoc dicto & illius materia, quod notat dominus Co apostillator meus ſ. ead. l. in prima apostillat. & quod ibi subdidi, & quoad etiam notaui in apostilla ad istum, in l. si certa, nume. 2. in fi. apostilla. in uersi. tene cordi. j. eo. tit. ubi diffusè hanc materiã examinaui.

c † Liberet eum de dolo præterito. Tu uide de hoc Pet. de Anch. in c. j. extra eod. tit. de transactio. & ibi allegat consi. Iac. de Are. de quo etiam uide eũdem, & alios in c. conquerente, extra de offic. ord. & Roma. consi. 363.

ego remitto ad ea, quæ scripsi ſ. eod. l. actione, in fi. Expedita prima parte transeo ad secundam, quæ habet duas gloss. & prima declaratur in secunda. Incipio igitur a secunda, & ex ea declarando oppo. de prima parte ad hanc secundam. Huius timore quidam dixerunt, quòd tex. hic in secunda parte allo quitur reũ, non actorem transigentẽ, & tunc non contradicit, imo concordat, vt vtroq; casu noceat actori & prosit reo. & hoc vult gl. iuxta fi. in ver. alii dicunt, hoc uiolat tex. quia aduersatur primę parti in facto, & in iure. Item cõtradicerent multa iura: licèt aliquo casu possint saluari, vt ex j. dicẽdis colligere poteris. Dixerũt ergo alij, vt Accur. & sequaces, quòd transigentem actorem alloquitur, vt in prin. glo. Et hanc lecturam diuersificant tripliciter, & primi duo modi concernunt errorem circa possessionem tantum, tertius circa proprietatem tantum. Et respondent ad contraria. in prima parte non errauit circa rei possessionem, sed tantum circa malam, & culposam administrationem, & sic circa personalem actionem. hic vero errauit circa rei possessionem. nam eam rem putabat esse apud transigentem, cum esset apud aliũ: ideo sibi non præiudicat. Et huius extra gl. potest esse ratio duplex: Vna quia ex noua causa reus cœpit posse conueniri. ſ. ex noua possessione, ergo non debet actori obstare exceptio transactionis, sicut nec sententia. vt ff. ad exhi. l. de eo. §. si sępius, & de exce. rei iud. l. si quis ad exhibendum. non enim ex trãsactione ei debet quęri exceptio ad id, quod tunc non possidebat. Secunda potest esse ratio, quia transactum erat super actione personali tutelæ, non super reali, quia non potest conueniri, ar. l. cũ quæritur, & l. cum de hoc, de exce. rei iud. Sed attende, quia iste li. & aliæ ſ. allegatæ loquuntur in iudicio singulari, non gñali. in quo actione dominii petuntur etiam res restituì: puta quia petit rationem reddi, & reliqua sibi restitui: nam sub nomine reliquorum uidetur petere sibi restitui etiam sua, vt l. cum seruus, ff. de cond. & demon. Et ideo circa hunc intellectum videtur tutius, vt distinguatur: aut sub illa petitione generalis res illa poterat includi, saltem nomine reliquorum petitorum restitui, & tunc de ea videtur transactum. aut non poterat includi, quia sine vlla tutoris culpa, vel facto res non erat pœnes eum, & hęc de prima lectura in princ. gl. posita: Sed subiungit gl. quod potest legi eõ ad proximam, videlicet, quod rem istam putabat esse apud aliũ, quæ verè erat apud tutorem, & tunc talis error ei prodest, quia non obstante transactione a tutore petere potest. Sed ꝗ istam lecturam facit, quia generalis trahitur ad incognita & incognita absq; dolo aduersarij, vt hic in prin. & ideo videtur dicẽdũ. Aut res ista dolo aduersarij fuerat sibi occultata, vel incognita, seu eius possessio. & tunc glo. vera. vt l. tres fratres ff. de pac. Aut absque eius dolo erat agenti incognitum, pęnes quem esset huius rei possessio: & tunc, aut sub generali petitione res illa poterat includi: quia in ea reliqua erant petita restitui, & tunc generalis transactio ꝓiudicat, vt hic in princ. Aut non poterat res illa in petitione proposita includi saltem ratione dominij: & tunc generalis transactio non præiudicat in re illa, si restricta ad petita remanet ratio recti sermonis salua. vt j. eo. l. si de certa, & est expedita secunda lectura. Vnum tamen not. ꝙ ambæ istę lecturæ loquuntur, quando fuit error circa possessionem rei, non circa proprietatem, & sic non ex toto applaudent literæ. Ideo gl. in fi. sui dicit, quod potest intelligi tertio, quod circa possessionem non errabat, quia apud tertium constitutã sciebat, sed circa proprietatem. i. dominium eius, quia putabat esse ius pœnes quem erat possessio, & hoc magis amicatur literæ, & iustiorem continet errorem, & ideo talis transactio nihil nocet vt hic, in fin. Et ex hac lectura colliguntur notabilia vltra ea, quæ supra scripsi. nec obstat hæc lex in prin. vt scripsi ſ. in 4. contrario. ad finem. Expeditis lecturis quæro cum glo. quid si actor sciebat rem esse apud tutorem, sed non credebat suam. Placen. dicit idem, vt hic in gl. quod puto verum, si super petitione porrecta realis actio non intelligeretur inclusa, aliàs secus: puta si adiectũ fuit, vt reliqua restituat, vt in aliis ſ. dixi. † Quæro ab extra, si res erat, & est hodie pęnes tertium, an illa generalis transactio præiudicet, quominus cum illo tertio agere possit. Dico ꝙ non, ar. infr. nia, nisi causam haberet a tutore, ita quod ex illius persona posset exceptionem opponere, & tunc demum potest, quando tutori competeret, si postideret, quod quando sit, dictum est supr. Alia quærit hic Cyn. quæ per supradicta sunt expedita, & per dicenda. j. eo. l. si de certa. ideo illa transcribere non curo.

a l. si duo. ff. de dolo. Sol. vt in glo. seq. quod hæc dictio, magis. [b] ponitur electiuè, & non comparatiuè: vt in casu contrario. Tu dic, quod hoc potest stare comparatiuè, & sic in l. si duo. neuter aget de dolo: quia dolus cum dolo compensatur, & per consequens remanet ratum, quod est gestum, sic & hic rata remanebit transactio. & sic illa cõcordat cum ista. Sed supposito, quod hic stet electiuè, quærit glo. an aduersarius possit rescindere, si vult, vel agere, vt impleantur conuenta. Et dicit glo. & benè, ꝙ sic. de actione tamen dic plenius, vt ſ. eodem l. siue apud acta.

2 † Quæro quomodo cognoscitur. an dictio, magis, stet electiuè, an comparatiuè. Dic secundum Rich. Aut adijcitur pluribus, aut vni tantum, primo casu aut illa plura sunt incompassibilia, & tunc stat electiuè, vt j. de procu. l. eligendi, & ff. si cer. pe. l. 2. §. j. Aut se habent inuicem, vt excedentia, & excessa, & tunc stat comparatiuè ff. de le. l. benignus, & de verb. obl. l. vbi autem. secundo casu stat positiuè ff. de nego. gest. l. hęres uiri. † Circa generalem quęstionem, an licèt turpitudinem suam allegare, per transeo cum verbis ßar. positis in l. aliàs ff. de iureiu. dicit enim. Aut contra se, & in sui præiudicium, quis allegat turpitudinẽ suam, & tunc auditur, ff. ad l. Aquil. l. inde Neratius, §. fi. cum se. & de custodia re. l. si confessus. & extra, de concess. præb. c. ex tenore. Aut allegat turpitudinem suam pro se, & ad sui profectũ: & tunc, Aut agendo, & intentionem suam principaliter ex illa fundando, & non auditur. vt hic, secundum vnam lectu. & j. de cond. ob tur. cam l. uercalem, & per totum ff. de fur. l. itaq; fullo. Aut excipiendo, vel replicando: & tunc, Aut cõtra eum, qui fuerat actor & particeps eius turpitudinis: & tunc, Aut iste actor, vel particeps tractat de lucro, & allegans de damno, & tũc allegans auditur. vt j. de in integ. resti. mi. l. de tutela. Aut ille, cõtra quem allegatur, tractat de damno, & tunc allegans non auditur. ut ff. fol. mat. l. uiro atq; vxore ff. de do. ex. l. apud Celsum, §. Marcellus. Aut excipiendo allegat ꝗ alium, quam participẽ, uel actorem: & tunc, Aut turpitudo erat iam detecta, & tunc audit ur. vt ff. de iureiur. l. aliàs, secũdum intellectum quem dat ibi Per. Aut non est ab aliquo detecta. & tunc non auditur, arg. huius l. cum simi. fallunt prędicta, in auth. nouo iu. C. de pœna iu. & in l. quisquis C. de posthu. & extra, de proba. c. 3. loco.

A D D I T I O N E S.

a Non auditur, de quo uidere est per gl. & can. in c. item dilectos, de don. gl. in c. 3. loco, de præsump. & in c. ex tenore, de concess. præben. latè Bart. & alij in Liufiur. quod ex conuentione. ſ. procurator, & ibi d. Iaso. May. ff. de iureiur. & uide de iudice, qui tulit sententiam contra aliquem, & postea est effectus eius hęres, an possit appellare, & dicere sententiam suam iniquã. Gl. habes, quæ de iure ciuili reputatur singularis, in l. 1. ff. de excep. rei ven. & tradit. Adde tamen, quod licèt ille, qui commisit dolum, non possit allegare dolum proprium ad infringendam transactionem, potest tamen dicere gestum l. resistente, non obstante dolo suo, glo. est no. in l. 2 diuo pio. ff. de re iudi. quam ad hoc reputat singularem Bald. in l. 1. j. plus va. quod agitur, & in l. non dubium, in 9. oppo. ſ. de leg. & in l. si creditoribus j. de reuo. his, quæ in frau. cre.

b Dictio magis. Adde d. Soc. consi. 154. inc. difficilis, & dubius. uer. 1 adducetex. in prin. in 2. par. char. 56. & Bal. in l. iubere cauere ff. de iurisd. omn. iud

LEX XXX.

1 *Allegans propriam turpitudinem non est audiendus, & nu. 3.*

2 *Magis, dictio comparatiuè, & electiuè capitur.*

Transactione. Casus. Ex dolo proprio nõ rescinditur transactio. h. d. Vel, allegans dolum proprium ad rescindendam transactionẽ, nihil agit. h. d.

† No. quod allegans turpitudinem suam non auditur. [a] Opp. de

LEX XXXI.

1 *Transactio generalis an restringatur ad certam speciem.*

2 *Clausula generalis liberatoria ex causa transactionis apposita, quando differat ab alijs clausulis.*

3 *Clausula, promissum est nihil amplius peti, an extendatur ad pœnam.*

4 *Transactio specialis facta de re certa quando præiudicet.*

Si de certa. Intellectiuè tria facit. primo thema repetit. secundo rationem dubitandi ponit, & reijcit. tertio soluit & tacite q. annectit. secũda ibi, & si.

1 tertia ibi, de cæteris. Casus. † Transactio generalis restringitur ad speciem petitam, hoc dicit. Oppo. quia de re certa, & liquida non potest fieri transactio. ff. eodem, l. j. solut. ut glo. j. Oppo. 2. quod generalis transactio præiudicet in omnibus, vt supra eodem l. sub prętextu. solu. quod hic petitio fuit specialis, ibi uero generalis. licet hic sicut ibi transactio fuit generalis, & hæc fuit ratio dubitandi, ut in secunda gloss. sed ratio decidendi secundum doct. est, quia cum transactio fit de re dubia & lite incerta, vt ff. eodem l. 1. merito restringitur ad speciem petitam tantum, cum illa sit in litem, & dubium euentum deducta: quia de alijs non dicit actum, nec cogitatum, ut in 4. gloss. in princ. Sed tunc extra glo. oppo. 3. quod prædicta ratio non sit bona: quia idem est in cæteris liberationibus non ex causa transactionis factis, ut in l. si ex pluribus ff. de solu. & l. emptor. §.

2 Lucius. ff. de pact. secundum lec. Io. † Sol. quod clausula generalis liberatoria ex causa transactionis apposita tunc non differt ab alia ex causa alia quam transactionis apposita, quando restrictione facta remanet ratio recti sermonis salua. vt ſ. dictis ll. & hic. nã hęc verba, nihil amplius peti, optime restringi psit subaudito huius rei nomine, & sine illa uiolatione: sed ubi cũ violatio

ne recti sermonis restringi non possunt: tunc est aliqua differẽtia, nam in alijs liberationibus nullo modo fit restrictio, sed generaliter de omnibus intelligantur, quatenus verba patiuntur, arg.l.quæsitum,§.i. de leg.3. & l.Aurelius §.sacco. de lib.leg.& melius ff. de accep.l.plurib. & hoc ne a verborum significatione recedatur, vt l.non aliter, de leg.3.sed in transactione fit restrictio.vt in deductis in lite valeat & operetur clausula generalis,vi transactionis,in alijs autem valeat & operetur, vt pactum, nec in eis vitiatur propter verbum transactionis ibi positum vt ff.de præscri.verb.l.insulam.sic &.alias verbũ semel positum sumitur diuersimode relatum proprie,& improprie ff.de offi.pro con.& lega.l.2.& ita tenet Ia. Bu.s.ea.l.& ibi dixi.& ita Bar.in d. l. si ex plurib. & fuit originaliter opi. Pet. quam Cy.sequitur s. eo.l.sub prætex.in fi.quartæ opp.quam ibi facit Cyn.& fm prædicta ego intelligo gl.in l.post decisionem,j.de furt.& prędicta tene cordi.† Sed iuxta hoc quęro:petita est certa res,ex cuius solutionis omissione pœna erat commissa, sed deuenitum est ad trãsactionem de dicta re, & promissum nihil amplius peti: quęritur,an hæc clausula extendatur ad pœnam,dic, q̃ fic,quia pœna est accessoria,& sequela rei principalis,vnde de ea iudicatur secundum quòd de principali fuit ff.de eo,quod cer.lo. l.si.in fi.

4 † Nunc transeo ad gl.fi.cuius principium recitaui cum glo.2.& quæro,nunquid specialis transactio facta de re certa petita ex certa causa habeat nocere si postea de eadem re agatur, sed ex causa diuersa, & ut fortior sit dubitario,ponamus,quod clausula intervenerit generalis,per quam promisit actor amplius non petere,nam ita videtur intelligere gl,re referẽdo, ad q.tex. & arg. primæ gl. quod non noceat, vt ff.eo.l. qui cum tutorib.coniuncta l.minorem s.eo. Postea determinat oppositum tribus rationibus,licèt nitatur respondere primæ,quę erat sicut se habet genus,quo ad ipsum genus:ita species quo.ad ipsam speciem:quia illud uerum, quãdo ageretur ex eadem causa,ar.l.cum de hoc, j.de excep.rei iudi.nunc quando ex diuersa, vt est tex.in transactione loquens,vt ff.de verb.obl.l.si ita quis §.fi.& sic prima ratio non obstat,similiter secundum doc. nec secunda,quia illud procedit, quando ex natura contractus promittens tenetur de euictione,vt ff de act.empt.l. emptorem §. qui autem,sed actor rem dimittens ex causa transactionis non tenetur de euictione,vt j.eo.l.si pro fundo,& no.in d.l.cum tutorib. similiter nec tertia,vt not.in gl. quia in §.pen.non petitur vsusfructus formalis,sed causalis,qui est pars dominij,vt ff.de vsufruc.l.4. Concludigitur,quod hæc opi. Vgo.& Accur.non est bona in casu dubij, sed potest saluari in casu certi, vbi respectu omnis actionis, & causæ transegisser, vel quando actio & causa non fuisset proposita,sed generaliter actum fuisset:quia tunc sicut sententia in omnibus causis tunc competentibus præiudicat,ut j.de an.exce.l.fi.sic transactio.vt s. eod.l.non minorem.

LEX XXXII.

1 *Transactio non fit post sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam.*
2 *Petitio restitutionis in integrum quid operetur.*
3 *Transactio super re, quæ transiuit in rem iudicatam, est nulla.*
4 *Transactio,vel quietatio sententiæ executionem impedit.*
5 *Accepto ferri quando possit ex actibus ciuilibus.*
6 *Ordo iuris in exequenda sententia seruandus.*
7 *Transigi an possit super actione primæua per sententiam non nouata.*
8 *Transigi an possit super actione noua iudicati in Aquilianam transfusa.*
9 *Transactio super iudicato,an valeat,si actio iudicati in Aquilianam transfusa sit.*

Si causa cognita. Primo trãsactionem super iudicatum exequi mandat.secunda ibi proinde.Casus. † Post sentẽtiam,quæ transiuit in rem iudi.non potest transigi, actio tamen ex ea potest nouari,& acceptilatione perimi,hoc dicit.Not.primo,quod appellatio suspendit pronunciatum,vt hic in litera suspensa &cæt. Contra quod facit ff.ad Turp.l.j.§.j.vbi dicit,q̃ extinguit,veritas est, q̃ propriè loquendo non extinguit, sed suspendit,quia extincta non sunt in reuirescendi potentia,vt ff.de verb.obl.l.inter stipulantem.§.sacrã.& de solu. l.qui res §.area, sed renunciatum est in reuirescendi potentiæ. ergo &c. minor patet,quia instãtia causæ appellationis perempta agitur ex sententia prius lata,& reus infamis est,vt l.furti.ff.de his, qui notantur infa. Ad contraria respondeo,quòd extinguitur, sed non penitus,uel extinguitur respectu aliquorum effectuum, qui interim silent,sed non radicaliter, vel extinguitur, si postea contraria feratur sententia,vel etiam ipsius expressim confirmatoriæ, quia tunc non agitur ex prima, sed ex secunda, vt d.l.furti.ver.

2 quamuis.† No.2.quòd petitio restitutionis,in integrum suspen-

7 uinculis aquilianæ stipulationis, & acceptilationis. † Tunc opp. 3. quod acceptilatio non habeat vincula, sed dissoluat, & perimat illa, si qua sunt. ut supra eod. l. si causa, & l. ut responsum. ff. de accep. l. i. & instit. quibus mod. tol. obliga. §. item per acceptilationem. Solu. ut sequitur in gloss. 3. usque ad fin. l. quòd uinculum acceptilationis est: quia accepto ferens obligatur naturaliter non petere, quod probat gloss. quia pactum nudum de non petendo hanc naturalem inducit: ut supra. eod. titu. j. l. pacta notissima, & ibi dixi. Sed Pet. & Cyn. dicunt, quòd inimo vincula sunt duo, non tantum unum, ut sentit glo. Et probant per istum text. qui in plurali dicit, vincula. Secundo, quia ut dicit gloss. si pactum, quod est nudum, hoc uinculum naturalis obligationis inducit, sequitur, quòd acceptilatio, quę est pactum solenne uer bis uestitum, debet producere utrunque uinculum, scilicet naturalis obligationis propter consensum, & ciuilis propter solennitatem uerborum, ut quid iuris est in parte, & in toto. ff. de pac. l. iuris gentium. §. adeo, & de rei uend. l. quæ de tota. Et est hoc notandum, & utile ualdè: quia secundum hoc si contra fiat, age tur ad interesse uelut ex pacto ualido, & efficaci interposito super obligatione non faciendi. vt ff. de re iudc. l. si quis ab alio. in fin. & de uerbo. oblig. l. eadem. §. cato. Alij, ut Mar. de Syl. & Iac. But. dixerunt per omnia contra uidelicet, quòd in acceptilatione nulla est obligatio. Primo, quia accepto ferens, uel recipiens non agit aliquam obligationem inducere: sed solum inductam dissoluere: ut dict. §. item per accep. ergo. & c: cum actus agentium non extendantur ultra intentionem eorum. ff. si cert peta. l. non omnis. in princi. & ff. de act. & oblig. l. obligationum substantia. §. 1. Secundo, quia nec uerba acceptilationis hoc important. sed solum recepti confessionem solennem, & liberationem: ut d. §. item per accepti. ergo, &c. cum nostrum non sit extendere, nec a proprio significato recedere: ut ff. solu. matri. l. si uero. §. de uiro, & de lega. 3. l. non aliter. in princip. Tertio, quia uera solutio recipientem non obligat ut infra. de usuca. l. acceptam. & ff. de so. l. pe. igitur nec ficta, qualis est acceptilatio: ut ff. de acceptila. l. per iusiurandum. §. si is, qui hominem. nec plus operatur fictum quam uerum. ut ff. de adoptio. l. adoptio. & locati. l. qui ad certum. Ad huc text respondet, quòd hoc verbum, uinculis, ad aquilianam stipu. non ad acceptilationem refertur, cum non possit, ut in simil. infra. de sent. l. fina. Vel dicunt ipsi, quod si ad acceptilationem referatur, quod impropriè loquitur, & similitudinariè, ut dicatur creditor uinculatus. quia contra debitorem non potest insurgere modo, ut poterat primo, ut ff. de ser. ur. præ. l. i. & ff. ex quibus cau. ma. l. succurritur, & l. sequen. & sic se haber communis usus loquendi. Sed Barto. dicit, quòd accepto ferens uel solutionem recipiens dicitur profiteri illum debitorem non esse. & per consequens cum eo tacitè pacisci de non petendo. ut ff. de pact. l. tale pactum. in princip. quod naturalem oblig. inducit, & quòd iste text. dicit, uinculis, in plurali, dixit habita consideratione mixtim ad utrumque. Dominus meus hoc improbat per rationes Iaco. Butr. & ad l. tale pactum. respondet, quòd ibi est pactum expressum uel tacitè præsumptum. ut ibi not. & probat litera in princip. dum dicit tale pactum. in casu nostro nullum: quia nec uerba, nec intentio hoc importãt. ut dixi: ideo nec ciuilis, nec naturalis nascitur. Et idem dicit esse, quando lex tacitè subintelligit, nec uerba hoc important: quia tunc solum exceptio inducitur. ut supra titul. j. l. secunda, & l. si creditores, & ff. de iu. do. l. si pater. §. quæ debitorem, & hoc ultimum est notandum. Ego sto cum eis, ut nulla naturalis specialis ex acceptilatione inducatur. Item, ut nullum pactum de non petendo insit in ead. & hoc per iura supra allega. qua tenetur non uenire contra acceptilationem, quam fecit sed eam seruare etiam de facto, & hæc naturalis insurgit ex illa æquitate lata, & generali naturali ratione inducta, qua dicitur, nil trahentibus, seruari: ut ff. de pact. l. prima. circa princip. & supra. debet petere, uel exigere, & ff. de condictio. indeb. l. nam natura, & per totum, & inter hanc latam, & illam specialem, quæ insurgit ex pacto de non petendo, est hæc differentia specialis, quod obligat ad interesse, & de eo poterit obijci compensatio, ut dixi in l. pacta notissima. supra titul. primo. hæc generalis, secus: est enim multiplex naturalis obligatio. ut per docto. not. ff. de iusti. & iu. l. ex hoc iure. Addebat dominus meus, quod si pactum esset adiunctum acceptilationi, sicut quotidie faciunt notarij in
a instrumentis[a] dicentes, quòd fecit finem quietationem, & remissionem & pactum de ulterius non petendo, ac etiam libera

uit eum per aquilianam stipulationem, & acceptilationem legitimè interpositam, quòd tunc pactum de non petendo induceret naturalem obligationem, & hæc naturalis obligatio posset dici vinculum acceptilationis propter connexitatem, & cohærentiam eius, quasi pactum insit, & par eius censeatur. argu. l. lecta. versicu. diçebam. ff. si cert. peta. & per hunc modum dicebat gloss. posse intelligi, & secundum hoc dictio, cum, posita in gloss. iuxta fin. exponitur temporaliter pro quando. Oppo. contra text. dum dicit, aut subsequenris, &c. quia si text. ponderetur, nihil postea fuit sequitum, nisi conuentio, quam aduersarius fecit, & illi accommodandus assensus: quia illicita, & punienda: vt hic in text. Huius timore se. gloss. exponit subsequutis, id est conuentionalibus, quasi dicat, quod dictio, sub, non stat hic pro, post, nec ordinem notat: sed stat intrinsecaliter pro. in, vel intra. vt sit sensus, quod inter nos sequutis, id est conuentis. vel dic, quod stant propriè, & intelligatur solum de accep-
8 tilatione, quæ sequitur aquilianam stipul. † Oppo. 5. quòd nedum secundum leges conuenta debent seruari: sed etiam conuenta præter, & citra. ff. de pact. l. pacisci. & supra titul. primo. l. si quis in conscribendo. Solu. dupliciter, vt in sequen. gloss. primo, quod hic non sumitur l. pro sanctione quadam sicut sumitur in contrario, & supra de legibus. l. secunda. per totum, & supra eod. l. prima, & secunda. sed sumitur hic pro conuentione quadam: vt supra. titu. i. l. legem, & ratio est, quia contractus, &c. vt ff. depositi. l. j. §. si conuenerit, vel secundo si pro sanctione sumatur, potes dupliciter text. punctare. vno modo, vt illa verba, secundum leges, legantur cum sequen. & non obstant contraria. alio modo cum præcedenti dictione, subsequutis, & tunc contrarium videtur obstare. sed intellige omnia esse secundum leges, quæ non sunt contra, licèt sint citra: vt ff. de pact. l. iurisgentium. §. prætor. Oppo. 6. quod text. malè dicat, aut pœna, &c. quia in themate nihil erat dictum de pœna, & responsio deber conuenire interrogato: vt ff. de interroga. ac. l. de ætate. §. quod autem, & §. nihil. solu. vt in princip. gloss. magnæ. quæ text. supplet dicens, quod pœna fuit promissa. &c. Et bene, quòd sequentia declarant præcedentia: vt ff. de testa. l. hæredes palã. §. sed si notam,
9 & de lega. j. d. si seruus plurium. §. fina. † Oppo. tunc 7. quod licèt pœna sit promissa, tamen non possit peti, nisi sit contrauentum: vt ff. de condi. cau. da. l. dedi. in princi. & supra titu. j. l. cum proponas. Solu. vt hic intelligatur secundum illas: vt sequitur in eadem gloss. a versi. & dic, vsque ad versi. item, & hæc vera. Oppo. tunc 8. quod si sic est, ergo prius erit cognoscendum, an pœna sit commissa, vel non, quod videtur contra istum text. dum dicit ante cognitionem causæ. Solut. vt sequitur in eadem gloss. scilicet, quòd hic loquitur de cognitione causæ principalis, qua is agit, qui contra transactionem venit, & primæuam actionem intentat, non de cognitione etiam pœnalis, qua agit is, cui contrauentum est, & in qua pœnam petit, & hoc vsque ad vers. & est speciale, & secundum hoc ista verba, ante cognitionem causæ, construuntur cum illo verbo, inferenda. Sed tunc 9. Oppo. quòd ista solutio non sit tuta, quia ex ordine prius apparet, quod mota est quæstio principalis, & postea hæc pœnalis: ergo principalis, vt prius mota, prius est terminanda: vt ff. de iudic. l. de iur. §. qui prior. Solu. vt sequitur in gloss. quod hoc est speciale: illud regulare. Vel dicit gloss. quod hæc verba, ante cognitionem causæ, non construuntur cum verbo, inferenda, sed cum participio, data, & sic designet tempus dationis, quasi dicat, data ante cognitionem causæ. scilicet nomine transactionis restituet. sed præcedens tutior, & ratio specialitatis secundum quosdam est, quia dolo facit, qui contra transactionem sic solennem venit, videlicet antequam dolus eius purgetur per solutionem pœnæ, & restitutionem datorum, non debet audiri.

Tu dic, quòd propriè loquendo hic non fallit. sed debemus dicere, quòd lex, si priorem, locum habet, quando exceptio prioritatis replicationis alterius exceptionis obiectæ non potest tolli, vel elidi. aliàs secus, vt hic. nam dicit aduersarius, qui pœnam petit, tu rectè exciperes, vt de causa principali, quàm mihi moues, prius cognoscatur, nisi cognitioni obstaret exceptio transactionis, acceptilationis, quam ad impediendum processum, & cognitionem, ego oppo. quòd fieri potest: vt supra eodem l. fratris, & sic aliàs per replicationem tollitur regula, & eius exceptio. infra, qui accu. non poss. l. prima, & ad hunc intellectum potest adaptari iste text. dum dicit, si aduersarius maluerit, nam tunc dicitur malle, si exceptionem opponat ad processum. licèt, & alium intellectum possit habere, de quo sequitur in glos. Oppo. 10. quòd text. malè dicat, si aduersarius maluerit. nam ex hoc videtur supponere, quòd istius pœnam petentis sit electio, quòd videtur contra l. plerunque. in fin. ff. de iur. dot. vbi in alterna-

ADDITIO.

a Sicut faciunt quotidie notarij in instrumentis. Tu uide de hoc dicto plenè in tractatu clausularum in clau. contract. uer. computata omni quantitati. ubi de hac materia tangitur.

a ternatiua electio est debentis, [a] fol. vt successiue sequitur in glo. & primo secundum Mar. qui fatetur contra. & hic aduersarium intelligit non actorem, sed conuentum ad pœnam, & sic non obstant contraria. Sed Mar. male dixit. primo, quia est contra mentem istius text. si bene ponderetur, nam conuentus ad pœnam est ille, qui tenetur vel stare transactioni, vel pœnam inferre, si aduersarius maluerit. & sic de aduersario eius non de seipso, cum aduersarius sibiipsi esse non possit. Secundo quia contractum non seruanti non competit electio, sed implenti. vt nota. in l. qui fidem. ff. eodem. Tertio, quia licet in mera alternatiua rerum electio sit debentis, vt dicta l. plerunque. tamen in mixta rerum, & actionum seu iurium electio est actoris. & not. supra eodem. l. cum proponas. & ff. de pact. l. rescriptum. §. si pacto. argumen. ff. de tu. l. quod in hæredem. §. eligere. & ex hoc patet, quod non obstant contraria. sed subiungit, quod Azo. intellexit istum text. si is, qui petat pœnam, velit alterum tantum ex his: sed vbi vellet vtrunque, scilicet transactioni stari, & pœnam solui, & data restitui, ipse potest. & quare hoc dixerit, statim patebit. Oppo. igitur. 11. contra ambas opinio. antiquorum. nam siue teneas, quod electio sit conuenti ad pœnam. vt Mar. di 11
xit, siue actoris, vt alij dixerunt. tex. stare non potest: quia suppo nit, quod pœna soluta, & datis restitutis cognoscetur de causa principali, & primo qua, quod videtur impossibile: quia nemo auditur, experiri volens sine actione. vt ff. de nego. gest. l. si pupilli. cum simili. sed primæua in aquilianam stipul. erat transfusa, & per consequens sublata. vt ff. de pact. l. si vnus. §. si pactus. & ipsa per acceptilationem est percmpta, vt dictum est super 4. glo. ergo. &c. Huius timore dicit glo. quod quinque fuerunt opin. vt sequitur in ea. & primo ponit opinio. Azo. vsque ad versi. alij vt Oldra. & opinio. Azo. referro pro vltima. dixit igitur Oldrad. quod quis hic non experitur sine actione, quia renascitur antiqua, & directa. nam ex quo iste petit restitui, quæ dedit, videtur consentire, vt a transactione recedatur, & in priorem statum restituatur per actum retro priori similem. argumen. infra de non numera. pecunia. authen. contra qui propriam. & infra quando li. ab empti. discedere. l. prima. Sed hæc responsio non placet Azo. quia dicit ipse, quod intentio petentis pœnam non est, vt a transactione recedatur, vt sequitur in glo. vsque ad ver. tertij dicunt. Sed attende, quia melior est responsio secundum doct. quia licet quantum ad restitutionem datorum interueniat actus retro priori similis, tamen non interuenit nec interuenire potest respectu acceptilationis, quæ primam extinxit. vnde perpetuo non resuscitatur. vt ff. de solutioni. l. qui res. §. aream. & in simili nota. in l. si vnus. §. pactus. ff. de pactis. & sic non obstat. l. prima. quando liceat ab emptione discedere. similiter, nec authen. contra qui propriam. quia ibi actio non restituitur, licet noua actio puta condi. ex l. illa detur. Alij igitur defendunt confitentes, quod hic non renascitur directa, sed vtilem dicunt renasci. vt sequitur in glo. sed male dicunt: quia vtilis quandoque renascitur, mediante restitutione in integrum. vt l. j. & 2. infra si aduer. transi. quæ hic cessat, nec interuenit, vel ex aliqua æquitate, quæ hic non subest, sed deest. cum hoc contingat propter culpam ipsius contrauenientis. Alij igitur dixerunt, quod hic agitur condi. sine causa, vt in antiquam obligationem reponatur, quasi causa transactionis sit redacta ad nõ causam. Sed hoc nihil est, quia antequam in priorem obligationem sit repositus, primæua agi non potest. quod tamen iste text. supponere videtur. Præterea si ad non causam reducitur, hoc euenit facto suo, & culpa, quia non seruauit promissa, ergo, &c. vt l. quod quis. ff. de regulis iuris. Quinimmo dixit Iaco. Butriga. quod restitutio datorum non petitur, vt à contractu discedatur, sed ex noua causa, quia in pœnam contrauentionis. Alij igitur dixerunt quarto, quod verum est, quod hic agitur de facto. & ad contrarium, quo dicitur, quod nemo sine actione auditur. respondent, quod verum si potestas excipiendi esset data aduersario. sed hanc exceptionem non potest opponere, ex quo habet pœnam, & data, vt supra eodem, l. cum proponas. sic, & alias agitur de facto. infra de contrahen. & committen. stipu. l. nuda. & ff. de verbo. oblig. l. si Titius. & hanc opinionem tenet Pe. quam
sequitur Cyn. per l. Iul. §. quantum. ff. ad exhib. Item, quia sic in 12
telligendo, stabit alternatiua hic posita proprie, & non violabitur litera, & dicit gl. quod secundum quamlibet istarum solutinnum nos habemus hic casum, quod post solutionem pœnę & restitutionem datorum in causa principali, quæ de facto mota fuit, procederetur, & de ea cognoscetur. Sed Azo fuit in 3tia opinio. vt §. not. in gl. in ea parte, quam omisi, & mouetur tribus rationibus, quas gl. multum nude, & succincte recitauit. & idẽ
10 doct. Sed ego declaro ipsas. † Prima est, quia veniens contra trãsactionem simplicem iuratam, tamen pœnam soluit, & data restituit; & nihilominus actione ei verè competenti priuatur, & non auditur ex hoc, quia contra tam solennizatam transactionem venit. vt j. l. proxi. ergo, & in casu nostro, vbi licet non interuenerit sacramentum, tamen actus sic fuit solenizatus, quod primæua actio sublata fuit, quia per aquilianam stipula. & acceptilationem: secus si simplex transactio fuisset. vt supra eod. l. cum proponas. Secunda, quia cum per acceptilationem principalis actio sit sublata funditus, & extincta. sequitur, quod ex ea experiri non potest actor, nec de ea potest esse cognitio tanquã de non empto. argum. l. actor. infra. de proba, & dicta l. si pupilli. §. fina. ff. de nego. gestis. Tertia quia iudex, ad quem spectat inquisitio veritatis: vt supra. de eden. l. is apud quem. interrogauit eum, qua actione vel obligatione experiatur. Et quia non potuit respondere, eum repulit, vt in gloss. & quia hæc ratio non videtur necessitare, quia supponitur, quòd libellus in se sit actus, & per consequens habet causam certam, & sic obligationem, & actionem saltem implicitam: tamen ratio multum benè necessitat. nam iudex in his, quæ sunt sibi iudicialiter cognita, & circa acta contingentia, potest supplere, vt in fra. de temp. appel. l. 2. & not. per docto. infra. vt quæ desunt aduo. partium. l. 2. sed in casu nostro iudici liquet ex gestis coram eo, quòd iste nullam habet actionem. ergo &c. minor patet. nam & ipsum reum condemnauit, & cogit ad restitutionem datorum, & pœnam: quia contra transactionem acceptilatione vallatam venit, & sic
ei patuit, quod actionem non habet. † Quarto addi potest, quia 13
pœna non debet delinquenti præmium afferre: vt ff. de nego. gest. l. siue hæreditaria. cum concor. ibi positis in gloss. sed restitutio datorum est pœna legalis in odium contrauentionis. ergo præmium non debet afferre exercendæ actionis de facto, & non de iure, & hanc partem tenuit Iacob. Butrig. domi. Bart. & ego cum eis. Restat respondere ad dictum text. in eo, quod ad cognitionem causæ procedere postea posse, videtur supponere, & hic gloss. secundum Azo. tenet quod procedit, si aduersarius maluerit, quia exceptionem intentionis, vel facti non opponat, & non procedet, si opponat. Ego puto etiam, quod si ip-
b se non opponat, iudex possit eum suo officio reijcere [b], vt per rationem tertiam declaratam, vt supra feci, & quia ad iudicis decorem spectat neminem sine actione audire, ut ff. de admini. tuto. l. quoties. §. item si pro temporali. ergo suo officio eum potest reijcere. argum. infra. de iura. calum. l. 2. §. sed quia, & ff. de postu. l. quos prohibet, & hoc intelligo, vbi sit idem iudex, qui coegit ad restitutionem datorum, & pœnam, & coram quo causa principalis est proposita, aliàs si diuersus iudex, & diuersum tribunal, ex quo libellus est in se aptus, nec ei aliter iudicialiter innotescit, non potest eum reijcere, nisi pars opponat. Item respondere possum, quod hæc verba, ante cognitionem, non supponunt necessario cognitionem, & processum postea fieri debere, nec impediri posse. vnde subaudiri potest ante cognitionem causæ petitam per actorem. Item ad istum text. in eo quod alternatiuè loquitur, respondeo dupliciter secundum quod, dupliciter diuisit tex. Nam secundum primam diuisionem, secundum quam supponis, quod post acceptilationem creditor contrauenit, & libellum super primæuam actionem porrexit. vnde reus petit pœnam, & restitui data, antequam ille audiatur, & quæritur, an possit. Cui alternatiuè respondetur, quod aut subsequitur secũdum leges &c. Difficilis est responsio, nisi disuncta ponatur pro coniuncta, quod fieri potest. Tum quia alternatiuè l. loquitur, quæ pro vtraque parte debet esse vera, ne ars nostra reddatur incerta, vt supra. de no. co. compo. §. quibus. parit enim alternatiua incertitudinem, vt ff. de iniur. l. prætor edixit. §. quod autem. Tum etiam ne obstent aliæ regulæ iuris, quæ dicunt neminem sine actione experiri, & extincta non resuscitari, ac etiam pœnam præmium non auferre, ut in ll. supra allegatis pro Azo. Sed retento eodem themate alter formatur quæstio. puta, quod creditor conuentus petit alternatiuè alterum de duobus, vel quod actor acquiescat placitis, & sic seruet transactionem, vel restituet data, & soluet pœnam, & queritur, an sic, & ad alterum istorum actor compelletur, & tunc alternatiua stat propriè, & responsio est facilis, quia ideo ad alterum compellitur, quia reus contentatur, nec vltra petit. si tamen vtrunque vellet, ipse posset, vt in lecta. Azo. & secundum primam diuisionem, sed secundum aliam diuisionem non est ponendum in themate, quod fuerit contrauentum: sed solum quod post
12 acceptilationem fuit pœna adiecta. † Vnde quæritur, qualis effectus istius transactionis sic solennis. Respond. quod effectus
erit,

A D D I T I O N E S.

a † Electio est debentis. Tu uide de hoc dicto, & illius ueritate istum in l. si quis. num. 1. & quod ibi posui in addi. ad ipsum in uersi. electio est debentis. infra. de conditio. ob causam.

b Suo officio reijcere. Not. diligenter istam gl. quæ quotidie allegatur ad hoc, quod iudex etiam parte non petente, tenetur repellere actorem carentem actione, quando sibi constat ex confessione partis, vel ex actis. idem tenet gloss. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. in verbo, in opponendo, & ibi clarius Bart. ff. de pact. & not. Barto. in l. post legatum. in princip. in 4. colum. ff. de adi. leg. & in l. ita stipulatus. ad fin. ff. de verb. obli. & in l. si Titius. vbi etiam Imol. & Mod. eod. tit. Imol. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. vbi dicit, sic deberi limitari regulam illius. §. ita tene, quamuis Angel. hic contrarium teneat, sed malè, & ad prædicta adde do. Soci. consi. 255. incip. in causa illorum de mazinghis. versi. 2. posito. in 2. parte,

erit, quia aut subsequitur &c. Aut si contraueniat, restituit, & soluet pœnam &c. Et secundum hunc casum non est propriè alternatiua, sed magis conditionalis, & successiua responsio, & secundum hunc casum, & præcedentem iste tex. non contradicit vllo modo lecturæ domini Azo. Oppo. tunc 12. & extra glo. quod immo de facto agere possit, & teneatur aduersarius consentire, vt ff. ad exhib. l. Iul. § quantum. Sol. quod ibi aduersario volente, & non inuito, & sic concordat cum lectura Azo. Et si replicas, ibi non est merè voluntarius: quia causatiuè compellitur, aliàs in actione ad exhibendum condemnatur. Ego respondeo, quod ibi fuit in culpa, & mora, quia rem nõ exhibuit, cum debuit. In casu nostro est totum econtra, quia culpam commisit, qui inuito aduersario primæua agere cupit, vnde non audi-
13 tur. † Oppo. 13. & extra gloss. quòd conuentus ad pœnam desistendo ab actione intentata pœnam euitet: vt §. eo. l. cum proponas. nam & tunc implere dicitur conuenta, ergo pœnam debet
17 euitare, vt §. titu. j. l. si pacto. Solu. quod hic speciale in odium venientis contra transactionem, sic solennizatam, vt hic fuit, quia per aquilianam stipulationem, ibi vero fuit simplex transactio. ibi igitur est locus pœnitentiæ, & purgationis delicti, hic secus.
14 Oppo. 14. extra, quod de facto agens non possit repelli: vt j. de contrahen. & commit. stipu. l. nuda. & ff. de verb. obli. l. si Titius. Sol. quod interdum agens de facto sperat habere actionem per litis contesta. fiendam super actione sic de facto mota, tunc admittitur: vt d. l. nuda. secũdum vnam lectu. Interdum actionem non sperat habere, & tunc, aut vult agere de facto, & consequatur id, quod petit, & nõ admittitur, vt hic. Aut vt faciat committi aliam obligationem, & auditur etiam inuito aduersario, vt d. l. nuda. secundum aliam lectu. vel alter. hic nulla suberat causa
15 obligationis etiam naturalis ad antidora: ibi secus. † Oppo. 15. cum gloss. nam hic agendo de facto committitur pœnalis stipulatio. contra quod facit j. si man. ita fu. alie. l. ea quidem. Solu. vt in glo. iuxta fin. scilicet, quod hoc fuit cogitatum, vt pœna committatur, si de facto fuerit contrauentum. ibi si de iure, & sic ibi de effectu beneficij, id est de efficiali manumissione. Oppo. 16. ad idem de l. stipulatio ista. §. quæsitum. ff. de verbo. oblig. Solu. eo. modo, vt sequitur in gloss. vsque ad fin. & sic solutiones amborum contrariorum procedunt, in casu certi: sed non in casu dubij. Ideo latius dicebat dominus meus, cum quæritur, an pœna committitur ex sola contrauentione facti: distingue. aut in pœnis legalibus, & committitur vt §. de episc. & cler. l. si quis nõ dicam, & j. de adul. l. eum. qui duas. nam ex contrauentione iuris, & sic a l. permissa non committeretur: vt j. ad l. Corne. de sic. l. 2. & 3. Aut in pœnis conuentionalibus, & tunc aut constat de voluntate contrahentium, scilicet an cogitauerunt de contrauẽtione facti, vel iuris, & illam serua, vt hic in gloss. Aut dubitatur, & tunc aut potest contrauenire solum de facto, & tunc de illo videtur cogitatum. ff. de verb. obl. l. stipu. ista. §. hic quoque, & in hac l. Aut potest contrauenire vtroque modo, scilicet de iure, & de facto, & tunc aut stipu. cui pœna est adiecta, est iuris, quia ad ius relata, & tunc ex sola contrauentione facti non committitu pœnalis stipul. quia contrauentio debet esse contraria promissioni, & ita loquitur d. l. stip. ista. §. quæsitum. cum ibi not. per gloss. Aut pœnalis contrauentio non est iuris, nec ad ius relata, & tunc aut ex contrauentione facti aduersario redundat damnum, & læsio, & tũc committitur: vt d. l. stipu. ista. §. hi quoque. nam sic videntur partes egisse propter euitandum damnum, & interesse. aut nullum damnum redundat aduersario, & vllum pretendit interesse ex tali contrauentione meri facti, & tũc non committitur pœna: quia de iure, & effectu videtur cogitatum: vt dict. l. ea quidem, & hoc ibi per Petr. & Cyn. idem, & in obligationibus non faciendis si factum sit a lege representatum.
16 vt in eod. tit. l. fin. secundum Richar. Quæro cum Iaco. But. statuto cauetur, quod ei, qui collectas non soluerit, ius non reddatur. modo pone, quod quis agat contra non soluentem: ille vero opponit exceptionem, replicat actor, quod non debet audiri: quia
10 ei non debet ius reddi ex forma statuti, quæritur, an actor debeat obtinere, & responder ipse, aut actor nunquã habuit actionem aliquam: sed de facto sic agit, & ipse succumbit: quia causam allegatam, quæ nunquam fuit, probare non poterit: vt §. de eden. l. qui accusare, & j. de probat. l. j. & l. actor. esto quod reus nihil oppositerit, vel reiectus fuerit. Aut actor actionem habuit, sed fuit, & est solum elisa aliqua exceptione, puta pacti, vel transactionis, & tunc actor vincet: quia primæuam causam probauit, nec reus super exceptione audietur opposita replicatione ex forma statuti, argu. §. tit. j. l. pacta nouissima, & §. de his qui ad eccle. consu. l. 3. in fin. Aut actio, quam habuit, nedum fuit elisa, sed extincta per acceptilationem, & tunc secundum quintam opin. & lect. quam hic tenuit Pet. & Cy. actor obtinebit, licèt de facto agat, quia non poterit reus opponere exceptionem liberationis, obstante replicatione, quia non debet ei ius reddi. Sed secundum opin. & lect. Azo. quæ est communis, & quam ipse Iacob. probat, dicit ipse, actor succumbet, quia nemo auditur agens de facto, & sicut de facto agit, ita de facto repelletur per iudicem suo officio, vt in tertia ratione, quam inducit gl. secundum Azo. quæ ad hoc est singulariter notanda. Sed in hoc vltimo dominus meus tenebat oppositum, quia Azo loquitur in eo, qui non est prohibitus adire opponens exceptionem acceptilationis. quæstio vero nostra loquitur de prohibito ex forma statuti. vnde actor probabit causam primam, quæ verè fuit, nec reus volẽs opponere exceptionem acceptilationis audietur, & ego sto cum eo. & ad istam gl. magnam intrinsecaliter. respon. quòd locũ habet, quando ipsi iudici iam per acta corã eo facta constabat, quòd actor non habebat, vt §. dixi, declarando rationes Azo. & in responsionibus ad obiecta est, quòd in q. nostra si reus fuisset admissus ad probandum exceptionem suam, & probasset, licèt actor diceret, postea eum non audiendum, tamen iudex ex officio posset repellere actorem ex liquido probatis coram eo, argu. eorum, quæ §. in dictis responsionibus dixi, & facit ad prædicta. ff. de peti. hære. l. planè, & melius in eo. tit. j. §. in fi. † Quærò
2. statuto cauetur, vt banniti possit impunè offendi, contingit, quòd contra eum, qui occidit bannitum, iudex inquirit, cum inquisitus non auderet comparere, tertius comparauit, & allegauit illum bannitum, & bannum in publicam formam produxit, an
a iudex possit vlterius procedere. [a] Barto. dixit, quòd non, quia iudici liquet, illud non esse delictum, & sic inquisitionem non habere fundamentum, vt hic in lectu. Azo. & dicit quemlibet admittendum esse ad hoc allegandum: quia venit ratione reipublicæ, permittentis in suam vltionem, & vindictam suos bannitos impunè offendi. argu. infra, quando licèt vnicuique sine iur. se. vind. l. j. §. j. sed puto, quòd etiam quilibet admittatur ad defendendum absentem. vt j. in l. reos. j. de accu. & hæc sufficiant.

A D D I T I O.

a Vlterius procedere. Adde quòd contra Bart. & cum Sal. tenent Ang. & Mod. hic & Cyn. in l. cum reos. in 6. q. & ibi Bal. in 14. col. j. de accu. adde Ang. de Are. inst. de exce. super rubr. in 11. char. vbi dicit, quòd bis habuit de facto, de quo etiam per Bal. in l. j. in 2. col. j. quomodo & quando tu. & in l. j. §. offilius. ff. ne quis eum, qui. & in c. 1. §. iniuria. de pa. iu. fir. quamuis aliter videatur velle fac. But. & Bal. in l. decuriones. j. de infa. & adde, ut refert hic do. Ias. May. practicam, quam dicit ponere Angelum post Richar. Mal. in l. quos, phibet. ibi. ff. de postu. in l. filiusfa. §. veterani. ff. de procu. & in l. fi. vbi etiam not. Iaco. But. & Albe. de Rof. ff. de peti. hære. Lud. Roma. consi. 214. quod incip. venerabilis domine, quòd si ex forma statuti in causis criminalibus non debeat aliquis audiri ad aliquam exceptionem, nisi inculpatus personaliter compareat, & se constituat in carceribus, certè cautela est, quòd non opponãtur exceptiones, sed compareat aliquis, & imploret officium iudicis, quòd iudex ex officio recipiat informationes super innocentia inculpati secundum quod in ista schedula continetur. licèt enim statutum excludat exceptiones, non per hoc excludit officium iudicis, idem not. tenet Ang. in l. planè. ff. de peti. hær. per illum tex. in verbo, officio iudicis, & dicit Bart. quòd eo audiente ponderabat ad hoc illum tex. & subdit Ang. quòd ista practica infinitis vicibus est vsus, quæ confirmatur hic per do. Ias. May. ex eo, quod fin. tenet Specu. in titu. de instr. edi. §. fin. versi. quid si debitor, & ibi Ioan. An. in addi. ubi uolunt, quod si pars renunciauit productioni testium, vel instrumentorũ, cum iuramẽto uidelicet c. si uero. de iureiur. debet procurare per medium aliquius amici, quod iudex ex officio tales testes recipiat. sequitur Ioan. de Imol. in ca. 2. de proba. lap. de ca. in c. quamuis. de pact. in 6. do. Alex. in auth. iubemus infra. de iu. & prædicta confirma prout hic latius per do. Ias. May. quem uide.

LEX LI.

1 *Transactioni iuratæ contraueniens qualiter punitur.*
2 *Transigens coactus superioris præcepto, vel statuto, an incidat in pœnam si transactioni contrauenerit.*
3 *Modi contraueniendi, quibus pœna committitur.*
4 *Iuramentum contractui adiectum moræ purgationem impedit.*
5 *Contrauenire quis dicatur.*
6 *Iurans soluere vsuras, supplicare de iudice delegato super causa vsurarum, quando debeat.*
7 *Restitutio fit de proprio non de alieno.*
8 *Dominus, quando quis alicuius rei esse desinat.*
9 *Pœna contractus non seruati cui applicanda.*
10 *Iuramentum qualiter faciat, quem esse maiorem.*
11 *Interpellans iudicem, an dicatur contrauenire.*
12 *Quæstionem non facere, & quæstionem non mouere differunt.*
13 *Supplicans principi, an dicatur transactioni contrauenire.*
14 *Periurus, an dicatur infamis.*
15 *Restitui quid dicatur.*

2 **Si quis maior.** [a] Diuiditur in duas partes, primo pe-
nit venientem ō transactionem iuratam per Deum, secundo contra iuratam per principem. secũda
1 ibi cos etiam. Casus. † Veniens quoquo modo contra transactionem

A D D I T I O.

a Si quis maior, Istam l. limita fin. per do. Car. in consi. 27. inci. in causa, & quõne excellentissimi doc. ut non procedat, quando quis supplicauit Papæ, & in supplicatione fecit mentionem de transactione iurata, nam ex quo Papa potest remittere iuramentum, si impetret rescriptum, non cadit in pœnas huius l. per text. in simili in c. caterum. de rescri. & quia censendus est actus licitus, ex quo uult contrauenire auctoritate superioris. not. quia magna est limitatio ad istam l. & nemo eam tangit secundum do. Ias. hic.

ctionem iuratam per Deum. vel Principem restituit data, soluit
pœnam. cadit ab actione. & punitur infamia. h.d. Lege literam
in princ. ibi, pacta, ex hac litera. & similibus infra positis, dicunt
Doc. q̃ pœnæ hic positæ vendicant sibi locum in quocunq; cõ-
tractu iurato inquantũ possunt adaptari, arg. l.j. ff. de pac. Ibi co-
2 gente in paruo. † Ex hoc dicunt quidã, q̃ si præcepto superioris,
vel etiã ex forma alicuius statuti, quis cogeretur transigere, vel
compromissum facere, & iurare nõ cõtrauenire, quod contra-
uenendo non incideret in pœnam huius legis, ideo notarij in
suis instrumẽtis ponunt, q̃ sponte feci. Ibi libero arbitrio, id est,
spontanea. Ex præcedẽtibus verbis patet, q̃ solennitas a iure re-
quisita non tollitur. & pro hoc facit s. de sacrosan. eccle. l.j. sec-
dum lec. gl. quæ est vera, licet in dispositione priuilegium indu-
cente hæc verba, remissionem solennitatis inducant, vt j. de te-
stamẽ. milit. l. ex testamento. & vide, quę ibi scripsi circa arbitriũ
3 datum potestati † Ibi vel interpellando. no. tres modos, quibus
dicitur contrauenire, vt pœna cõmittatur Nec ob. primo. & se-
cundo modo, vt ff. de in ius voc. l. libertus. vbi pœna nõ cõmitti-
tur, quia ibi in pœna legali imposita in ius vocandi; hic in con-
uentionali, vel legali imposita deieranti. Ibi, vel non implendo
promissa, cum dies implendi transiuerit, vel legitime interpel-
4 latus non fecerit, & sic moram cõmiserit. † Ex hoc no. quod iu-
ramentum prestitum super contractu impedit moram purgari,
& ita allegatur per Doc. & quod hic non purgetur, patet, quia
in pœna infamiæ, & carentia actionis statim facta est executio
a l. vt ff. de condic. indeb. l. qui ob rem. & de lega. 2. l. si is cui. j. re-
spon. & quia, vt dicam in 2. q. in aliis duabus pœnis non est hic
facta executio. No. aliud, quod executio facta in vna de pluri-
bus pœnis impedit purgationem moræ in aliis, quod est menti
5 tenendum. † Item no. 4. quod cõtrauenire dicitur, qui nedum fa-
cit, sed omittit, quod facere debuit. Ibi, si id fuerit. dicit gl. q̃ iu-
rauit non contrauenire. Sed idẽ puto, si affirmatiue tantũ iura-
uit se pactũ, vel transactionem seruare, & implere, quia tũc pro-
prie iuramẽto dicitur solidare; ideo non implendo promissa lo-
cum habet hæc pœna, vt supra dicit text. Et tunc ex isto tex. su-
6 pra posito, Ibi, vel stipulando Principi, coniuncta glossua. † No.
quod iurans soluere vsuras, nõ debet supplicare de iudice dele-
gato super causa vsurarũ, priusquàm petat se absolui a iuramen-
to, vel priusquàm impetret super relaxatione iuramẽti, alias in-
cidit in periurium, & idem dico de eo, qui iurauit in cõpromis-
so, quod nõ, quia quotidianum est. Ibi, non solũ, &c. No. succes-
siue quatuor pœnas, quas iste tex. incurrit. Ibi, infamia. not. vt in
glo. quod periurus est infamis. Ibi, priuatus. ex hoc verbo, colli-
gitur quod hæc priuatio actionis sit ipso iure a Larg. eius, quod
no. gl. supra de sacrosan. eccle. l. iubemus. § œconomus. & j. de
7 iuridic. omn. iud. l. in criminali. † Ibi, restituta, id est, data, vt in gl.
& bene, quia restitutio non est de proprio, sed alieno, vt l. qui re-
stituere. ff. de rei vendic. sed pœna hic adiecta est de re ipsius so-
luentis, quam promisit dare, & sic accipientis facere, vt Instit. de
act. §. sic itaque. ibi rerum proprietate, secundũ primã expositio-
nem glo. hæc verba, coniungũtur cum illis verbis supra positis,
scilicet actione priuatus, & secundũ hoc caret rerũ per eũ peti-
8 tarum proprietate ipso iure. † Ex quo not. q̃ vbi actio realis, vel
quasi, de vno trãsfertur in alium ex legis dispositione, vt est hic,
coniuncto, q̃ sequitur in tex. ille, a cuius persona recedit, desinit
esse illius rei dominus, & transfertur dominiũ in eum, in quem
actio trãsfertur, & hoc facit in arg. vt cessante rei vendicatione
dominiũ trãsfertur in cessionariũ. Cuius contrarium tenet Dy.
extra, de reg iur. c. pro possessore. ad fin. sed hic possidebat is, ad
quem actio transfertur, In quæstione Dy. secus, & hoc secundũ
primam expositionẽ glo. hic positæ, sed secundũ aliam nullam
habeãt hæc verba, coniunctionẽ cum precedentibus, sed per se
stant, & tunc non ipso iure caret proprietate, sed condi. ex. l. ista
9 petentur reddi. † Ibi, seruauerint. No. q̃ pœna non seruati cõtra-
ctus applicatur seruanti. Et attende, q̃ hoc nedum est in pœna
conuentionali, vt in l. qui fideiu. ff. eo. & ff. de iu. fis. l. j. circa me-
dium ibi dicitur ex contractu seruanti, cũ ibi no. in gl. sed etiam
in pœna legali; nam hic pœna restitutionis datorũ carẽte actio-
nis est pœna legalis, quod no. quia non debetur fisco. Ibi, nomi-
na nostra. No. Principem turbari, quando per eius nomen iura-
tur, & posita iuramentũ non seruatur. Exposita litera, & nota-
bilibus super ea collectis, venio ad apparatum. Oppo. quod non
bene dicat, si quis maior, cũ uideatur innuere, quod aliud in mi-
nore, arg. l. cũ prætor. ff. de iud. sed hoc falsum, ut j. si aduer. uen.
l. j. & authẽ. ibi posita. Sol. ut in glo. j. quæ dicit, Aut quæritur de
iure codicis, & tũc an ualidetur iuramẽto, fuerunt opi. ut not. in
d. l. j. Aut de iure auth. & tunc indistincte ualet, ut in auth. sacra-
menta puberũ. Sed attende, q̃ glo. bene dicit, quo ad ualiditatẽ
tranlactionis, & quantũ ad potestatẽ contrauenendi, sed quan-
tum ad incursionem pœnarũ huius l. dicit Iac. But. Aut iurauit
non contrauenire solum, ratione minoris ætatis, & tunc si iura-
mentũ solum faciet ipsum haberi pro maiore, ut no. j. de rescin.
uendi. l. 2. tunc contrauenendo non incidet in pœnam huius l.
sicut nec maior, qui nec iurasset. Aut iurauit non contrauenire
ratione ætatis. & quacunque alia causa, & tunc incideret in pe-
nam huius l. quia duplex iuramentum censetur præstitum, &
primum facit eum maiorem, & per consequens aliud censetur
a maiore præstitum. Aut simpliciter iurauit seruare transactio-
nem. & tunc solum ratione minoris ætatis creditur iurasse. vt
10 d. l. si aduer. ven. † Sed Bar. dixit quod quouis modo iurauerit
non incidit in pœnas huius l. nam inramentum non facit eum
vere, & essentialiter maiorem, sed interpretatiue, vel ficte facit
eum pro maiori haberi; igitur licet addat iuramento, & ex qua-
uis alia causa. non propterea est repertum vere, & essentialiter
iuratum a maiore, vt exigit l. ista, & per consequens ad eum nõ
extendendum. vt §. de nego. gest. l. 3. §. hæc verba. & maxime,
quia maior discretio est in vno, quam in alio, & sic diuersa ratio,
pro hoc accedat. j. de his qui ve. æta. l. fi. Opp. de l. interpositas. §.
cod. Sol. quod ibi de coacta, hic de voluntaria, vt in gl. 2. verum-
tamen in coacta prius deberet petere absolutionem a iuramen-
a to, [a] ne in periurium incideret, vt extra de iureiu. c. si vero. & ibi
11 not. pro hoc 15. q. j. c. merito. † Opp. 3. quod iudicem interpellã-
do non dicatur contrauenire: sed exigatur litis conte. vt ff. rem
ra. ha. l. amplius. Sol. vt in gl. 3. quia ibi promisit non petere, non
dicitur ante lit. contest. ergo prius in pœnam non incidit. hic pro
misit non contrauenire. quod intelligatur in iudicio, vel extra,
& sic non exigitur lit. conte. & hæc vera. Aliam solu. dat Azo.,
vt sequitur in glo. sed trussa est, quia termini sunt diuersi. Opp. 4.
quod immo processus, & sententia requiratur, vt ff. de bo. li. l.
qui cum maior. §. accusasse. & in l. in seruitute. §. petisse. solu. vt
sequitur in ca. gl. vsq; ad fi. scilicet quod in casibus illis aliud est,
quod declarauit Dy. dicens, quod ibi in pœna legali nos in con
uentionali. Rõ diuersitatis est, quia mitius agitur cum l. quam cũ
homine. vt ff. de ar. l. celsus. Sed hanc solu. quidam reprobant di
centes, quod immo durius agitur cum lege, quam cum homi-
ne, ar. ff. de ope. lib. l. vbi libertus moram. Nec obst. l. celsus. quia ibi
de ministro legis. vt est iudex. Sed male reprobant secundum
Iaco. Butr. dominum meum, Bar. nam inquiunt ipsi, quod quan
tum ad pœnas extrinsecas mitius agitur cum l. vt dixit Dyn. sed
quantum ad pœnam intrinsecam, id est efficaciam contractus,
durius agitur cum lege: vt §. de legi. l. non dubium, & d. l. si liber
tus. Sed contra istam sol. facit l. ista, quæ nedum in pœna conuẽ-
tionali, sed etiam legali puta carentiæ actionis, & restitutionis
datorum loquitur. Præterea per illa verba, non bene habemus,
quod in practica seruare debeamus. Ideo mihi videtur dicen-
dum, quia aut quęritur in pœna legali, aut conuentionali. primo
casu, aut pœna legalis est adiecta dispositioni legali, aut conuẽ-
tionali: si legali, tunc seruta id, quod ipsa lex disponit, siue sit ea-
dem lex, siue alia illius interpretatiua, vel declaratiua: vt d. l. et
qui maior. in prĩ. & §. libertus. & d. l. in seruiture. §. petisse, simul
iunctis. & j. de his qui. vt indig. l. alia. & j. de plus peti. l. j. & ff. de
in ius voc. l. quamuis. & l. penulti. Vbi autem nec ab eadem, nec
ab alia lege sit vlterius processum, quam ad simplicem positio-
nem pœnæ, tunc verba illius l. sunt ponderanda. & secundũ pro-
priu m sensum intelligenda, aduersus quem sit contra factum,
pœna dicatur commissa, & exigi possit, nisi alias purgatio foret
a iure permissa, a proprio eius sensu non est recedendum: vt ff.
qui, & a qui. l. prospexit. & ff. ad mu. l. constitutionibus. Si con-
uentionali, tunc similiter serua id, quod l. pœnam imponens de
ea disponit vt hic, & §. eo. l. cum proponas. & vbi per l. aliter non
apparet: tunc si concomitantiam habet cum conuentionali, idẽ
iudicandum est de legali, quod de conuentionali, vt hic, si nul-
lam concomitantiam haberet, tunc serua significatum verbo-
rum, quibus censetur adiecta. Secundo casu, quando pœna est
conuentionalis, & tunc similiter dico, quod verba sunt ponde-
randa. & secundum quod lex de eis disponit, nos disponere de-
bemus. vt patet per infrascripta exempla. nam si quis promittit
nõ contuenire: tribus modis dicitur conuenire. vt in hac l. & iu-
dicis, vel extra. Quandoque promittit rem ra. ha. & tunc idem,
de quo plenius dic, vt ff. rem ra. ha. l. quo enim. §. Quandoque
promittit controuersiam non facere. & tunc quoquo modo cõ
trouersiam faciat, in pœna incidit ante lit. contesta. vt ff. de peti.
hæredi. l. diuus. & l. sed, & si lege. §. si ante: & siue agendo, siue
excipiendo; vt ff. de procura. l. non solum. §. si status. & ibi nota.
Quandoque quis promittit in ius non vocare sub pœna. & tunc
statim cum eum fecit citari, pœna committitur; vt ff. de in ius vo
can. l. j. nec isto casu locus erit pœnitentiæ; quia hanc pœnam ha
bet actor ex sua prouisione, non legis. & sic non obst. d. l. quam
uis. & pro hoc facit d. l. celsus. ff. de arb. Quandoque quis promi
sit quæstionem non facere, & isto casu dicit gl. in l. qui fidem. ff.
de

ADDITIO.

a Absolutionem a iuramento. Adde d. Soc. consi 38. inci. pro decisione prædi-
cta ver. nec obstat, in fi. in j. partre. & an quando cui, & ex quib. sit absolu-
tio a iure concedenda, & quid si statutum reprobaret contractum, & an,
& quando inferior a papa possit cognoscere. vide per præfatum d. Soc.
consi. 115. incip. circa primam quæstionem. in prin. cum vẽr. seq. vsque ad
versi. circa secundam dubitationem. in j. parte.

de transa. quod qualitercunq; peratur, vel molestetur, pœna cõ-
mittitur, nec litis contest. expectatur, & allegat istam l. & d. l. sed
& si lege. §. sed si ante. Sed hic, & ibi sunt termini diuersi, iõ gl. il
la notãda est. Sed ꝗ illam gl. inducit Bart. tex. cum sua gl. j. finiũ
regun. l. 3. cui habes simile j. de præscr. long. temp l. in prin. Et
postea rndet, quod tex ille cum sua glo. debet intelligi, qñ illud
12 verbum, qõ, pro fertur a l. secus si ab homine. vt in alia gl. † Ego
puto longam dfiam inter ista verba. qõnem non facere, vel qõ-
nem non mouere. nam primo casu loquitur gl. in d. l. qui fidem.
& credo, quod bene, quia illud verbum, facere, non notat, vel si-
gnificat actum aliquem iudiciarium. sed potius actum facti ex-
traiudiciarij. Secundo casu credo actũ iudiciarium requiri: quia
illa verba, sonant in ius: vt j. eo. l. fi. sed, an exigat litis contest. pu
to, quod sic, vt in gl. d. l. 3. finium regun. Et hoc probo sic, nam
licèt hoc nomen æquiuoce sumatur in iure, quia qñq; pro tortu
15 ra, vt j. ff. de quæst. per to. qñq; pro dubitabili propositione: vt §.
de pac. l. fi. & j. de fur. l. ancillę, & de fideic. l. qõnem. tñ nulla pro
positio est dubia, nisi cum rationes pro, & ꝗ sunt repugnantes:
sic in proposito, q. non mouetur ab vno alteri, nisi cum alter re-
pugnat illi per suam ꝗdictionem. nam, & tunc res efficitur du-
bia: vt j. qui. ad li. prouo. non licèt. l. 3. vnde isto casu dico li. cont.
exigi. qñq; quis promittit quærimoniam non facere. vt vĩ gl. in
d. l. 3. quod libellus exigatur porrectus iudici, nec exigit conte-
stationem fieri, quod satis puto verũ, quod contestatio non exi-
a gitur. sed puto, q̃ etiã verbalis quærimonia superiori facta [a] suf-
ficiat, vt stipulatio pœnalis committatur, quia verba stipulatio-
nis non plus important. Et ad l. 3. rñ. q̃ quantum ad vim ferendę
loquitur: vt ibi ex text. colligitur, quæ conformis libello debet
esse. vt ff. commu. diui. l. fundus. qñq; quis promittit non petere
sub pœna, & tunc lit. contest. exigitur: vt ff. rem ra. ha. l. amplius.
Non obst: ff. de ope. lib. l. si decem cum petero. vbi simpli-
ci petitione extraiudiciali verificatur: quia ibi verbum, petere,
dirigitur ad creditorem, seu stipulatorem hic ad debitorem, seu
promissorem, sm Bar. sed certè vtroq; casu petere, vel non pete
re ꝑcernit creditorem, qui ius habet petendi. ideo sanctius vt di-
cendum, q̃ interdum verba sunt prolata negatiuè: & tũc habet
locum d. l. amplius. interdũ affirmatiuè: & tunc aut petitio fien-
da non concernit immediatè ipsam obligationem, & eius exe-
cutionem, & illam, quam qualificat in tpe, & tunc de petitione
extraiudiciali, intelligitur: vt d. l. si decem, & ita intelligitur gl. in
d. l. amplius. Aut ꝑcernit immediatè ipsam obligationem: ideo,
q̃ ipsius obligationis est subiectum, quod est, qñ ipsum petere
est in promissione deductum. puta promittis petere fundum,
vel centum a Titio j. tale tempus sub pœna centum aureorum,
& tunc ex aliquibus verbis præambulis, vel alijs coniecturis ap-
paret, qua de cã hoc fuerit promissum, & tunc sm variationem
cãæ, variè debet intelligi illud verbum, petere. nam si promissio
de petendo sit facta ad hunc finem, vt Titius debitor incurrat
pœnam, quam promiserat, si non soluerat, cum ab eo peteret,
tunc sufficiet petitio extraiudicialis, quia per illam cadit in pœ-
nam, vt d. l. si decem. si vero sit facta, vt promittens euigiletur a
negligentia, & interrumpat præscriptionem ꝗ eum currẽtem,
tũc sm diuersitatem præscr. diuersa requiritur interruptio ꝑcer.
nam qñq; per libelli porrectionem, & emissionem executoris,
vt j. de præscr. 30. an. l. sicut. & l. cum notissimi. qñq; per lit. ꝓtest.
vt j. de præscr. lon. temp. l. 2. & l. nec bonæ fidei. vbi aũt de cã nul
b lo modo põt apparere: tunc fauore pœnæ non committendæ.
arg. ff. de pen. l. si de interpretatione, &, quia eius commissio est
odiosa, & sic restringẽda: vt ff. de lib. & posth. l. cum quidam. ac
ẽt in odium stipulantis, qui. l. apertius debuit dicere: vt ff. de pac.
l. veteribus. Ego dico sufficere petitionem extraiudicialem, ar.
l. si 10. & ista sunt benè notanda, vt subtilia, & in alienis scriptis
non reperta. Qñq; quis promittit litem vel cãm non mouere, &
tunc dic, ut colligitur ex notatis §. eo. l. lites, vel causas, & §. tit. j. l.
postquam liti. & vide, quod ibi in secundo ꝗrio dixi, Qñq; quis
promittit non agere sub pœna, & isto casu committitur per lit.
ꝓtest. & non ante, ut probat gl. or. ff. de pec. l. si postea, & allegat
l. amplius. ff. rem ra. ha. & quia dici posset, quod in alijs terminis
loquitur: ideo dictum illius gl. ego probo per l. 2. circa prin. ff. ad
uelle. & per l. j. in prin. ff. ad mace. quæ licèt prima facie uiderentur facere in oppo. tñ hoc dictum probant sic: nam qui non ad-
mittitur ad agendum, prohibetur litem ꝓtestari, vt ibi. igitur an-
te non dẽ agere, uel egisse: quia iam fuisset admissus, & sic exclu
di postea nõ posset. Hoc ꝓfirmo ex alio capite: quia actio, & pe-
titio in d. ll. æquiparantur. ergo sicut prohibitus petere dẽ ꝗ face
re litem contestando: & non ante: vt d. l. amplius. sic, & qui non
13 põt, uel non debet agere. † Op. 5. quod supplicando principi non
ꝑca possit ꝗuenire: ut §. eo. l. cãs. fo. vt in seq. gl. quæ dicit, quod
iste tex. põt intelligi duplr: uno modo, ut supplicet de iudice de-
legato, & tũc illa l. nihil obstat. Alio modo ut supplicet de priui
legio, ut possit ꝗuenire, vt ibi, nihilominus in pœnam incidit, ut
hic. Opp. tunc 6. ab extra, quod supplicando non incidat in pœ-
41 nam: ut ff. de in ius uocan. l. liber. Sol. ut §. dixi in litera. † Op. 7. q̃
b periurus [b] non sit infamis: ut ff. de cri. stel. l. 2. in fi. & de infa. l. Lu
cius. Solu. dupliciter, ut hic in gl. licèt remittat de duob. & illa uera. s.
q̃ ibi in teste, qui licèt sit periurus, non propterea ipso iure insa.
& est ratio: quia regula est tradita, quæ sniam requirit: vt in eo.
tit. l. i. §. j. & sic cum casus ille non sit exceptuatus, sequitur quod
remanet sub regula, & ratio huius põr esse: quia testis iurat de
re præsenti, vel præterita, & ideo, ipso iure non notatur, ut d. l. 2.
& fin. de crimi. stel. sed hic iurat de futuro. Item hic iurat super
contractu, ibi secus. & hoc est valdè notandum. nam, vt ibi dicit
gloss. hæc pœna locum non habet, nisi veniam contra duo. sci-
licet contra pactum, & contra iuramentum. vnde non obediens
rectori non est ipso iure infamis, licèt obedire iurauit virtute sta
tuti, & pro hoc facit. quod hic super litera cogente Imperio di-
xi. Si dicas. quod in dict. l. Lucius. non infamatur per sententiam
ibi latam. Respond. quia cum alio, quàm cum teste fuit lata. vt
ibi nota. † Oppon. 8. quod tex. malè dicat, restituta pœna, cum
propriè alienum restituatur, & suum detur: vt ff. de rei vendi. l.
qui restituere: vt in sti. de actio. §. sic itaque. solu. exponendo res-
tituta, id est data, vt in sequen. gloss. & sic stat propriè. Oppo. 9.
quod tex. inculcet idem per idem, & sic sit superfluus, contra §.
quibus. supra. de nou. Cod. compo. dum dicit, quod caret rerum
proprietate, & emolumento, quod ex transactione fuit conse-
quutus. cum emolumentum sit ipsarum rerum proprietas, qua
recipit, & sic etiam copula non stat effectualiter inter diuer.
contra nota. super rubri. ff. de iur. & fac. igno. Solu. exponendo
dupliciter, vt in gloss. secundum primam expositionem prout
Decuriones. Hæc lex habet duas lecturas, vt colligit ex gl. fi. Vna est, quod hic actum fuit ciuiliter actione iniuriarum. & hæc licet in se vera quo ad notam infamiæ: tamen non congruit huic l. in prin. quę de fustium castigatione loquitur. Alia igitur melior, quod hic criminaliter actũ fuit. hanc prosequor. Casus. † Licet decuriones, & eorum filii nõ possint fustibus cedi; tamen iniuriarum damnati sunt infames. h. d. Vel remissio pœnæ procedens ex priuilegio personę non tollit delictum, nec infamiam ex sententia prouenientem. h. d. Supple tex. ibi iniuriam sacrocitatem, vt ff. de iniur. l. diuus Seuerus. No. q̃ damnatus de crimine iniuriarum efficitur infamis. Item, quod decuriones, & eorum filij priuilegiantur, ne possint fustibus cedi. concordantiæ sunt in gl. Item quod nõ sequitur exequutio non potest fieri, vel pœna non imponitur: ergo deliquisse nõ vr̃. Item quod priuilegium personæ circa impositionem pœnę illam non tollit ipso iure, vt hic in gl. Item quod hic in criminibus sufficit pronunciari declaratio super crimine, nec est necesse aliquid de pœna dicere. Quero, quæ fuit ratio dubitandi in l. ista. Respondeo, ut in gl. j. quia pro hoc crimine alias pœna fustium erat imponenda, quę habet infamare ex genere pœnæ, ut ff. eo. l. iictus fustium. quæ cum hic non imponeretur, videbatur non infamari. Ratio uero dicendi fuit, quia ne dum si agatur criminaliter, sed etiam ciuiliter, sufficit sententia in actione iniuriarum, qa ex f̃nia no. ut ff. eo. l. i. † Quero sedẽo an decuriones, & filij ipso iure ad pœnam fustium non sint obligati. Rñdeo, ut in gl. j. [a] quod ipso iure sunt

ADDITIO.

a ¶ Vt in gl. ij. Adde d. Fran. de Are. hic, qui refert, q̃ hæc gl. per Bal. & Ang. singulariter allegat, q̃ stant ista simul, vt dicatur quis crimen committere, & possit iudex pro tali crimine pœnam imponere, & nihilominus prohibeatur iudex super illa pœna executionem facere, ideo Ang. consueuit istam gl. coniungẽdo tex. allegare, q̃ ybi iudex impedit solam executionem pœnæ delicti commissi, non tamen delictum, definit esse delictum, inferens ad statutum, quod permittit bannitum occidi, vt occidens bannitum dicatur maleficium committere, vel etiam homicidium incurrere. de qua q. tetigi. Bar. l. vbi pactum. sup. de transac. sed dic vt habetur hic plenius per Bal. & Ang. tenentes contra Bar. & per d. Fran. Are. hic eos referentem ad hoc.

sunt obligati. sed propter priuilegium personæ eis infligi non potest. i. in eos executioni mandari, vt hic. cum §. allegatis in glo. licet regula sit, quod pro atroci iniuria quis debeat fustigari: vt ff. de iniu. l. diuus seruus. Ex ista gl. notatur delictum esse commissum, & pœna ipso iure imposita esse a. l. tamen priuilegio personæ non posse infligi. † Quod tacit ad quæstionem. Statuto cauetur, quod malpagus, vel bãnitus possit impune offendi. & alio statuto cauet, vt de quolibet delicto possit iudex inquirere. Contingit, q̃ malpagus, vel bannitus est offensus: [a] & iudex inquisitionem formauit super offensa, excipitur, q̃ non põt, quia nõ est delictũ. & sic statutũ permittens inquiri de quolibet delicto non habet locum. & dixit Ia. But. quod est delictum, sed pœna imponi non potest. nam statutum primum solum concernit impositionem pœnæ. & pro hoc inducit text. istum cum ista glo. & sic tenet inquisitio, nec talis exceptio impedit processum. Sed dubitari fortius potest, an ad merita causæ possit opponi, vt iste absoluatur, an solum executioni, vt eo condemnato pœna non infligatur. Et videtur, quod solum executioni per hanc. l. sed puto quod non solum executioni, sed etiam admerita causæ. & sic absoluat, quia illud statutum, quod permittit impune offendi, p̃cernit etiã liberationem a pœna. & sic absolutionem, & non priuilegio offendentis saltẽ principaliter, sed odio offensi. quod non est in casu huius. l. Et pro p̃dictis facit, quia, & alias sunt aliquæ exceptones, quæ possunt opponi sententiæ ferendæ, & etiam executioni iam latæ. vt scripsi. § de iur. & fac. ign. l. j. Itẽ dubitari potest, quid si in statuto fuerit additum verbum licite, & impune, vel verbũ licite tantum. Rñdeo, quod tunc illa exceptio potest opponi ad processum, cum iudex tunc non possit inquirere: quia licita non sunt directa, vt ff. ad. l. cor. de sic. l. 3. §. fin. & j. vt nemo priuatus. l. 2. & j. qñ licet vnicuique se sine iudice vindicare. vt l. j. & 2. facit ad prædicta j. de adul. l. gracchus. Oppo. cum gl. pe. quod proconsul non sit clarissimus, sed spectabilis. soi. vt in ea.

ADDITIO.

a ¶ Bannitus est offensus. Adde an occidens bannitum dicatur homicida. not. in c. si perfodiens extra, de homi. q̃ sic, & q̃ efficitur infamis de facto. licet ibi Panor. contrarium videatur sensisse, pro quo videtur text. in cap. ille gladium. 24. q. 4. de quo vide Bal. in l. data opera. j. qui accu. non poss. vbi melius loquitur. & hic Andr. Barba. in allega. c. si perfodiens. & in c. si. extra. de patre qui fili. occi.

LEX VI.

Infamia non tollitur si pœna finita sine causa cognitione minuatur.
2 *Infami a an notetur quis tempore finito.*

Ad tempus. Duas lect. habent, vnam in glo. aliam extra. secundum lec. glo. summatur sic. Finita pœna sine causæ cognitione minuta non tollitur infamia. h. d. Vel secundum aliam. Finita pœna debita, quia non aucta nec minuta, licet temporanea, durat infamia. h. d. & cum ista secunda cõcordat. l. ad tempus. ff. de decur. & circa eam vide, quod dixi. s. eo. l. & si seuerior. in 3. quæstio. Opp. q̃ ibi non retinent pristinum statutum: vt j. de pœnis. l. j. sol. ibi fuerunt damnati in perpetuũ, hic ad tempus: licet in perpetuum dãnati debuerint. & hoc vult. j. gl. & 2. in prin. f̃mul iunctæ. Opp. quod nec in perpetuum damnati statum perdant vt ff. de interdi. & rele. l. relegatorũ. §. j. Sol. q̃ illa in simpliciter relegatis, nos in damnatis in metallum, vel in opus metallicorũ, qui statum. l. ciuitatem, & libertatem perdunt. & si pœnam refugiunt de minori damnatur in maiorẽ, vt sequitur in gl. 2. vsq; ad fi. † Opp. quod finito tempore nõ notetur infamia, vt s. eo. l. 3. Sol. quod hic pœna fuit minuta sine causæ cognitione, vt in fi. 3. glo. vel extra dic a iure prætaxata imposita fuit vt 2. lectu. dixit. Quæro vnde hæc infamia insurgat. Respondeo, vt in ead. glo. & 2. vera. Bartho. de Sali.

LEX VII.

Nemo. Ex eo, quod quis repudiat hæreditatem patris, nõ efficitur infamia. h. d.

LEX VIII.

1 *Infamis efficitur, qui furti condemnatur. & nu. 2.*

a **Si furti.** [a] Casus. † Condemnatus furti efficitur in famis, nõ condemnatus de receptatione, quam ignorãter facit. h. d. Et diuiditur in duas: quia primo in condemnato in actione furti. secundo in condemnato alia ratione. secunda ibi: quod
2 si. secunda pars variis modis loquitur. † Nota, quod ex sola sententia condemnatus furti infamatur: vt in prima parte. ex secunda vero f̃m varietatem lecturarum variabũtur notabilia: vt j. patebit. Contra primam partem opp. quod condemnatus furti nõ efficiatur infamis: vt ff. eo. l. quid ergo. §. ex compromisso. Sol. vt in j. glo. quia hic a iudice, ibi ab arbitrio. & ratio ibi posita in tex. quia eius sententia proprie non est sententia. Contra secundam partem opp. quod non referat, an sciens, vel ignorans rem furtiuam receperit: vt ff. de fur. l. inficiando. Sol. vt in gl. 3. Opp. quod durior sententia iudicis non prosit, vt tollatur infamia, quia non potest iudex facere, quin damnatum furti sequatur infamia, ff. de fur. l. non potest. Sol. vt glo. 4. primo, quod in contraria fuit damnatus furti, id est, quia furtum commisit, hic non simpliciter furti, sed limitatiue. f. actione furti concepti, id est, præsumpti, ex eo, quia res furtiua apud eum est reperta. Hanc non tenet glo. quia forte, & illa infamaret. Item adde, quod non est verisimile, q̃ de illa loquatur, cũ illa sit correcta. Secundo igitur solu. gl. f̃m Mar. quod sententia præiudicat quo ad pœnam pecuniariam, nõ quo ad infamiam: ex quo vere furtum non commiserat: vt ff. de pub. in l. generi. sed gl. hãc reprobat per plures. ll. vt in ea sequitur vsq; ad ver. dic ergo. & ad l. generi. & q̃ speciale est ibi in patre. & sic in ꝗrium est ius commune, & sic illa potius facit contra Mar. & ita ibi no. gl. Sed aliqui nituntur sãluare Mart. intelligẽtes, q̃ post f̃niam super furto, patefactum fuit, q̃ alius furtum fecerat, quo patefacto non duret infamia. sed hoc non puto tutum, quia durat prima f̃nia, a qua non põt absolui sine principis conscientia: vt ff. de qõ. l. j. in fi. & hoc vbi f̃nia diffinitiua lata fuit. secus si inter locutoria, vt dixi j. eo. l. nulla. in secundo ꝗrio. Tertio igitur dicit gl. quod hic non fuit proposita actio furti, quia tunc hẽt locum ꝗ rium. sed certi condictio generalis ad duplum. sed illa non infamat: vt l. cessat. ff. de act. & obl. & hanc tenet gl. in fi. Quarto dicit vt proxime, quod hic non fuit actum furti: sed actione ad exhibẽdum, vel rei vendi. & iuratum fuit in litem. & isto respectu durior fuit sententia, quia vltra verum estimationem. & hæc etiam f̃m glo. est bona, alias sol. ponit glo. quas non prosequor. Saly.

ADDITIO.

2 ¶ Furti. adde Bal. hic. & gl. & Bar. in l. j. ff. de infam. & gl. in l. certi condictio. ff. si cert. pet. quod infamis non dicitur condemnatus cõdẽne furciua, sed cõdẽnatus actione furti, vt hic q̃ est verum, etiam si furtum non fecit. glo. & Bar. in l. athe'etas. §. fi. ff. de infa. & Pau. de Cast. consi 84. & in Spec. de reo. §. 2. ver. & n. etiam inuito iudice. in Spec. de sen. §. 2.

LEX IX.

Neminem. Duplex, litera. f. affirmatiua, q̃ negatiua teperitur in l. ista, quam declara, vt in gl. No. tamen ex prima, quod purgare pro patria non est solum pro defensione ciuitatis. sed pro repub. ipsius Barth. de Saly.

LEX X.

Iniuriarum Vtilitas iniuriati non impedit damnatũ de iniuria notari. h. d. Oppo. de text. instit. de iniuri. §. seruus. Sol. dupliciter, vt in gl. Opponitur. de l. seruus. ff. eo. so. vt in ea. gl. vsq; ad fi.

LEX XI.

Debitores. Cessio bonorum non irrogat infamiam, hoc dicit.

LEX XII.

1 *Infamis habetur, qui de crimine expilatæ hæreditatis damnatur.*
3 *Bannitus pro furto, vel pro crimine hæreditatis expilatæ an possit reuocari.*

1 **Si te.** [a] Damnatus de crimine expilatæ hæreditatis est infamis. hoc dicit. Not. expilationem hæreditatis esse furtũ improbius: & sic magis detestabile, quam furtum simplex. Item quod in furto sufficit pronunciari declaratorie furtum factum esse ab accusato, vel inquisito absque condemnatione pœnæ: vt ꝗ & eodem. l. decuriones. Quæro, quæ fuit ratio dubitandi in hac lege. Respondeo, vt ex glossa prima colligitur, duæ fuerunt rationes. Et tertia additur in glossa secunda in principio, prima igitur fuit, quia per iudicem nulla pœna fuerit imposita: sed solum super criminem pronunciatum. sed ratio decidendi contra istam rationem est: quia infamia ex sententia non ex genere pœnę procedit. ac etiã pœna in est a l. cuius reseruatur arbitrio: vt ff. ad turpil. l. j. §. j. Secũda fuit ratio dubitandi, quia pœna extraordinaria. iudicis arbitrio fuit imposita, & non alia ordinaria. vnde videbatur non infamari. argumen. ꝗ. eod. l. si possidonium. in fin. Sed ratio decidẽdi fuit, quia extraordinaria ex causa famosa, vt hic erat, infamatur vt nota. in l. quid ergo. §. grauior. ff. de his qui nota. infamia. nisi sit aucta, vel minuta cum causæ cognitione: vt supra, eadem lege. & si seuerior.. Tertia fuit ratio, quia tempore huius furti non erat persona, cui furtum fieret quod exigitur, cum furtum sit contractatio rei alienæ, &c. vt ff. de fur. l. j. §. fin. & insti. eod. §. j. sed ratio decidẽdi fuit: quia in crimine hoc expilatæ hæredis nõ requiritur persona, cui, licet in alio furto secus, infamat tamen, quia succedit in locum actionis: vt ff. de crimin. expilat. hæreditat. l. 2. & sic eius naturam assumit: vt ff. si quis cau. l. si eum. §. qui iniuriarum, & hęc prima ratio bona. Aliam addit gl. quia descendere videtur ab actione famosa &c. sed hęc non bona, quia ab illa non descendit, nec dependentiam habet, cum sint species oppositę: vt ff. de fur. l. hęreditarię. Oppo. modo, quod sit dare aliud furtum improbius. vt institu. vi bono. rap. in princip. Solu. confitendo. ideo dic, quod tres sunt species furti, [a] vt sequitur vsque ad fin. quod nota. Sed extra oppo. quod expilatio hęreditarię rei
b non possit furtum dici: [b] vt ff. de furtis. l. hęreditarię. Solue quòd illud

ADDITIONES.

a ¶ Tres sunt species furti. Improbum est simplex furtum, improbius expilatę hęreditatis, & improbissimũ robaria, seu rapina, de quo p. Bal. hic. & l. ti. ãfigere. ꝗ. de transa. & in auth. sed nouo iure. col. j. infra, de fer. fug. & sub quo horum trium generum comprehendatur sacrilegium, dixi in li. consue. burgum in titu. de iust. & illius executione. §. itẽ si auculsi. in gl. in ver. pour la p̃miere foys.

b ¶ Non possit furtum dici. Dic proprie, sed improprie sic, sed bene puniuntur ita tuto de fur. Bal. in l. de his, j. de fur. Bal. & Lu. in l. gerit. de acq. hær. sed communis opin. est q̃ non, sed pœna fit arbitraria, & habet locum etiam contra debentem bannitum mortuum ante aditam hæreditatem, vt per eum Salyc. in l. qui sepultura, infra, de sepol. viola.

illud, quod ibi dicitur, locum habet quantum ad actionem furti
2 pœnalem. & sic de alia specie furti ibi loquitur. † Sed iuxta hæc formo vnam quæstionem. Statuto cauetur. vt bannitis de furto non possit fieri concordia, nisi solutis decem fisco. Quæritur, an bannitis de expilatione hæreditatis, vel rapina possit fieri pax, & concordia absque luitione aliqua. videtur q̃ non; quia statutum loquitur de furto in genere, & sic de qualibet eius specie, vt ff. de leg. 3. l. si chorus. & l. si quis earum, §. interemptum. & ff. si cer. pet. l. j. & de leg. præstan. l. j. §. generale. Secundo, quia maior ratio prohibitionis est in expilatione hæreditatis, & in rapina, quàm in simplici furto, cum illa furta improbriora, vt in hac glos. & tex. ergo &c. argum. eius, quod ſ. de sacrosanc. eccle. authen. ingressi. circa princ. & in authen. præterea, j̃. vnde vir, & vxor. Tertio hoc probatur in tex. nostro, quia ante hanc l. cauebatur, quod damnatus furti efficeretur infamis, vt ſ. eod. l. furti. & per illam l. & ſi, dubiratum fuit de damnato de crimine expilatæ hæreditatis. & hic dicitur, quod idem, quia improbum furtum est. Quarto, quia si aliter dicatur, statutum reperiretur irrationabile, & absurdum contra l. nam absurdum, ff. de bon. lib.

LEX XIII.

1 *Verba increpatiua a patre testamento inserta filios quando infament.*

1 **Ea quæ pater.** Casus. † Verba increpatiua in testamento a patre scripta filios non infamant, licet opinionem eorum aggrauent. hoc dicit. Vel non infamant infamia iuris, sed facti. hoc dicit. Hanc l. quo ad secũdam partem intelligo, quãdo verba deliberatè sunt prolata. ideo tex. iste notanter dixit, quod ipse scripsit in testamento, & sic in dubio deliberatè dicitur fecisse. arg. ff. de testam. l. j. secus si calore iracundiæ protulit, vt quotidie faciunt patres; quia talia non attenduntur. arg. j̃. si quis Impera. maledi. l. j. Item per hanc legẽ reprehendo illos, qui dicunt, quod maius delictum est præterire, vel exhæredare posthumum cum causa, quàm iam natũ. ideo in posthumo testamentum fit etiam hodie ipso iure nullũ. patet enim, quod contra hanc l. dicunt. nam posthumi opinio non potest apud aliquem agg rauari, cum causam ingratitudinis non potuit committere: sicut iam natus, qui causam ingratitudinis committere potuit. & ideo etiam dico, quod ista l. procedit, vbi verba increpatiua potuerunt esse in filio vera, non allas.

LEX XIIII.

2 *Actore non probante, reus sine tortura est absoluendus.*
2 *Ictus fustium quando infamet.*
3 *Fustigatio an inferat infamiam iuris, vel facti.*
4 *Infamia quotuplex.*
5 *Infamiæ effectus qui sint.*

1 **Nullam.** Casus. Fustigatus, vel tortus ad veritatẽ eruendam, non infamatur. hoc dicit. † Recito primo glos. ij. & opin. quod ad veritatem quis non debeat torqueri, sed debeat actor probare, & eo non probante, reus debeat absolui, vt ſ. de eden. l. qui accusare. & j̃. de probat. l. actor. ff. de quæstio. l. de maiore, §. tormenta. Sol. quod in ciuilibus actore nil probante reus absoluitur, vt j̃. de iudi. l. properandum, §. & si quidem. & dic, vt ibi. & in l. in bonæ fidei, j̃. de rebus credi. sed in criminibus hic loquimur, quo casu reus quãdoque torquetur, vt veritas per eius confessionem habeatur. & hoc præcedentibus legitimis indiciis, & non aliter, vt j̃. ad leg. Corn. de sica. l. fin. & de quæst. l. 3. & ita debet hæc lex intelligi. Item quandoque sine istis torquetur; quia vacillat, vel quia ignotus, vel quia indicia sunt clara, quã ipse habet rei scientiam, & nihil vult dicere. tunc etiam fit tortura ad veritatem eruendam, vt in glo. † Opp. ij. quod ictus fustium
2 infamet. vt ff. eod. l. ictus. & j̃. eod. l. fustibus. Sol. vt sequitur in gl. quod hic ad veritatem delicti inquirendam; ibi pœnam iam commisit. Vel secundo, si hic in pœnam iam commissi causa non suberat, vt ex postfacto apparuerat, idest, quia ex postfacto apparuit, quod iste innocens erat, ibi verò causa suberat. & hæc est vna notabilis solutio. Sed contra eam opponit gl. de l. non poterat. ff. de furt. Sol. quod interdum quis damnatur tententialiter, & diffinitiuè. & tunc infamia insurgit ex sententia ex causa famosa lata, siue causa sit vera, siue non, vt d. l. non potest. facit l. generi. per locum a speciali. ff. de iureiuran. transiuit enim sententia in rem iudicatam, a qua non potest absolui. licèt nunc constet de eius innocentia, vt ff. de quæstio. l. j. ad fin. nisi a Principe, vt ibi. & ff. de posthu. l. j. §. de qua. Quandoque quis non damnatur diffinitiuè. & sic infamia non venit ex sententia, sed ductus ad iudicem, quia aliquas dicebatur subtraxisse, vel fecisse famosa. dixit iudex ite, & fustigate ipsum, isto casu infamia venit ex genere pœnæ, quo casu distinguitur. Aut causa suberat, aut non, & in dubio præsumitur subesse, nisi ex postfacto appareat de contrario. & hoc vult
3 ista glos. notanda. & in l. ictus, ff. eod. † Quæro modo, an in casu nostræ legis sit verum, quod non notetur infamia iuris, nec facti. Respon. gl. j. quod de infamia iuris loquitur hæc l. sed in infamia facti benè notatur. Idem dicit Cy. in l. 2. Sed contrarium tenuit Iaco. Butrig. per istum tex. qui dicit nullam. & sic omnem speciem infamiæ excludi, cum vniuersalis non sit vno contenta, vt ff. de reb. dub. l. si is qui ducenta, §. verum ego puto glos. veram in vno exemplo. & in alio sto cum Iac. Butrig. nam in torto, vt testis, sto cum Iaco. Butrig. in torto vero, vt reus subdistinguõ. aut post torturam fuit absolutus. & tunc adhuc dixit verum Iac. Butrig. quia indicia præcedentia sunt purgata. & per absolutionem apparet casum non subesse, ergo &c. vt ſ. dixi. Aut non fuit absolutus, licèt simpliciter relaxatus, tunc remaneat notatus infamia facti; quia increpatio, & indicia non sunt sublata, nec purgata apud bonos, & graues: & causa, ob quam iudex sic interlocutus fuit, adhuc subest. & tunc istud verbum nullam concernit indiuiduam speciem infamiæ iuris, non ipsas species infamiæ facti, & iuris, quasi diceret nullam infamia iuris. aliàs ex variis casibus resultan
4 tem. Prædicta no. vt cautus sis pro absolutione habenda. † Quero igitur pro præmissorum declaratione, quotuplex sit infamia, & dic, q̃ duplex, vt in glo. quia alia iuris alia facti. Infamia iuris irrogatur a iure, & quandoque ipso facto, non expectata sententia, quod euenit vbi. l. ipsum factum notat, vt ff. de adult. l. palam, & l. quæ in adulterio. & ff. eod. l. j. in princ. vsque ad ver. qui iudicio. vbi tria ponuntur exempla. & postea adduntur alia in versi. qui eam &c. Quandoque per sententiam, vel latam super crimine publico indifferenter, vel crimine priuato in certis casibus, vel etiã quandoque in contractibus, vt d. l. j. §. qui iudicio. vsque ad ver. qui eam. Quandoque ex genere pœnæ ex causa tamen famosa præcedente, quæ ex post facto non appareat subesse, vt ff. eod. l. ictus. & hic notatur in glos. Infamia verò facti irrogatur ex facto iure illam non inducente, sed hominum murmuratione, & collocutione. & hæc insurgit quandoque ex mala vita, & pratis moribus infamati, vt j̃. de dign. l. ij. lib. 12. & ff. de suspe. tut. l. j. §. fi. & l. suspecti. Quandoque ex testimonio paterno, seu ex imperio patris, vt ſ. eod. l. ea quæ. Quandoque iudicis, vt j̃. eod. l. verbum. Quandoque per sententiam iudicis ex certis casibus, vt in condi. furtiua, & interdicto, vnde vi. vt l. honori. & l. pares, ff. de obsequi. Et breuiter infamia facti est, quando opinio alicuius oneratur apud bonos, & graues, vt ſ. eod. l. ea, quæ, in fi. & potest esse hæc infamia facti, siue infamia iuris. sed non econtra, vbi causa, ex qua irrogatur infamia iuris, sit nota apud bonos, & graues.
5 † Nunc quære de ipsarum effectu. Respon deo infamia iuris, vt potentior omnia operatur, quæ infamia facti, & etiam vltra plura, vt patet per totum titulum, ff. de postul. Infamia autem facti secundum glos. hic positam operatur, sed Doctores addunt alia. Dic ergo, quod a dignitate repellit, vt j̃. de dign. l. 2. lib. 12. nisi in subsidiũ, vt de decu. l. eos. & l. generaliter. Item ad querelã inofficiosi facit fratrẽ admitti, qui aliàs non admitteretur, vt j̃. de testa. l. fratres. Item facit, & ab ea repelli, qui aliàs non admitteretur, vt ibi no. Item secundum opi. aliquarum gl. repellitur a testimonio, vt no. in l. Cassius, ff. de fena. & in l. 3. §. lege Iul. ff. de testi. Sed remitto ad ea, quæ scripsi in l. j. in fi. ſ. de sum. Tri. l. j. vbi gl. videtur contra. Itẽ repellit a iudicatura secũdum gl. in d. l. Cassius.

LEX XV.

1 *Mulieri licèt luctum, & habitum deponere, sed non infra tempora luctus nubere.*

Decreto. Primo permittit. Secundo prohibet. Tertio punit. secunda ibi, non etiam. tertia ibi, cum etiã.
1 Casus. † Mulieri remittitur luctus, & habitus; sed non vt nubat infra tempora luctus; quod si contra facit, notatur infamia, & etiã qui eam sciẽter in vxorem duxerit. h. d. No. tria, quæ sunt in sum-
a mario. Item, q̃ habitus non facit viduam, sicut nec monachum.[a]
a Item q̃ malitia isto casu non excusat ab infamia. Opp. q̃ contra
b non tenetur lugere coniugem,[b] vt ff. eo. l. vxores. Sol. vt in glo. quia ibi in viro, hic in vxore. Oppo. q̃ mulier nubens infra tempus luctus non notetur infamia, vt ff. eod. l. solet. Sol. vt in glo. j. quia ibi de Principis licentia facit. Opp. ad idem de l. liberorum, §. j. ff. eod. Solu. quod ibi iam partum ediderat. & sic ratio perturbationis sanguinis cessauerat. Sed Ioan. dixit, quod illa solutio non fuerat ratio finalis, sed etiam alia, ne secundo viro oriretur aliqua sinistra suspicio propter festinantiam secundarum nuptiarum, quam cognouit in vxore, vt in Auth. de re. & ea quæ pari. §. fin. & ideo tex. illud referebat ad casum præcedentem, quando vir non erat lugendus, vt vidua staret, donec partum edidisset. aliàs si vir fuisset lugendus, staret vsque ad annum. Sed contra locum facit, quia tex. ibi dicit intra legitimum tps partũ edidit. & sic loquitur de ea, cui tẽpus erat præfixum ad lugendum. & ideo fortè gl. hic in vtroq; dicit illud procedere, vt patet per implicatiuam etiam, quam hic ponit. Ad illud de sinistra suspicione potest rũderi, quod loquitur, qñ sic festinasset, q̃ de perturbatione sanguinis dubitari potuisset. Vel melius sinistra suspicio viro orirnuda nõ est causa, per quã notetur infamia, aliàs ex gelosia viri notaretur vxor. quod nõ est dicendum, sed festinantia perturbationis sanguinis inductiua est illa, quæ est causa infamiæ, vt d. l. liberorum. Oppo. de dicto Aposto. ii. q. 3. hic autem. Sol. vt sequitur in gl. q̃

ADDITIONES.

a Nec monachum. Adde §. j. in Auth. de mona. & in cle. j. & ibi Card. de fra. mona.
b † Coniugem. Adde inquantum hic quærit, an vxor teneatur plorare maritum, & dic q̃ non. nec uti uelte lugubri seu nigra, si non uule, & ita not. Ang. in l. sed si quid in ædifica. §. sed si vestimentorum, ff. de vsufr. & quæ uere dicatur nidua, no. Bal. in l. Deo nobis, supra de epis. & cler.

gl. q̃ illud dẽt intelligi quo ad validitatẽ mãrimonij, sed non quo ad euitationem infamiæ, sic ẽt est de iure nõ, vt in auth. de rest. & ea, quæ parit. §. fi. Sed tu dic melius, q̃ pœna q̃ imponit, qa nubit
2 j̃. tps luctus, euitat.[a] vt ibi not. gl. j̃. de sc. nup. l. j. quæ vẽ huic ꝓria. Sed non euitat eas, q̃ imponunt fauore liberorũ, & ex eo tãn, quia ad secunda vota transit ẽt post annũ. Et ita tenet Inn. & Io. An. in c. j. extra, de sc. nup. & est ratio, quia non proprie in pœnam, ne faciant, est inuentum, sed vt prospectum sit liberis primi mãrimonij, ne ꝓp̃ter fin fraudent. & hæc vera. licet aliqui cõtra. Opp. hic innuit a sensu contrario, quod ignoranter ducens excusatur, contra, quod facit ff. eodem. l. liberorum. §. notatum. Sol. vt glo. quod hic de ignorantia facti, ibi de ignorantia iuris, & scientia facti. Quero, an in casu nostro infametur ipso iure, dic, q̃ sic, vt in gl. fi.

ADDITIO.

2 ¶ Fuitat. Quia potest testari cum sint sublatæ pœnæ hodie de iure antiquo indũ ẽtę per dictum apostoli, mortuo uiro nubat in domino, ut no. Ange. in Auth. de non eli. 2. nub. colum. 4. & no. colle. in c. super illa. & ibi no. in apo. ad eum in uer. & non alie. extra, de secun. nup. si tamen nubat de consensu filiorum primi matrimonij euitat omnes pœnas, ut per Bal. in l. filium quem. infra. fam. ercis. & in l. j infra, de his, quę pœnæ no. & plenius per Ange. in l. mater, infra ad Tertul. de quo per Ro. sing. ccl. inci. tu scis, quod mulier.

LEX LXVI.

Fustibus. Casus. Ictus fustium ex interlocutoria in pœna cõmissi lata infamat vbi cã vera subest. h. d. de quo dic, vt dixi in l. nullam, ſ. eodem. Bar.

LEX LXVII.

verbum. Casus. Verbũ iniuriosum per iudicem prolatũ non infamat. h. d. Pone exempla, vt in glo. & ex primo no. q̃ permittitur iudici facere experientias naturales pro inuestigatione delicti non maleficas. vt j̃. de male. per totum.

LEX LXVIII.

1 *Infamia a transactione, & sententia irrogatur in causa famosa.*
2 *Pactus per pecuniam an sit infamis.*

Non damnatos. Primo dictum bimembre. secundo vnius membri limitatio. Tertio noui dubij remotio. Secunda ibi, verum. Tertia ibi, q̃ si. Ca
1 sus. † Snia, & transactio in causa famosa irrogat infamiã, sed non pactum gratuitum, nec purgatio per iurũ. h. d. Supple tex. ibi pro mala conscientia, q̃ in dubio præsumitur, vt ff. eo. l. quoniam. secus igiẽ, si petitioni ob redẽptionẽ vexationis suę dedisset. & hoc constaret, vt j̃. de adul. l. serui ob violatum. §. j. ibi absolutio, & sic iurauit reus. Sed vbi actor iurasset, tunc reus condemnatus esset
2 infamis. ff. de iureiur. l. nam & postea, §. sed si dãnetur. Opp. q̃ pactus per pecuniam non ꝓpea rẽ notet infamia. vt ff. e. l. athletas. §. fi. so. vt in gl. j. ſ. q̃ hæc lex debet restringi ad quatuor crimina prinata ibi, notata, & extra illa hẽt locũ rẽa, vt in ꝓrio. Opp. ad idem de l. in actoribus. ff. eo. so. q̃ ibi in actionibus ex contractu prosicscentib. licet famosis, vbi transigens nõ notat. aliæ gl. sunt claræ.

LEX LXIX.

Interlocutio. Casus. Simplex interlocutio iudicis nõ infamat. h. d. vel verba, redeas ad frugẽ melioris vitæ, non sint infamatoria. h. d. gl. hic posita dicit, q̃ hoc est verum de infamia iuris non facti. sed puto, quod nec etiam facti, quia ad nullam speciem redeũt, sed generaliter prolata sunt. & leges allegatas per gl. intelligo, quando ad speciem descendit. argumen. eorum quæ no. in l. turpia. de leg. j.

LEX LXX.

1 *Fenerator modum non extendens, an sit infamis.*
2 *Fenerator quilibet an sit infamis.*
3 *Infamia hæc an ipso iure, vel per sententiam irrogetur.*
4 *Vsurarius occultus an sit infamis.*
5 *Vsurarius peracta pœnitentia, & restitutione facta, an sit infamis.*
6 *Contractus minoris de consensu agnati fœneratoris factus, an sit nullus.*

Improbum. Improbũ fœnus exercentes sunt infames. h. d. de casu huius l. isto anno hic fuit q̃ de facto inter hẽdes cuiusdã Iacobi Sancolini de Becadel dis, & sorores ipsius agentes quærela. quia vsurarius dicebatur hæres in
1 stitutus. ideo casum huius l. examinemus diligenter. † Et primo quæro, an hæc lex habeat locum in fœneratore modum nõ excedente. Quidã q̃ non, quasi hęc lex notet excessum. & pro hoc facit i. gl. hic posita. & sic in duobus casibus tãn hẽt l. locum, videlicet in exigente vsuras vsurarum. & in exigente maiores, q̃ sint taxatæ. Ego puto ẽt in tertio. ſin exigente in casu a iure non prohibito. licet intra modum aliàs permissum. Sed nũc insurgit qõ, cum hodie vsuræ sint de iure canonico in totũ prohibitæ; imo, & de iure ciui. vt no. j̃. de vsu. auth. ad hæc, an hodie quilibet fenerator infametur, & vẽ q̃ non, quia hęc lex, quæ infamiam inducit in casibus tunc permissis nõ inducit. imo famam reseruat, igitur licet l. noua vsuram tunc permissam nunc prohibeat, ex quo alr superinfamia inducenda, nõ prouidet, vt illam, vt prius dimittere, ne vltra specificata alia innouentur, vt j̃. de testa. l. sancimus. & de appella. l. præcipimus. Sed Gul. de Cu. Pet. Iac. But. & cõiter oẽs tenent ꝗ ex eo, quia oẽ fœnus est hodie improbum; & sic cũ hæc l. sit in viridi observantia, & quotidie loquatur, vt ſ. de hære. l. arriani. sequitur, q̃ per hanc l. quasi post illã quæ prohibet vsuras factam infamia fœneratoribus inducitur. & hoc sequor adiecẽ is, q̃

a j̃. dicentur. † Quero modo, an & hæc infamia irrogetur ipso iure,[a] vel per snam, & gl. ij. dicit q̃ ipso iure, & ꝓbat gl. Ianc intellecta vna ratione. sa diuisione. Nã aut agetur ciuiliter ad restitutionẽ solutorum, vel ut indebitorum ex vsuraria prauitate: & tunc cõdemnatus non propterea infamabitur ex snia, qui condemnabitur, vel cond. ind. vel ex l. ista, vel quauis alia simili, & ille non infamatur, vt ff. de actio. & obligat. l. cessat. Aut agetur criminaliter ex eius dolo in exigendo cõmisso, & tunc agetur nomine stellionatus, sed istud isto casu sine snia super eo lata non põt infamare, quia propter indebitum solutum intentatur. & sic succedit loco condi. inde. & per consequens non dẽt infamare, ut ff. de pœ. l. infamem. Ergo cum non ciuiliter agendo nec criminaliter per sententiam possit infamari. Sequitur, q̃ ista l. quę infamiam irrogat, debet intelligi, vt irroget ipso iure, & ita pertransit gio. & Cy. ac alij multi cum ea. Sed ꝗ gl. opp. circa duo. Primo ꝗ id, quod supponit gl. q̃ hic posset agi crimine stellionatus, quod vẽ falsum, quia hic fenerator vsuras egerit ex conuentione, & partis consensu, ergo dolus non potest ei imputari, ut ſ. de trãſ. l. cum donationis: & ff. de ac. emp. l. j. in fi. Sed defendunt quidã, ut Iac. But. quod in stipulando vsuras procedit arg. quia de illo dolo nõ potest agi. sed de dolo postea commisso in exigendo sic. quia tũc dolum committit, & in inuitum, quod certe non credo, quia exactio trahit ortum a præambula obligatione, & ad gl. i fi. q̃ argumentabiliter sic dicit. Secundo ꝗ eius determinationem oppo. vt
b non ipso iure, sed per sententiam infametur,[b] & hoc per istũ tex. qui dicit irroganda, q̃ concernit futurum. & sic sententia tũ necessaria. arg. eius, quod no. in l. criminali. j̃. de iurisd. om. iud. & in l. si quis in tantam. j̃. vnde vi. Sed defende, ut intelligatur. ſ. quod irroganda est per hanc l. non per snam. & quod hæc sit intentio huius tex. patet ex uerbo, exercentibus. & ex uerbo, existẽtibus. per quæ no. q̃ exercitio, & exactione debet notari non minus q̃
4 ex condemnatione fienda super restitutione usurarum. † Quero tertio ab extra. an hæc lex uendicet sibi locum in usurario nõ publico nec manifesto, sed occulto, & vẽ, q̃ non, quia in tali occulto durat adhuc bona fama. & sic non potest dici illa priuatus p infamiam. arg. j̃. de testa. l. j. In ꝓrium facit hęc l. quæ generaliter, & indistincte loquitur. Ego puto in prẽsenti sic dicendum, q̃ publicus, & manifestus usurarius tenetur ipso iure infamia iuris, & facti, non manifestus uero, nec publicus non potest notari facti, quia apud bonos, & graues eius opinio non est oneratę; quia de occulto non est eis notitia. ergo, &c. ut ſ. eo. l. ea quę in fi. de infamia uero iuris etiam non puto, eum magis difficulter illa irrogetur, q̃ prima propter maioritatem sui præiudicij, sed demum illũ puto notari per snam, quia tunc transibit in manifestum. ut l. cmptorem, in princ. ff. de ac. emp. Simile uide, nam qui lenocinium publice in quæstuarijs mancipiis committit ipso iure, & facto notatur infamia, ut ff. e. l. j. in prin. & l. athletas. §. ait prætor. & non q̃ occulte, & non publice, sed demũ per snam, ut no. in d. §. ait prætor. simile ẽt in muliere deprehẽta in adulterio, quæ no. infamia, non illa, quę adulterium commisit, sed deprehensa non fuit. nam tunc exigitur, ut damnetur, ut ff. de ri. nup. l. palam. §. quæ in adul-
5 terio. cum ibi no. per Ioã. & Azo. † Quero iiij. an p̃ ꝓ penitentiã peractam, & restitutionem uturarum remaneat infamis. & vẽ q̃ sic per notata hic in gl. ubi condemnatus ad restitutionem remanet infamis, & quia infamia iam inflicta per solũ principem aboletur, vt ff. de postu. l. i. §. de qua. In ꝓrium facit, quod no. ff. eod. l. qñ. in fi. gl. dicit in publico, & manifesto primam partem procedere, cum ipse infametur ipso iure in alio occulto, & nõ publico, quem dixi demum infamari. sententia lata procedit secũda pars, si ante sententiam penitentia acta restituas, & utrunq; membrũ probat. glo. in d. l. qñ hoc ultimum directo. Primum a sensu ꝓ o ex ꝑdictis, qñ frater defuncti possit quærelare testũ, in quo fœneratorem instituit hęredem. ut l. fratres. j̃. de inofſi. testa. Item quã
6 do repellatur a dignitate, uel testimonio per no. ſ. eo. l. nulla. † Vltimo fuit dubitatum. hic statuto cauetur, quod minor non possit alienare immobilia nisi de consensu unius de agnatis suis bonę opinionis, & famę: euenit, quod agnatus qui consensit fuit fœne
c rator: quærebatur modo, an uitiaretur contractus[c] quasi non esset bonę opinionis, & famę, vt hic. Et dicebat Iac. Bu. quod statutum nõ debet intelligi de tali fama, sed quod sit discretus, & cautus ita, quod non diffamatus de dissipatione bonorum, quia de tali non est prę sumptio, q̃ male cõsultat minori, & q̃ fenerator sit huiusmodi habetis gl. ff. de usur. l. de in rem uerso. super uer. præstitisset.

ADDITIONES.

a † Ipso iure. Adde Bal. hic paulo post prin. q̃ vsurarius est infamis de facto, & nõ ipso iure, & non potest esse testis, & Bal. in l. qui accusare. in j. col. in uersi. aduertatis. ſ. de eden & in l. j. j. de testam. 7. qubi uerum etiam si non sit manifestus, & in testamento uerum restitutus usuras. Bal. hic, uersi. restat ergo, & in ru. infra de usu. in j. colum. in fin. quæro. unde Ludo. in l. admonen. ff. de iureiurando.
b † Infametur. Adde, an usurarius sit infamis, & habeo Bald. in l. qui accusare. supra. de edendo. qui dicit, quod est infamis infamia facti, ideo repellitur a quærela, & d. Ant. in c. Rayn. extra, de testi. dicit quod est infamis infamia tali. uide ibi eum; & Barba. post eum in sua Ioannina, & Bald.
c ¶ An uitiatur ꝗ ctus. Tu uide de hoc per canonistas, & signanter Mod. in c. quam perniciosum. extra, de usur. Pau. de Cast. hic & Iac. But. & Flo in l. ij. ff. de testi.

stitisset. Sed dominus meus tenebat ꝛ, ut non ualeat contractus, quia iste est infam s. & per consequens non bone famæ, & opinionis, ut exigit statutum. Est n. infamia priuatio famæ, ut no. s. e. l. i. Itē quia suę famę est prodigus, ꝓ patet, quia illicitum lucrū prę fert suæ famæ, ut s. de postul. l. si qui. Item, quia de facili sunt corruptibiles. Nam si lucrum præferunt animę, quanto magis alterius cōmodo, & utilitari, unde cum præsumptio sit, ne corrupti aliter consulerent, q̄ deberent. dicit eos non admitti. facit. ff. de accu. l. si cui. §. hi sdem. & ita dicit fuisse consultum. Ad illam gl. resp. quod loquitur secundum tempora, secundum quæ uiturę erant permissæ. & hæc tamen puto intelligenda secundum distinctionem, quam supra feci in tertia quæstione. Bart. de Saly.

LEX XXI.

Si fratres. Minor exercens artem ludicram non infamat. h. d. Opp. quod minoribus, in delictis non subueniatur, infra, si aduersus delic. l. si. Sol. vt in gl.

LEX XXII.

Fidem. Condēnatus de fide rupta est infamis. h. d. gl. sunt clarę, iō eas uide per te, uerum id quod dicit glo, ꝓ eo ipso, ꝓ quis est in peccato mortali est infamis, intellige infamia canonica, non tali, quę repellat ab his, quæ no. s. eo. l. nullam.

De procuratoribus. *Tit. XIII.*

1 *Procurator ab aduocato differt.*

1 Continua rubricam, ut in gl. Et quære primo, ut in ea, in quo differt ꝓcurator ab aduocato. & gl. vnam dr̄iam assignat. s. ga aduocatus colludens accusatur de ꝑuaricatione, vt l. i. s. de aduo. diuer. in. procurator tenetur d̄no mandati ad interesse, ut ꝗ. e. l. si procurator, in fi. Addit Iac. Bu. alias dr̄ias. s. ga, ꝓcurator ad iudicia nō ꝑt esse minor 25. ann. ut ff. de, ꝓc. l. minor. & dicet. ꝗ. e. l. exigēdi. ad uocatus sic dūmodo sit ætatis 27. an. ut ff. de ꝓst. l. i. §. puerītiā. Itē quia patroni causārū iurant. s̄m quod hī ꝗ. de iudi. l. rem non nouam. §. pr̄oni. In procuratore hoc non reperīt. Pores addere aliam dr̄iam, quā ponit gl. ff. de testi. l. fi. s. ga in ea cā nō pōt aduocatus esse testis, sed ꝓcurator sic. Sed ga hoc non est sic expeditū in ꝓcu

a ratore, remitto ad no.[a] per Bar. ff. de iu. fi. l. deferre. §. itē cos. Quæro secundo cum gl. in quo differt titulus iste a titulo. s. mand. Respon. ut ea. & secundam mēlior, in cuius fine adde. & quia gestio, ꝓcedit, postea agitur, ideo titulus iste illūm præcēdit in ordine.

ADDITIO.

a Remitto ad no. Adde d. Ias. de Mayn. hic, quod ultra sex differentias addit sexprimam, quæ notabilis est, & alijs utilior uidelicet, quia salarium, quod recipiunt aduocati a priuatis clientulis dr̄ quasi casterense, ideo non acquiritur parētib. etiam, quo ad usūmfr. & de eis possunt testari, quamuis sint in potestate patris, sicut olim erat in salario, qd de publico percipiebant gl. & do. in l. fori. §. de aduo. diue. iud. Bar. in fi. per illū tex. ꝗ. de silentia. li. 12. Bal. in l. fi. per illū text. ꝗ. de inofficiosa. & in c. cū oportet. in prin. in pe. col. de bo. quæ lib. ubi reprobat Spe. quia tenebat ꝓrium in tit. de aduo. & obl. in 5. col. in uer. nec intelligas; secus est in salario procu. ita Bald. sub dubio forte in d. l. fori. sed clare firmat idem Bal. in d. l. cum oportet. in prin. pen. col. & ibi Ang. & Mod. ꝗ. de bo. quæ lib.

LEX PRIMA.

1 *Procurator quando cautionem dare debet. nu. 3.*
2 *Cautio rati quid sit.*
4 *Procurator an debeat cauere de rato, & quando.*
5 *Procurator an admittatur cum cautione, si de mandato non constet.*
6 *Procurator an debeat satisdare, etiam si de mandato constet.*
7 *Procurator quando sciatur certo mandatum habere.*
8 *Mandatum procuratoris, quando certum vel dubium dicatur.*
9 *Mandatum allegans quando admitti debeat.*
10 *Cautio, vt prestetur, cui electio concedatur.*
11 *Mandatum an per testes probari possit.*
12 *Procurator volens cauere sub cōdōne, si nō habet mandatum, an audiatur.*
13 *Procurator ad agendum, an possit solutionem recipere.*
14 *Procurator in rem suam, an admittatur cauens de rato, si dubitetur de cessionis mandato.*
15 *Procurator in criminalibus, an admittatur cum cautione de rato si dubitetur de mandato.*
16 *Cautio rati, an possit absque fideiussoribus ad pignora augeri, vel ad cautionem simplicem minui.*
17 *Procurator an possit fideiussorem loco pignoris dare.*

a 1 **Cautio.** Casus, vbi incertum est de mandato ꝓcurator actoris cauet de rato. h. d. † Oppo. ꝓ tex. nō bene dicat, dum dicit, ꝓ cautio debet præstari. quia imo satisdatio cum hæc sit prætoria. ut ff. de præt. stipulatio. l. ii. §. i. & l. prætoria. & ff. de procurato. l. Pomponius. §. rati. at satisdationes exiguntur fideiussores, vt ff. qui satisd. cog. l. i. Cautio uero est sine fideiussoribus, ut ꝗ. de uer. sig. l. sancimus. ergo non bene. Sol. ut gl. i. quæ notabiliter dicit, quod uerbum seu nomen, cautio, est genus, & diuidit̄ in tres species, quarum duæ transeūt in proprium nomen, una uocatur satisdatio in nomine gn̄is sui. Earū quæ transeunt in proprū nomen, vna uocat̄ satisdatio, sūpto noīe ex pte cauentis. alia satis accepto, sumpto noīe ex parte recipientis. ut hic, cū de fideiussoribus alia, q̄ stat in noīe gn̄is sui uocatur cautio, & hæc sine fideiussoribus vel pignoribus. ut in ꝛrio. Modo ad propositum hic non sumitur pro illa specie, quæ stat in nomine generis sui: sed pro satisdatione, quia prætoria est. & non mirādum, quia genus repræsentatur in qualibet sua spē, vt ff. si cer. pet. l. j. & de leg. iij. l. qui earum. §. interemptum, & hoc qñ hoc verbum, cautio, profertur a l. prætoria, vt hic, sinaūt a l. ciuili, vel ab homine, dic, vt dixi in l. iancimus. vbi melius cadit q̄ hic. & hic pro continuatione mādē potes recitare q. quā hic po-

2 nam in fi. † Opp. 2. ꝓ tex. nos dimittat in incerto, & obscuro: dū dicit, ꝓ prestanda est cautio rati: & non declarat quid sit hæc ratihabitio. & sic ꝗ. §. quibus. §. de no. co. cōpo. Sol. ꝓ licet forma hic non ponatur, tū supponitur, s̄m ꝓ alibi declaratur. s. in tit. ff. rem ra. hab. & hic in gl. in ver. item quid. vlq; ad ver. item quod, sed attendendum, ꝓ licet gl. aliter dicat qualiter ratum habeatur, nō pp ea de forma cauendi aliquid dicit. Vnde Pet. dixit, ꝓ procurator debet promittere ie facturum curaturum, ꝓ dn̄s habebit ratum, & hoc ne alias vitiar̄etur promissio tanquam de facto alieno, vt ff. de ver. ob. l. stipulatio ista. Sed Dy. dixit, ꝓ licet promittat dūm ratum habiturum, valet stipulatio, quia sic traditur forma a l. ff. rē ratam hab. l. fine. §. in stipulatione, & in l. procurator competeret, & ibidē tenet Bar. & pro hoc in tex. ꝗ. de satisd. l. i. in prin. Hoc ēt tenet hic Ray. & cōiter doc. nec ob. qd factum alienum promittat, quia illud hēt locum in stipulationib. conuentionalibus, nō prætoriis, & necessariis, vt eadem l. stipulatio ista. ī fi. & in eo. ti. l. quoties, & ita vī notare gl. insti. de inuti. stipu. §. si quis alium. & ita te

3 neo. † Opp. 3. ꝓ procurator non exigat cautionem, sed ab eo exigatur. vt l. iij. §. si procurator. ff. rem rat. hab. l. prætor ait. circa prin. ff. de dam. infe. Sol. ꝓ hæc s̄m illas, nam hic passiue, & non actiue legitur. Oppo. 4. ꝓ non caueat de rato. ff. e. l. non distinguemus. §. pe. sol. gl. quod ibi in procuratore dato ad compromittēdum. ista sol. in sui forma non est bona, quia si constat, ꝓ datus fuit, siue ad

b compromittendum, siue ad agendum, non tenetur cauere.[b] Ideo dic melius, vt ibi no. ꝓ aut procurator non habens ad hoc mādatum compromisit, & non tenetur cauere de rato, quia sufficit pœnam aduersus eum ꝓmitti. vt ibi. Item quia sibi imputet, qui compromisit, & de hoc sibi non prospexit prius. Aut procurator habens ad hoc mandatum compromisit, & ēt nō cauet, quia de mādato constat, & non cauet. Aut dubitatur, & caucbit, vt hic, quia

4 & arbitria sunt ad instar iudiciorum redacta. † Opp. 5. ab extra, ꝓ licet dubitēt, non admittat̄ aduersario inuito, cum cautione de rato, vt ff. ad Treb. l. qui ita. §. i. fol. quod ibi fallit pp fragilitatem cautionis, & ratione magni periculi, qd posset imminere hrdi, si cōpelleretur adire. vt ibi no. Opp. 6. & ab extra, quod licet dubitet, non tenetur cauere de rato. vt l. Pomp. o. §. rati. ff. eo. fol. ꝓ ibi non tenetur ex eo, quia tarde ab eo petitur, quia lis iam conte. erat, vñ apetēdo reus est exclusus. vt ꝗ. e. l. ita demū. Non aūt ibi nō tenē, ga ab̄s vbi de mandato dubitetur, cauere non teneatur. Opp. 7. ab extra, ꝓ non teneatur quasi superuacuo petatur. cum dn̄s necessario ratū habebit ꝓ iurm calūniæ, ꝓ præstare tenetur, vt ꝗ. de iu. ca. l. 2. §. finaūt. & in auth. principalis. So. vt plene no. in d. l. Pomp. §. i. Opp. ꝓ non sit dr̄ia. an ꝑstet, vel dubitetur de mandato, qd vī innuere in tex. a sensu ꝛrio. vt ꝗ. de satisd. l. i. nā, & si constet de mandato, tenet̄ cauere, vt de rato, vt ff. de min. l. illud. §. si talis. & ff. de ope. no. nun. l. quia in re. §. i. Sol. ꝓ in illis non habeat sufficiēs mādatum, quia gñale hēbat, ubi spāle exigit. & de illo gñali ꝑstabat, sed de speciali dubitabat: ab̄s si de speciali non dubitaretur, repel

5 li posset. & ita intellige, qd no. ff. e. l. non solū. §. qui alieno. † Opp. ꝓ ēt si constet, cum non hr̄e, admittatur cum cautione. ut ꝗ. eo. l. maritus. Sol. quod regula est, vt non admittatur, quia nemo aliena actione experitur sine mandato. vt ꝗ. de neg. gest. l. tutori. & ff. eo. ti. l. si pupilli. §. videamus. fallit in personis coniunctis, quę sine mandato admittuntur. Sed cum cautione de rato, & nō aliter, ga nullū faciunt præiudicium dn̄o. vt ꝗ. qui res iu. non nocet. l. i. Itē hæc uera, qñ ille conuentus uenit, ut cōiunctus. Secus si uenirer, ut procurator, quia tunc de eo censeretur, ut de extraneis. sic fallit in his, qui habent quasi mandatum a lege. & quasi dñi censentur, vt tutores, quia illi admittuntur. licet aliud mandatum nō habeant ab homine, ut d. l. tutori, & ꝗ. eod. l. neq;. ff. de admi. tu. l. i. §. sufficit. & sine cautione, licet, si de eorum tutela dubiretur, ipsi debeant cauere, ut ff. de admi. tu. l. vulgo. & vide quod ibi notat. Itē fallit ꝗ. si per uim uel alio modo. l. j. Opp. ad idem, de l. ij. §. hæc rō. ꝗ. de iura. cal. vbi vī casus, ꝓ sine ullo mādato quis admittatur cū cautione de rato. solu. ut ibi sentit gl. in l. interlinearis. quod ibi licet nō fuit probatum, fuit tū probatum semiplene, uel ibi fuit ad

6 missus de facto uolente aduersario. † Opp. ēt, ꝓ si constet de mandato nō admittatur sine satisdatione, ut ꝗ. de satisda. l. i. ibi in procuratore &c. Et quia in satisdatione de iudicato soluendo, quam uerus procurator præstat, quia alias non esset cautum actori contra reum, qui forte non esset soluendo, & sic cautio illa non reddit inutilis. Hic in ꝓcuratore actoris, & in cautione de rato, quę redditur inutilis, cum constat de mandato, quia iā apparet, quod ratum

ADDITIONES.

a ¶ Cautio. Limita hunc tex. ut per dominum Ias. hic, qui ponit. xiij. limi.
b † Nō tenetur cauere. Adde hoc dictum esse uerum, nisi dubitaretur, an iste mādatum esset sufficiens ad illam causam, uel an esset reuocatum. ut subdit Saly. ita notat Pau. de Castr. in l. non solum. §. qui alieno. ff. e. per l. illud. §. j. ff. de dam. inf. de quo per Bar. Soc. in suo trac. fall. reg. 317. & Fran. de Are. consi. 135.

ratum, & gratum haber. Concludamus. igitur ꝑdicta sic, aut q̄rīt ex parte rei. aut actoris. Primo casu, siue ꝗstet de mādato, siue nō s̄m nō cauet de rato. sed de iudicato soluendo. vt ꝗ. e. l. exigēdi. & ꝗ. de satisda. l. j. Sed̄o casu fac tria mēbra, ga, Aut ꝗstet, ꝓ nō hēt mādatū: & tunc Aut venit, vt cōiunctus, & admittit̄ cū cautione de rato. vt ꝗ. e. l. maritus. & vide, qd ibi no. in ij. gl. Aut venit, vt procurator & repellit̄, ga aliena actione nemo experit̄ sine mādato.

11 fallit in casu. ꝗ. si p vim, vel alio mō. l. j. Aut cōstat, qd hēt mandatū: & tūc si sufficiēs, admittit̄ sine cautione. Si ī sufficiēs repellit̄. Aut dubitat̄ de mādato, vel eius sufficiētia: & tunc hēt locū. l. no

b stra, vt admittatur cū cautione de rato, vt hic, & ff. de min. l. illud. §. si talis. & de ope. no. nun. l. ga in re. §. j. fallit in l. q ita. §. j. ff. ad tre

7 bel. † Quæro modo cū gl. & primo, qñ dicat̄ esse incertū, vel dubitari de mādato: inter hoc. n. non est dr̄ia, vt ex fin. gl. colligitur. & rñ. glo. in ver. itē, ꝓ dicit, &c. ga negatiue conuenti. vt ꝗ. qui, ad liber. procla. nō ls l. 3. sed doc. ꝗ, vt ex sola negatione res nō efficiat̄ dubia: ga tunc sequerēt, ꝓ esset in ptāte rei semper exigere cautionē istā a procuratore actoris, negādo eius mandatū, & eē cuiuslibet asserētis se procuratorem facere, se admitti sola assertione cū cautione de rato. cū aduersarius semper negabit eum procura. Præterea negatio, q̄ fit ad fauorē alio nō apparēte redundabit in lesionē. ꝗ. l. ꝓ fauore. Item ga tunc res dr̄ facta dubia iudici, cū ipsa est semiplene prolata. vt ff. de iureiu. l. admonendi. cū ibi no. & de carbo. edic. l. 3. §. duæ cāæ. & ff. de q̄st. l. de minore. §. tormēta. non ergo p sola negationē. Non ob. d. l. 3. ga ibi de alia dubitatione loquit̄. s. respectu ꝓfessionis non factæ, de qua ibi promiserat: & respectu sequestrationis, ibi, de illa fienda, hic de dubitatione inducenda p probōnes, q̄ debent fieri iudici. vt ff. eo. probatio. l. quinquaginta. si igitur nulla probatio est facta iudici, nō est dubia nec incerta, vt regrit iste text. Sed iuris p̄sumptione est certa ꝗ̄ non probantē. ar. ff. de ꝗh. emp. l. in lege. & de testa. tutela.

8 l. duo sunt titii. † Dicamus ergo s̄m doc. ꝓ tunc est incertū, vel dubiū, cū aliquid est probatū iudici, per qd incipit opinari de mandato. sed plenā fidē nō hēt, puta si procurator producit literas priuatas, q̄ tm̄ semiplenum ꝑbāt. vt ꝗ. qui po. in pig. ha. l. scripturas, vel ēt publicas. sigillatas, de quarū fide aliqualiter dubitat̄ arg. eorū quæ no. s. de epis. & cleri. l. si qua ꝑ calūniā. vel instr̄m producit, de cuius fide aliqualiter, & modicū dubitatur, vel probat reuocationē mandati semiplene per vnum testem. arg. eorum quę no. in l. in bonę fiei. ꝗ. de iureiu. & in l. admonendi. ff. eo. tit. & dico clare hoc, ꝑbari. ff. de admi. tut. l. vulgo. ī litera. vī duret tutor, &c. vel s̄m aliquos si sit mandatū semiplene probatur. puta per vnū testem, ꝓ alii non admittunt, quia dicunt mandatum non posse probari per testes, ꝓ an sit verū. ꝗ. dicam. Sed contra istos arguo, quia semiplena probatione facta recurritur ad sacramentum. vt no. in d. l. in bonæfidei. & perq̄s non recurritur ad cautionē de rato. Sed defende, quia illud hic fallit, quia per tale sacramentum reo non esset prouisum, domino postea non habente ratum, ad

9 cuius fauorem promissum est de cautione prestanda. † Sed iuxta hoc quæro, allegans mandatum ad eius probationem dun taxat ostendit instrumenta principalis debiti, dicens illa fuisse sibi tra-

a Si procurator.No.ex hac.l.secundum Bar.& doc.quod fines mandati sunt a procuratore deligenter custodiendi.ad quod adde.l.diligenter. in prin.ff.man. c. cũ dilecta.de rescrip.& text.ad literam.& in cap.per tuas.de arbi. & in cap.porro. & ibi gl.de priuilegiis.Item adde , quod non solum seruandum est mandatum, sed etiam qualitas mandati.c.cum venissent . & ibi no.Balde eo,qui mit.in pos. facit bonum simile,prout refert d.Ias. hic , quod sicut non valet sententia lata contra sententiã formæ mandati.ita nec cõtra qualitatẽ.c.pisanis.& ibi Panor. in 4.nota.de restitu. spo. & ille tex. est ad hoc singu. secundum Bal. in l 2. circa princi.de sent.& re iu. Item adde,quod omne, quod fit præter formam commissionis, est ipso iure nullum.l.illud.§.sed si ita.& ibi Bar.ff. quod cuiusq. viuer.ad-de etiam,quod procu. habens mandatum ad acceptandum beneficium vigore vnius gratię,non potest acceptare ex alia secundum Lud.cons.256.inci.appro bo sentẽtias.& ad prædicta collige.11.limitationes positas hic per do.Ias.may. per quas non dicitur egredi formam mandati,quas vide.

b Tantum valent . vide quod habetur hic per domi.Fran.de Are.quem vide.

c †Idem dicit Bar.& hoc nu. 13. uerficulo uenio ad secundam partem.ibi item si apponantur ista verba ꝙ possit &c.contra quod dictum tenet Io. And.in c.fi.extra.de dila.cuius contrariũ tenet ibi immo.seq.op.Bar.& Bal. consi.435.uolu.2.

L E X XI.

1 *Administrator legitimus procuratorem non constituit ante lit. contest.*
2 *Tutor vel curator,auctoratur actui quem per se explicare non potest.*
3 *Tutor,& curator quando efficiantur domini litis.*
4 *Actor ciuitatis procuratorem quando constituere possit.*
5 *Episcopus ante lit.contest.actorem vel syndicum facere potest.*
6 *Pater administrator in bonis filij procuratorem constituere potest.*
7 *Procurator in quo differat ab actore.*
8 *Pupillus an possit facere procuratorem circa tutorem.*
9 *Procurator pupilli an possit per tutorem reuocari.& nu. 10.*
11 *Pupillus an possit procuratorem constituere cum autoritate curatoris ad litem .*
12 *Pupillus procuratorem constituere potest solius iudicis autoritate.*
13 *Collegium an possit procuratorem constituere.*
14 *Procurator pro syndico quandoque ponitur.*

Neque tutores. Primo in tutore, vel curatore, sed
ante lit. cõtesta . Secũdo in pupil-
lo, uel adulto.redit ad tutorẽ vel curatorem , sed qñ lis esset con-
testata. Tutor vel curator ante litem contest. procuratorem non
constituit. sed lit. contesta.sic, pupillus vero , vel adultus sine
a tutoris, vel curatoris autoritate procuratorem non constituit. [a]
1 hoc dicit. † Nota,quòd administratores legitimi ad alienam,vti-
litatem

A D D I T I O.

a †Procuratorẽ nõ constitui.Adde an minor possit cũ iuro procur.cõstituere Bal. cons.166.uolu.j.& quod dixi.j.ea.l.nu.10.uersi. quęro cũ ea.gl.in uer. procu. intelligitur legitimè constitutus.

litatem administrantes procuratorē non constituunt ad lites ante lit. contesta. Ad negotia autem possunt, vt. ff. man. l. si procuratorem. §. j. Item quod ipsi constituunt actorem, sed cum decreto
2 iudicis, vt in glo. Item ex prima parte coniuncta cū scēda. Not. q
a tutor vel curator autoritē actui, quem per se explicare nō potest. [a]
3 Cōcor. l. si pater, itu. l. si. ff. de manu. vin. † Itē ex tertia, q tutor & curator litis contestatione efficiuntur dñi litis & instantiæ. Itē q æquiparantur procuratori. Oppo. de prin. l. ad fi. & econtra sol. q in prin. tex. lis nō erat certa, id est contestata, in fi. sic, vt in prin. gl. Oppo. tunc ij. tutor, loco domini habetur, vt ff. de vsuca. pro em. l. qui fundū. §. si tutor, sed dñs cōstituit procura. vt. ff. eod. l. j. ergo &c. Sol. q non est dñs vt exigit diffinitio procuratoris. sed quasi dominus sic, vt d. §. si tutor. vt seqt in ea. glo. qa ergo nihil agit suo nomine, anteq sit lis cont. ideo procu, non constituit. sed qa lit. cōte. suo iure agit, qa pp quasi cōtractū factus est dñs litis. ideo procuratorem constituit. Opp. 3. ab extra de l. si procuratorem. §. j. ff. man. Sol. ibi ad negotia. hic ad iudicia. Op. 4. quod curatorē non constituat, insti. de cura. §. fi. & ff. de admi. tu. l. decreto. Solu. q hic fm illas, vt constituere possit cum iudicis tñ decreto. vt ibi. Opp. 5. q immo ipse iudex constituat, vt d. §. fi. so. quod duplex modus est cōstituendi, vnus per iudicem petēte tutore vel curatore. alius per tutorem vel curatorem cum decreto iudicis, vt sequitur in gl. vsq; ibi, Idem in eōo. & vtrumq. modum dicit Bart. bonum, vt p eū no. in l. actor. ff. rem ra. ha. Sed hic attendendum, q gl. istā vult, q tunc iudex interponat decretū, qñ tutor impediturad ministrare. Sed gl. in l. curatorē. j. q dari tu. pos. dicit idē, si non impedit ad
4 ministrare. † Quæro quo ad istā partem primo, an actor cuiitatis possit constituere procu. Rñdeo, qd idē in eo, quod in tutore vel
5 curatore, vt. ff. eo. l. nec ciuitatis. & hic in glo. j. † Quæro quid in
b eōo [b] gl. dicit, quod ante lit. cōte. facit actorē, vel syndicū. post lit. cont. ab eo vel ab eius actore vel syndico procu. cōstitui potest. & sic in eo idem sit, quod in tutore, vel curatore, & idem dicit. ff. eo. l. j. ad tex. qui vī obstare in auth. de san. episc. §. si qñ. vbi dī, qd procu. constituit, rñde, qd intelligi debet fm prædicta. Sed moderni cōiter & contra p dictū. §. si quando. & aliud dicunt in tutore vel curatore, q administrant ad cōmodum alienum, episcopus
c ad suū, adeo quod æquiparatur magis vsurario, [c] qui procuratorē potest constituere. ff. vsufru. quemad. ca. l. j. in fi. & dicunt esse hoc hodie expeditum de iure canonico. vt extra eod. c. quia in causis. & c. petitio. sed certè, c. qui in causis. in vniuersitate loquitur, de qua. j. dicam. c. vero petitio. quod in episcopo loquit potius fundat intentionem glo. nostræ, quod cum ibi dicatur, quod attenta intētione episcopi &c. non vitiatur quasi mentem sequatur & non verba, sed melius facit extra. de iur. calum. c. cū causam. & ibi
6 dicit Inno. esse casum. † Quæro ab extra, quid in parte legitimo administratore bonorum filij. dicunt moderni idē, quod dixi in episcopo, quia eadē est rō cū & ipse habeat vsumfructū. & est tex.
7 de bo. ma. l. j. licet gl. aliter eū intelligat. † Quæro, in quo differt actor & procurator. & rñdeo, vt seqt in gl. Verūtamē, qd gl. dicit qd actor pstituit ad oīa, hoc, pced. t in actore gñali. nā & specialis tñ pt ad vnā cām tñ pstitui, vt j. de appel. l. si actor. & eius officiū finiet illa finita, sed officiū curatoris generalis, secus. vt in ista fm Iac. Bu. Quæro in quo differant, œconomus, syndicus, & actor, & remitte. vt in glo. Nūc ad secundā partē accedo, & op. de. l. mino rū. j. de prædi. mi. so. fm gl. qd in casu illo fallit, vt tutor p se facere debeat, nō p procura. Ex hoc apparet, quod istud p̄nū melius fuisset signatū sup prima parte, vel dic ab extra, q in alienatione loquitur, in qua nulla li. cōtest. est necessaria, sed solius cāe pbatio. Preterea nec tex. i. ille negat cām ppcu., pbari posse. licet dicat sim
8 plici assertioni credi nō debere fm Iac. Bu. † Quæro cū eadē glo. qd si citra tutorē pupillus facit, pcuratorē, vel adultus citra curatorē. an tenebit iudiciū, rñdet gl. q sic, si, p eo feratē sñia, non si cōtra. vt l. nō eo minus, j. eo. Hoc sed m lita, qñ procur. fuisset pstitutus in cā p quā seipsū minor exercere nō poterat, aliās si cā fuit talis, in qua minor legitimā pson̄ā hēat, procurator intelligeret le-
d gitimē constitutus, [d] & sic valeret iudiciū ꝗ eum. † Quæro ab ex
9 tra an procurator cōstitutus a pupillo tutoris autoritatē, & idem si ab adulto cū curatoris autoritate possit per solū tutorē vel curatorē reuocari. & videtur, q nō. ar. ff. de sol. l. prout quisq; de reg. iu. l. nihil tā naturale. Itē qa legatus proconsulis non pt p consulē reuocari in consulto principe, q autoritatē fuit impartitus. vt ff. de off. procon. l. solet. §. sicut. In cōtrariū, qa q autoritatē impartiū, facere videtur. §. de ve. iu. enucl. l. j. §. sed neq;. & sic dēt posse reuocare, Bar. istā q̄stio. dicit per no. p Inn. extra. de test. c. adhuc. Dicit. n. ibi Inn. no. qd abbas si pcu. fecit simul. cū pueru, abbas solus pōt ipsum reuocare, qa abbas solus poterat illū instituere, p toto cō-
10 uentu cū ad eum spectet plena administratio. † Ex hoc modo infert ipse, quod si pupillus fecit iustū procur. ante lit. cont. & sic tēpore, quo ipse tutor facere non poterat, licet autoritatē faciendi impartiri poterat, tunc per tutorē reuocari nō pt. sed p pupillū cū tutoris autoritate. ar. d. l. prout quisq;. cū si. Aut pupillus cū autoritate tutoris fecit procuratorē lit. iam conte, per tutorē. & sic tēpe quo tutor per se facere poterat, tunc solus tutor reuocare possit,
e vt not. Inn. & pt esse ratio, quia tunc ipse facere dicitur, vt d. §. sed neque, quod est notandū. & ad l. solet. §. sicut, rñdeo, vt ibi no. vel intellige fm prædicta. sq proqsul nō poterat p se legatū eligere.
11 aliās illud obtinet de honestate. † Quæro cū Cy. an sicut pupillus cōstituit, pcu. cum autoritate tutoris, ita possit cum autoritate curatoris dati ad litē. Et refert, quod Iac. de Are. dixit, quod sic, primo, qa curator gñalis autoritate ad hoc impartiē, vt hic. ergo & specialis in lite illa, in qua speciaēr est actus. ar. ff. de rei ven. l. q de tota. & §. de admi. tu. l. si duo. In alia aūt nō possit, vt ff. e. l. si proc. Secūdo qa autorari pōt pupillo agenti in cā illa, vt ff. de tut. l. q dī, ergo p cu. constituēti, qa tūc per procu. agere dī. vt in rla, qui per alium.
12 † Quæro, an cū solius iudicis autoritate possit pupillus, vel adultus procu. cōstituere. & dic, quod sic, qa defectū tuto. pōt iudex sciens supplere, vt j. q admi. l. bonorum. & j. de iur. delib. l. si infan
13 ti. ad finē. & adde, quod no. j. de in inte. rest. mi. l. si curatorē. † Vl
f timo, an collegiū [f] possit pcuratorē pstituere, hic ponit per Cyn. & tenet ipse cū Pe. quod vniuersitas, & collegiū possit cōstituere pcu. qa est quædam persona repræsētata, q loco dñi hī, vt ff. de fide. l. mortuo. Et hoc dicit esse hodie expeditū p c. qa i cās. extra eo. q si sic est, sūperioris decretū nō exigit. Alij dñt, q q̄dam sunt collegia solū administrationē hñtia, & illa syndicū dñt pstituere. l. nulli. ff. q cuius. vniuer. Et exemplum ponūt in collegio anciano rū, & collegio vexilliferorū & mastariorū artium cōis Bon. q̄dam sunt collegia, q̄ vltra administrationē rei, pprietatē habēt. & tūc aut pprietas debeē collegio, vel vniuersitati, vt vniuersis, & tūc & syndicū pstituere dñt. Aut debeē eis, vt singulis. & tūc, pcu. pstitue
14 re pñt, vt in societate beccariorū de porta rauennata. † Addo tñ q vbi syndicus deberet pstitui, si diceret ī instrō, q pcu. cōstituerunt, tunc nō vitiaret. Nā, p syndico accipereē, qa de mēte pstituētis apparet, & de hoc est casus in c. petitio. extra eo. & vbi, pcu. deberet cōstitui, nō puto, qd pstituēdo syndicū sufficeret, quia hoc nomē syndicus, significat pluriū, & singulorū cām dicēs: cū syndicus dicatur singulorū cām dicēs, non qa res pcernat singulos, vt singulos, sed vniuersos, & sic nomē, pcu. generalius est q̄ nomen syndici, & sub se syndicū ptinet. cogita. cautela tñ est vt utrūq; nomen opponatur. Circa ultimam partem huius l. uide, quod dixi. §. eo. l. quis. quo addito erit hic una solennis repetitio.

ADDITIONES.

a ¶ Non potest. Adde Soc. consf. 24. inc. visis diligenter, & mature. ver. præterea si isti. cum ver. seq. in prima parte.

b ¶ Quid in episcopo. Sed quid in rectoribus hospitalium, quando ad eos pertinet fructus. vide hic per dominum Fran. Are.

c † Aequiparatur magis vsurario. Adde de huius dicti veritate, q no. in c. præsenti. §. porro, de offi. or. lib. 6. & iusc. statutum. §. accessorem. de resc. eo. li. & hic per Bald. & in addi. Barba. ad eum.

d † Procurator intelligitur legitime constitutus. Adde de hoc Bar. in l. ēt. per illum tex. ff. de manu. vbi dicit, q minor quibus casibus potest agere, eisdem potest & procu. constituere. idem no. in l. j. ff. eod. & in l. 3. alias est 2. §. quidam. ff. qui po. tut. & in l. sed & si vnius. §. quod ait. ff. de iniu. & in l. si vicum aut stratum. ff. de re iu. doc. in c. fi. de pac. li. 6. vbi plene per Pe. de Ancha. & Inn. in c. ex parte. de resti. spo.

e Reuocare possit. Vide Bar. in l. post litem, ff. eo. tit. vbi allegauit sibi contrarius, secūdum Bar. in apost. ad eum hic. nu. 6. verificu. quæro an iste procura. in apo. in eo. uerbo.

f † Vltimo an collegium. adde de hoc quæsito ultra Bar. & Bal. hic eundem Balin l. j. ff. eo. titu. doc. in c. accedentes. & quod ibi not. Barb. extra. de ref. & qualiter debeat constitui. no. idem Bal. hic in fi. ver. quem constituens in loco publico & ibi posui in apostil. ad eum in eo. uersi.

LEX XII.

1 *Mandatum non requiritur ex parte defensoris.*
2 *Aequitas rigori prefertur.*
3 *Mandatum, an debeat habere vol ens alium defendere.*
4 *Agere nemo potest sine mandato.*
5 *Personæ coniunctę quę dicantur.*
6 *Amicus an admittatur ad agendum pro amico.*
7 *Coniunctì ad agendum pro coniunctis an admittantur.*
8 *Procurator cōtra procuratorē nec coniunctus cōtra coniunctū agere potest.*
9 *Persona coniuncta agens an teneatur probare mandatum.*
10 *Actas legitima quę dicatur.*
11 *Admittere, & repellere quomodo opponantur.*
12 *Exceptio minoris ętatis ante litis conte. opponi debet.*
13 *Minor an possit esse procurator.*
14 *Filius ad defendendum veniens, & admissus, quando debeat damnari.*
15 *Sententia iudicis filium repellentis, & patrem condemnantis, an valeat.*
16 *Pater existens minor an admittatur ad defensionem filij sui.*

Exigendi. Diuiditur principaliter in duas partes, qa primo declarat, an filius possit repellia defensione paterna propter defectum mandati. Secundo, an possit repelli propter defectum ætatis ltimæ, secunda ibi, sane. & secunda diuiditur in duas, quia primo loquitur de rigore. secundo de æquitate. secūda ibi, sed multo isti°. Casus. Defectus mādati satisdatione ltima pstita nō repellit minorē a defensione, vel ab actione pñna, defectus vero ætatis ltimæ ipsū repellit de rigore, nō de ætate. h. d. Pro positione casus in terīs attēde, q q̄ fuit qdā, ego pr cū esse pñs citatus vt deberē cōparere corā iudice me defensurū, cōparuit filius meus paratus me defendere. Iudex vero nō admisit eū duplici rōne. Vna, qa mandatū nō habeat, alias, qa ætatē legitimam non habeat, & sic me velut contumacem grauiter cōdēnauit. queritur an iudex debuerit eum de iure ex causis pdictis repellere

repellere. Rñdet Iurisconsq rōne mandati non debuit eū repellere. & hoc probat duplici rōne, & q̄libet venit, per locū a minori. vsque ibi, sanè. Scdo dicit, q rōne ætatis de iuris rigore, & fm
1 regulas iuris potuit eū repellere, sed de æquitate iustius fecisset eū admittere, q̄ patrem &c. vt in ira iacet. † Nō. primò, q ex parte defensoris non requirit mandatū. Scdo, q vbi extraneus admittitur, fortius filius. Tertio, q ꝓiuncta persona admittit ad agendum
a sine mandato. [a] cōcor. ff. eo. l. sed & he. Quarto, q qui admittit ad agendū, fortius ad defendendū. Quinto, q defensores sine māda to debēt esse ætatis legitimæ, aliās repelli possunt. Sexto, q filius minor admitti debet ad defensionē patris absentis. vbi verisiīt pē
2 magnū præiudicium est passurus, vt hic in si. † Septimo, q æquitas est præferenda rigori. Et circa hoc vltimū pondera benè hūc tex. quia iste tex. in sui serie vī velle, q̄ iudices ex aliqua rōnabili causa ēt non scripta possunt de iuris rigore relaxare, & a iure regulari se tollere, & equitatē non scriptam iuri regulari scripto in aliquo casu speciali pferre, & quod est bene no. & hoc examinabo in l. placuit, j. de iud. † Venio ad apparatū, & non deuiādo ab
3 ordine gl. Primo formo vnā opp. ab extra, q sine mandato quis non potest alij defendere, quia beneficiū non confertur in inuitū, extra de reg. iu. c. beneficiū. aliās inuitum. Sol. q hęc l. pōt intelligi, qñ non est uolēs nec inuitus, quia ignorās, & non ob. ꝓrium. Item pōt intelligi, qd sit inuitus, & tunc fieri ēt pōt suscipiēdo iudiciū animo nouandi, vt ff. qd cuius. vni. i. in fi. & ff. de sol. l. sorōnē. nec pfertur tunc beneficiū hoc immediatē ei inuito. sed mediāte nouatione facta inter actorē, & defensorem, per quam reus liberatur, vt ff. de noua. l. j. & est recitata gl. j. ad declarationibus. Opp. 2. l. debet esse clara, & certa, vt §. in prima cōsti. §. quibus. & perfecta, vt ꝗ. ad. Syll. l. j. sed hæc est obscura, incerta, & imperfecta. dñ dicit satisdatione, & alia legitima observatione; ergo &c. Sol. quod licēt hoc nō sit declaratū fortè gratia breuitatis, tñ per alias ll. hoc pōt declarari, quod declarādo prosequere, vt in gl. seq. que
4 benè dicit. † Opp. 3. q coniuncta persona nō admittatur ad agendū sine mandato; quia nemo experitur sine actione, l. si pupilli, §. videamus, ff. de neg. gest. & l. quoties, §. si pro tpali. ff. de admin. tut. Sol. quod speciale est in coniunctis personis, qualis est filius,
5 vt ff. eo. l. sed & he. hoc uult gl. seq. in princ. † Pro cuius decisione est uidendū, quę dicantur coniunctę personæ, vt possint agere sine mādato. & gl. ff. eo. l. sed, & hæ. in prin. dicit, q oēs ille personę cōprehenduntur, pro quibus quis ad postulandū admittitur. de quibus ff. de postu. l. j. §. fin. & l. seq. Guli. verò de Suz. dixit, q̄ sunt
b ascendentes, & descendentes [b] in infinitū, & transuersales vsq; ad quartū gradum, vt §. de aduoc. diu. iud. l. petitionē, §. egredientem. & affines, inter quos est maritus, licēt non sit affinis, sed principij affinitatis, vt j. eo. l. maritus. Itē extra coniunctos sunt consortes eiusdē litis, vt j. de consor. eiusdē litis, l. 2. quod intelligit Cy. demum lite contest. de quo ibi dicam. Itē liberti ratione affe
6 ctionis, vt d. l. sed, & hæ. † Ex quo infert Cy. q amicus ea amicitia, de qua j. de verb. sign. l. lata. §. amicos. sit, vt libertus deberet admitti. tum etiā, quia amicitia ꝓponderat affinitati, vt j. de ca. pe. l. cū allegas, lib. 12. Itē quia fortior est ꝓiunctio amicitiæ, q̄ cōcernit personam, q̄ cōiunctio eiusdē litis, dicente Seneca, quod amicus est alter ego. & Dñs in Euangelio inquit Apostolis, Vocaui vos amicos, & non seruos, quia seruus nescit ea, quę sunt dñi sui: vobis aūt feci nota, quæ patris mei sunt. Facit ad pdicta ff. qui petut. l. j. §. fi. j. si per vim, vel alio modo. l. j. Opp. tunc 4. quod cōiunctus nō admittatur ad agendū sine mandato, vt ff. de min. l. patri. circa prin. fol. vt sequit in gl. videlicet, quod pdicta hñt locum in his, in quibus sufficit generale mandatū, vbi verò exigitur specia
7 le, tunc non admittant, fallit in patre, vt d. l. patri. † Sed opp. ab extra, q coniuncti nō debeant admitti; quia & si admittantur, non ppea sñia absolutoria ꝓiudicat ei, pro quo agit, vt j. qui. res iu. nō no. l. j. & sic iudiciū est elusorium. ergo non admittendū, l. nō cogendū, §. Sabinus, ff. eo. & ff. vt leg. no. l. hæc stipso. §. diuus. Sol. q admittunt, vt prosint, & sic quantū ad commodum absentium, non quo ad incommodum. arg. l. qd fauore, §. de leg. Veruntū, ne reus reperiat exclusus, & in expensis versatis, est prouisum, ne sine cautione de rato audiat, vt ff. eo. l. Pompo. in fi. & ff. de cōpen. l. si cū filio, in fi. & ff. fol. matr. l. si cū dotis, §. si pr. & procedit hoc, nedū si maior pro maiore, vel minor pro minore, vt hic. sed etiā si maior pro minore, quia multo magis interest, vt eius iura teneantur, & quia non cōpelletur ratum hīre, sed poterit, si eius commodū sit, vt ff. iud. fol. l 3. §. j. & hoc tenet gl. ff. de admi. tu. l. tutores q. post princ. & j. de appel. l. si actor. & fm vnum intel fm hoc sequitur Guli. de Suz. Pet. & Cy. hic. nec obstat l. nec eo minus, j. eo. vt ibi dicam. Opo. 6. ab extra. ēt, q cum pdicta cautione non admittant, vt ff. eo. l. Pomp. in fi. fol. q̄ ꝗ voluntatē non admittuntur, vt ibi. sed pter sic, vt hic. fallit tñ in casibus, s. in quibus requiriē speciale mandatū, no. per gl. in d. l. Pōp. in prin. Opp. 7. ab extra. q ēt cū cautione non admittat, vt ff. ut leg. no. ca. l. 2. fol. q̄ ad agēdum admittit, vt hic cum sim. Veruntū debitor non tenet ei soluere, vt in ꝓrium. & pro tāto attende, q in libello non pōt pcludere, vt sibi soluat. sed ei, pro quo agit, vel alteri hñti potestatē recipiēdi. Et rōhuius est, quia ꝓiuncta persona non plus pōt cum cautione de rato, q̄ posset hñs mandatū gñale, vt §. dixi in gl. not. sed gñalis

procurator nō pōt petere, vt sibi soluatur: quia ad hoc mandatū speciale requirit, vt l. vero, & ibi not. ff. de sol. ergo &c. Operatur ergo hæc promissio, quo ad interruptionem pscriptionis, & quo ad faciliorē exactionem; quia res iudicata promptā habet execu-
8 tionē rei iudic. vt j. de exec. rei iud. l. fi. † Opp. ab extra 8. ad idem, nam sicut procurator ꝗ procuratorem nō habet ptātem agendi, vt ff. eo. l. qui seruo. §. fi. & sic ꝓiunctus ꝗ pariter ꝓiunctum. Sol. pstendo ꝓrium. ubi sint pariter coniuncti ei, pro quo agere uult. Et exemplū accipe in tribus fratribus, quorum unus est debitor alterius. facit l. assiduis, j. qui pot. in pig. hab. Vbi aūt conuentus esset extraneus, vel minus illi cōiunctus, quā actor, tunc hñt locum quæ dicta sunt fm Iac. de Ra. Pet. & Cy. Ego hoc puto verum, si conuentus fateatur se debitorē illius, pro quo agitur, aliās puto, quod repellere nō possit actorem, saltem qñ actus faciat præscriptionis interruptiuos; quia non pstendo vī realiter ita coniunctus. & si ad actus istos nō proceederetur, damnum absens patere tur, cum nullam actionem hīret ꝗ eum, qui sibi præscripsisset. sed in procuratorib. fortè secus, cum a seipsis per imputationem rō-
9 num exigere debeāt. arg. j. eo. l. tutori. & l. seq. cū sim. q si nō fecerit, actione mandati tenebuntur, qd no. † Opp. 9. vt recitem gl. & opi. Pet. & sic, si ꝓiuncta persona non cogit probare mandatum, vt hic dī. ergo cæteri extranei cōpellentur probare mandatū. arg. ff. de iud. l. cum ptor. & de admi. l. j. ad fin. sed Io. & gl. dicunt ꝗ, dicētes, q ubi dubitat de mandato, admittit procurator cū cautione de rato reo inuito, vt not. ff. eo. l. nō solum, §. qui alieno. & dixi §. e. l. j. ergo, vel illud falsum, vel nihil erit hic speciale in coniunctis. Sol. duob. modis, vt sequitur in gl. quā omisi vsque ad fin. & primo accipiēdo a cauda dicit gl. dic, q ꝓ in hoc est diuersitas, quia nō coguntur coniuncti allegare aliquod mādatum. & ideo expone hic probare, i. allegare. sed extranei debent mandatū allegare, aliās non audiuntur, ēt si milies velint cauere de rato, hęc vera in se. licēt coniuncti hñt dicere ꝗ coniunctos, aliās vt extranei non habeāt saltem semiplenē probare mandatū, non bene dicere, vt dixi §. eo. l. j. Dixit igitur Pla. q coniuncti hñt allegare mādatum, sed non probare. Cæteri verò hñt necesse probare, aliās reus pōt ipsos repellere. vel si non vult eos repellere, potest eos admittere cum cautione de rato. & sic in ipsius est electione; quia gl. tenuerunt, quod sit in electione procuratoris, vt not. in d. §. qui alieno. Ideo gl. hic subaudit, vt non cogatur probare. vel subaudi satisdare, ad quorum alterum cōpelluntur extranei. & intellige sanè, q non cogitur probare, vel satisdare. s. alternatiuè. sed precisè ad alterum. i. ad satisdandum de rato, vt §. dixi. & licēt opi. gl. sit com
10 munis: tñ opi. Pla. potest saluari, vt dixi §. eo. l. j. † Expedita prima parte principali transeo ad secundam in ver. sanè. & opp. x. quōd text. non benè dicat sic simplr dicendo, cum legitimam ætatem habuerit, cum legitima ætas sit, qñ post impletos 17. ann. & sic cum est 18. ann. vt ff. de postu. l. j. §. pueritiam. & qñque 25. ann. & sic sumus in dubio, de qua ætate ex his loquatur. rñ. vt glos. quia quidam de illa 18. ann. sed gl. dicit de illa 25. ann. arg. j. de his qui ve. æta. l. fin, & ita teneas potissime pp satisdationem de rato, quā præstat; quia ante illam ætatē non est sufficiens ad se obligandū, quam obionem non facit is, qui pro alio postulat ut aduocatus.
11 de quo loquitur d. §. pueritiam. † Opp. 11. q si iudex iustius fecisset eum admittere, quā eum repellere, sequitur necessario, qd dicatur fecisse ēt iustè eum repellendo, cum hęc sint opposita priuatiuè eum admittere, vel repellere, & rñ iste dicit, quod iniustè fecit. Sol. tribus modis, vt in gl. Primo, quod simplr intellecta sunt opposita priuatiuè; & tunc si ita intelligeretur, hæc dictio iustius staret electiuè, vt in tertia sol. Scdo, q hic non simplr intelligatur, sed fm quid, & respectiuè, & tunc prima sol. vera, vt intelligatur iustè fecisse inspecto iure cōi, vt ff. eod. l. minor. sed iniustè inspecta equitate. Ideo iustius fecisset, si eum admisisset. Tertio sol. glo. etiā intelligendo respectiuè, vt iustum sit eum repellere ante lit. contest. sed postea est iniustum eum repellere, & sic iustius est
12 eum admittere. † Ex ista sol. quæ est gl. j. no. quod exceptio minoris ætatis debet opponi ante lit. contesta. quod examinabo.

j. cod.

ADDITIONES.

a ¶ Sine mandato. Adde tamen, q in requirentibus speciale mandatum coniuncta persona non potest intermenire pro coniuncta, vt per D. Soci. consf. 254. incip. Visa & considerata contingentia facti. ver. secunda ratio est, circa medium. in 2. par. item istam regulam, q coniuncta persona admittatur sine mandato ad agendum pro cōiuncta extende quatuor modis, vt per D. Ias. May. hic. & eam limita 17. modis, vt latè per eū hic, quem omnino uide, & adde D. Fran. de Are. hic, q quando coniuncta persona uult admitti ad defendendum, habet locum satisdatio. vnde secundum eum tenetur cauere de iudicato soluendo. & an admitti debeat in iudicio sine cautione de rato, uel admitti prællando iuratoriā cautionem, uide per D. Soci. consf. 231. incip. Cum in præsenti consultatione, uer. circa secundam q. cum uer. seq. in 2. parte.

b † Ascendentes, & descendentes. Hoc fallit in bastardo, qui non dicitur propriè coniuncta persona, nec pro coniuncto admittitur, prout not. Bart. in l. 2. uersi. quero quid de filia naturali. & ibi in addi. ad eum in apo. in eo. uer. ff. de solut. Bal. in l. id quod pauperibus, nu. 35. uer. illud constat. & ibi in apost in uer. spurius, §. de epis. & cle. colec. no. c. nisi cum pridem, nu. 1. & in addi. in uer. manzener. extra, de renun. & Fel. in c. nonnulli, §. sunt & alii, col. 15. uer. considera bene. & uersi limitabis. extra, de rescrip. & omnino per Paul. de Cast. consf. 310 181, ubi dicit, quòd bastardus non dicitur coniuncta persona, nec eius filius.

j̃.eo.l.ita demum. Veruntã in casu nostro, in quo gl.renet, q̃ iste pater se absentauit post lit.contesta.vt j̃.dicetur. Ista sol.non applauder literæ nostræ, quia filius nón ante lit. contest. sed postea venit ad defendendum, & sic non obstante præambula lit. contest.repelli posset vsque saltim ad primum actum ꝯdictorium, vt j̃.de consor.eiusdem lit.l.2. Tene ergo præcedentem, quę est prima in gl. Ex qua nó. vt sequitur in gl.q̃ illud est iustum, cuius ꝯ
13 rium est iustius, concor.sunt in ea vsque ad fin. † Opp.12.cum gl. q̃ immo minor 25.ann.dummodo maior 18. possit esse procurator, & defensor nedum patris, sed alterius, vt Instit.qui manumi. non pos.§.eriam. Sol.vt in ea.gl.quod ibi ad negotia, hic ad iudi-
a cia. [a] Hæc sol. non placet Iac.de Are. quia inquit ipse necessariò intelligitur ibi de procur.ad iudicia, cum seruus possit esse procurator ad negotia, vt ff.eo.l.seruum quoque. & ideo d.§.alias, qui manumittuntur.& ff.de manum.vind.l.si collactaneus.intelligit ipse in procuratore ad iudicia, vt esse possit, qui 17.impleuit. Cõfirmat secũdo, si ibi intelligeretur in procuratore ad negotia, cur tex.ibi exigeret ætatem 17.annorum, & satis minor possit esse ad negotia procurator: quia, & pupillus, vt ff.de exer.l.5.§.cuius autem.& de instito.l.sed, & si quis.§.j.ad fin.& l.seq. Et pro rñsione fienda ad hanc l.& ad l.minor.ff.eo. distinguit ipse, aut minor 25. ann. maior tñ 17. venit ad agendum, vel ad defendendum sine mandato, & tunc repelli potest: quia oportet, quod habeat 25.annos, præterquam in hoc casu speciali. Et est ratio, quare sic regulare requiritur; quia si ad agendum venit, oportet, quod promittat, & caueat de rato, vt ff.eod.l.Pompo.in fi. & ff.de compen.l.si cum filio, in fi. Et si ad defendẽdum, oportet, quod satisfiet de iudicato soluendo, & sic posset restitui tam ipse, quàm fideiussores sui, & per ꝯñs non est plenè cautum aduersario. Aut venit cum mandato, & tunc si ex parte rei possit; quia habet promittere, & satisfiare de iudicato soluendo, vt j̃.de satisda. l.j. & ita intelligitur l.minor.ff eo. nisi dñs pro eo satisdederit, quia inquit ipse rñe admiti debet. Si verò ex parte actoris, tunc; quia nihil habet pro mittere, ex quo constat de mandato, vt §.eod. l.j. poterit minor procurator esse, vt d.§.eriam.& d.l.si collectaneus. Hæc distinctio licèt colorata non placuit Iac.de Ra. nec Iac.Butrig.nec Bart.nec dño meo, nec modernis cõiter, quia ex quo non potest esse pro se in iudicio, vt j̃.qui legi.perso. non debet etiam posse pro alio, arg.ff.de legit.tut.l fin. & quia qui repelluntur a postulando pro se, non admittuntur pro aliis, sed econtra sic, qui admittũtur pro aliis, & pro se.vt ff.de postul.l.j.circa princ. Item quia procurator actoris, de cuius mandato constat, tenetur cauere de rato, cauere tñ debet de defendendo dñm in causa reconuentionis, vt §.eod. l.actionem. & si defendat, satisfiare debet de iudicato soluendo, & sic non idoneus, vt d.l.minor. Item, & si sit releuatus ab istis satisdationibus per dñm, adhuc potest aliquid fateri in iudicio, pp quod opus esset restitutione in integrum, licèt executio effectualis non staret in eum. Item, quia pp vexationes, quas haberet pp hanc causam, resolui posset aduersus susceptionem mandati, vt ff.eo.l.minoribus. Item quia in procuratore per lit.contest. iudicium substantiatur; quia dñs efficitur, vt §.eo.l.quod quis. & j̃.de sent.l.j.meritò ætas legitima in eo requiritur. Et vltimo pro hoc est hodie casus extra, de procu.c.generaliter, in fi.lib.6. Et ad d.l.si collectaneus, cum sim.rñde, vt in glo.quod ibi in procuratore ad negotia, nec replicatio Iac.de Ra. ob. quia licèt seruus possit esse procurator ad negotia, & minor 17.ann.rñ.quod liber factus magis liberè & facilius expediat negotia, q̃ seruus, & etiam pp beneficium assecutum cum maiori studio, & affectione gerat negotia, q̃ si seruus remansisset; nec aliam spem libertatis habet, arg. ff.de peti.hære.l.sed si lege.§.consulit. & etiã liber factus plenius obligatur ipsi minori eius gestione, vt j̃.de neg.gest. l.si cognati. & ff.eo.tit.l.cum actũ. nec ob.q̃ dr̃, cuiusq; ætatis potest esse procurator ad negotia, quia fateor. sed nõ sequitur, quod benè aget, qui tales constituit. Et ideo in minore manumittere volente nediceret malè agere, voluit lex ætatem manumittendi prætaxare. putans ante illam ætatem non benè idoneum esse, & ætatem 17. ann.elegit, & ante illam ætatem causam ratam non habuit. Maiores autem sibi imputent, qui minores illa ætate sibi ꝓstituunt ad negotia. & l.ꝯ fatuitatem minoris occurrit, nolens eius ministrum interponere suum decretum ante illam ætatem. Stat igitur conclusio. quod ad iudicia minor 25.ann. potest esse procurator. Contra hoc opp.13.de l.j.§.pueritiam, ff.de postu.sol.vt sequitur in gl.quia aliud in aduocato, qui ad nihilum obligatur. sicut autem patet in proximè dictis in procuratore, substãtiatur iudiciũ, quod non in aduocato. Opp.14. q̃ tex.non bene dicat, dum simpliciter dicit, q̃ iudex fecisset iustius eum audire; quia debuit dicere prestita satisdatione, vt ff.qui satisd.cog.l.filius. Sol.vt in seq. gl.quod hæc fm illam debuit intelligi. Nunc recitemus seq.glos. per quæstiones. Et primo quæro, nunquid hæc lex procedat, si lis nondum ꝯ absentem erat cõtestata. & gl.vr̃ innuere, q̃ non: quia tunc patet damnari non potest, cum ad diffinitiuam procedi nõ possit lite nondũ contest. vt l.fi.§.illud, j̃.de temp.appel.& per cõsequens cessat æquitas huius l. Et pro hoc facit l.solum.§.fi.ff.eo. A sensu ergo ꝯrio gl.ex eius mẽte. No.q̃ in casibus in quibus ad diffinitiuam procedi potest lite non conte.locum haberet æquitas huius l. Item no.q̃ istã literam, quæ dicit, graui condẽnatione afficere: gl.intellexit de diffinitiua sententia. Quæro igitur, quid si alia pdẽnatio, puta pœnalis, vel mulcta esset imponenda, puto, q̃ adhuc æquitas huius l. locũ hr̃et, si mulcta, vel pœna grauis es-
2 set. † Quæro ſcdo suppositio, q̃ lis fuisset ptestata cũ patre, an filius iste post lit.conte. veniẽs ad defendendũ admissus, debeat in sntia damnari nec no. Et rñdet gl.q̃ sic, per l.liberto.§.fi.ff.de neg. gest. M.ꝯ, quia solum illũ dicebat condemnandũ, cum quo facta est lit.cont. Opi.gl.est uerior, quia hic plenariè defendit, & sic in iudicio quasi ꝯhit, vt ff.de pe.l.3.§.idem scribit. & sic ex suo quasi ꝯctu est pdemnandus, vt dicit Iac.Butr. j̃.de sent.& interlo.om. iud.l.j.vbi plenè dicam. Pla.autẽ volens hoc euitare dicebat, illud verũ si ueniret ad plenariã defensionẽ, sed hic ueniebat solũ ad allegandũ causas abientiæ, vt sequitur in gl.sed malè dicebat, qa ex litera colr̃, q̃ ad plenariã defensionem ueniebat; quia satisdationẽ præstare debet, vt hic in prima parte, licèt Pla.nitatr̃ se defendere.l. q̃ in prima parte loquitur in maiore, in secunda in minore, in qua tex.nihil repetit de satisdatione, & meritò dicebat ipse, quia minor ipse non esset idoneus ad promittendum, & satisdandum pp restitutionem in integrum. Sed certè licèt litera non ex primat, tñ secunda pars intelr̃ cum satisdatione, de qua in prima parte.arg.ff.de verb.obl.l.Titia.§.idem rñdet. & ar.l.si filius, ff.qui satisd.cog. Et ad id, quod de restitutione dicebat. Rñdet gl.q̃ hic nõ restituitur, quia iure cõi est usus defendendo patrẽ, & ẽt, quia magis patri, q̃ filio succurretur, vt in l.3.§.sed & vtrunque. ff.de min. Et ita teneas. Nec ob.q̃ filio fideiubẽti pro patre dat̃ restitutio, vt j̃.de filio fa.mi.l.j.qd̃ ibi aduersarius admittit eũ spõtaneo. hic verò lex eũ vt legitimum aduersario ẽt inuito. & sic l.auctoritate nõ debet decipi, vt j̃.de his qui ue.eta.l.j.& ita dicit gl.usque ad fi. Sed ꝯ gl.facit, quod not.gl.j̃.si de momẽ.pos.fue.app.l.j. ubi minor qui in iudicio momen.pos.admittiẽ, vt maior, põt restitui aduersus sniam. sol. q̃ ubi admittiẽ vt legitimus pro se, restituiẽ, vt ibi; quia uerè minor est; sed ubi pro alio non restituiẽ, qa alius maior, vt in hac gl.& hanc diuersitatẽ no. Quæro pp id, quod tetigit. Pla.nũquid allegans causas abſentiæ debet audiri sine mandato. & de hoc post Inn. remitto ad ea, q̃ scripsi j̃.de accus.l.reos.
5 † Quæro ulterius cũ gl.fi.hic posita, an snia iudicis, q̃ in casu nõ repulit filiũ.& patrẽ pdemnauit, valeat. & rñdet, q̃ sic, ex quo in aliquo non deficit. sed tunc dubiũ, quia iudex iustius fecisset filiũ admittere, q̃ repellere, an in aliquo teneatur. rñ.q̃ sic, quia litem suã fecit. Inst.de obli.q̃ ex quasi delic.§.j. & ff.de uar.& extra.cog. l.si iudex. Et in quantũ teneat̃ collige ex notatis ibi per gl.& Bart.
6 † Quæro ab extra.ꝯ casum nostræ l.an pr̃, qui est minor, admitti debeat ad defensionẽ filii sui.& vr̃ q̃ nõ primo per l.fi. j̃. de legi. tut. Item, quia tunc restitutio locũ hr̃et pp ea, quæ dixi §.in fi. secundæ qõnis. Contrariũ vr̃ uerius ex æquitate huius l.quia si filius pro patre, fortius pr̃ pro filio, vt inter cæteros priuilegiatos. l.patri.ff.de min. Nec ob.l.fi.j̃.de legi.tut.quia in tutela, & vr̃ gestione ubi manet periculũ, hic verò nullũ, cum, & sine hoc sniam laturus esset iudex, vt hic.& ff.eo.l.rion solum, in fi. Non ob.etiã, quod §.dixi de restitutione; quia licet isto casu deberet restitui, tñ ex hoc defensio in eminenti periculo ei dengẽda non est, cũ & principalis restituẽdus esset aduersus ipsam sniam. Quero an ma
b ior admittat̃ pro ꝯiuncta persona minore, [b] dic q̃ sic; vt hic per Cy.& dixi §.in v.oppo. Quæro vltimo an, quod dr̃ in filio, locum habeat in aliis descendẽtibus, dic q̃ sic, per identitatem rationis: & idem vr̃ in transuersalib. vsque ad quartum gradum fm Gui. de Suz.arg.eo. quæ dixi §. in tertio contrario. & hæc sufficiant.

ADDITIONES.

a ¶Hic ad iudicia. Adde D.Soc.cons.55. incip.Præstantissime Doc.ver.3.& creditur.in j.par. quod minor non potest esse syndicus, vel procurator ad iudicia, maximè in causis criminalibus.

b † Minore. Adde gl.in l.tutores.& ibi Bar.ff.qui admit.Bar.sibi contrarius tenuit oppositum in l.minor.ff.eo.tit.& Io.de Imo.in c.generaliter, extra eo.lib.6.assignans istas contrarietates dixit cogitandum. alii tamen dicunt, de quo uide colle.in c.nonnulli, nu.13. & quod ibi posui in apost.in ver.fine mandato.extra, de rescrip. & no.Rom.consi.226. incip.& illam l.patri.vbi dicit, q̃ regula, quæ vult, q̃ coniuncta persona non admittatur pro coniuncta in certis casibus fine mandato, non habet locum, quando pro minore, vel prodigo.

LEX XIII.

1 *Miles procurator esse non potest in causa matris.*
2 *Exceptio, tu non potes esse procurator, ante lit. contest. fieri debet.*
3 *Exceptio dilatoria in causa principali omissa non opponetur in appellationis causa. & nu.6.*
4 *Terminus idem iudici, & parti præfigitur.*
5 *Exceptio impotentiæ an possit opponi.*
7 *Exceptio an possit opponi post lit.contest.*
8 *Causa appellationis an sit eadem cum principali.*

Ita demum. Primo vnum dictum in causa principali lit.contest Secundo aliud in causa appellationis. Tertio aliud in criminali lite nondũ cõte. sed a ibi, quod nec.tertia ibi, Nã si integra. Casus. Exceptio militiæ non oppoſi
1 ta in causa principali nõ põt opponi in causa apponis.h.d. † No. q̃ miles non potest esse procurator etiam matris. ex quo infertur, quod negotium maternum non dr̃ esse suum, quia tunc pos-
2 set, vt §.eo.l.qui stipendia. † Secundo q̃ exceptio ista, tu non potes esse

tes esse, pcurator, dẽt opponi añ lit.cte. Ex quo inferr̃, q̃ quia est
2 exceptio dilatoria, q̃ dilatoriæ exceptiones debẽt opponi ante
3 lit.cõtest.cõcor.ff.e.l. pomp.§.rati. † Tertio, q̃ exceptio dilatoria nõ opposita in cã principali nõ põt opponi in cã appellationis, q̃ tumcunq; lis cõtestat̃ in cã appellationis inter pñtes: vt j̃.ne lic.in vna cadẽq; cã tertio .puo.l.j.Ex quo seq̃t̃ aliud.l.q̃ licet appellatio extinguat, vel suspẽdat iudicatũ.vt ff.ad treb.l.j.§.fi.nõ ppea repo nit appellãtẽ ad cũ statum, in quo erat añ lit.ptest.sed ad illud, in quo erat post li.cte, fm Bar.vel nõ reponit ad statum in quo erat añ terminũ pfixũ ad opponendum dilatorias. Et hoc dicere est tu tius pp pcuratorẽ, q̃ interuenit li.cte.vt j̃.dicã. Vel sic licet appellatio suspẽdat pronũciatũ, in quo ordinat̃ ad ipsum, nõ suspendit tũ lit.cõte.& ea, q̃ vim receperũt ab ea, vt hic est casus. Itẽ no. hic limitationẽ ad l.p hãc. j̃.de tẽp.ap.vbi dr̃, q̃ nõ oppositum in cã principali põt opponi in cã appellationis. Nã illud in pemptorijs nõ dilatorijs locũ habet. Venio ad apparatũ, & op.sic.iste tex.dicit, q̃ iste miles põt agere, si nõ est ei ante lit.cõt. opposita exceptio militiæ, & sic impersonalr̃ loqtur circa hanc oppositionem, & p ꝯñs nos dimittit in dubio de pſona, q̃ sit illa, q̃ hoc põt oppo nere §.§.qbus.§.de no.cod.cõpo. Sol. supplendo, vt in j gl.a parte
4 aduersa, vel a iudice.ex ista gl.singulari. No.q̃ terminus præfixus parti, vr̃ pfixus ẽt iu.lici.q̃ facit i ar.vt terminus a l.ciuili, vel municipali pfixus parti ad accusandum, intelligatur ẽt pfixus iudici ad ingrendum. Sed in contrarium facit gl.in l.q̃rela.j̃.de fal. sed dic, vt ibi scripsi. Opp.2.q̃ illud, qd̃ hic dr̃, non solum vẽdicet sibi locũ in militie, sed ẽt in fœminis, & similibus, qui non possunt procuratores esse, vt ff.e.l.fœmina.cum in eis sit eadem rõ &c. Sol.confitendo contrarium, vt sequit̃ in gl.nec iste tex.repugnat: qa q̃ de milite dixit, nõ dixit, vt ĩ eo notaret specialitatem, sed gr̃a dubitationis tollendæ.ergo &c.vt ff.de reg.iur.l.quæ dubitationis. Opponquod male dicat, q̃ nec cum appellatio agitur &c. Nã tunc proprie appellatio agit̃, qñ ipsa interponit̃ iudice a quo, nõ qñ cã appellationis agit̃ corã iudice ad quẽ, p quod tex.iste vr̃ pmittere vt corã iudice a quo exceptio militię opponi possit.ar.l.cũ ptor.ĩ prin.ff.de iud.& qa nõ phibita intelligunt̃ pmissa.vt ff.ex q. cauma.l.nec nõ.§.qd̃ cis.qd̃ tñ est ꝯ mentẽ huius tex. Sol.q̃ huius timore gl.2.exponit appellatio.i.officium appellationis. Opp.4.qd̃ exceptio, pcuratoria posit qñcunq; opponi.vt j̃.eo.l.licet.Sol. vt ĩ gl.fe.qa ibi exceptione falsi procuratotis, q̃ reddit iudicium retro
5 nullũ.ar.j̃.de eo.q̃ pro tut.l.2. Hic de exceptioncipotẽtiæ ꝯ verũ opponẽda. † Op.tũc.5.ab extra.q̃ exceptio ipotẽtiæ posit ẽt opponi qñcũq;.ar.ff.de iud.l.non idcirco.§.cũ postea. Huius timore Iac.Bu.In.de Are.Cyn.& dominus meus distinguũt de hac ipotentia, qa qñq; qs nõ põt esse nedũ pro alio, sed ẽt pro se in iudicio: & tunc tali procuratori cõstituto põt opponi exceptio impotentię qñcunq;, qa reddit iudiciũ retro nullum, sicut exceptio falsi procuratoris. Quandoq; qs põt esse in iudicio pro se, sed nõ pro alio, & tũc habet locũ. l.nostra. Cõtra istos doc.oppo.6. sic minor non potest esse in iudicio pro se, vt j̃.qui legi.perso. per totũ. nec pro alio. vt ff.eod.l.minor. & tñ admissus ante li. contest. non põt repelli. vt no.in l.præcedenti.in gl.super verbo.non iuste. in secũda expositione. So.q̃ vel doc.prædicti dicunt fal. vel gl.illa.& hoc
6 fm puto verius. † Opp.7.ab extra. q̃ exceptio dilatoria omissa ante li.cõt. possit opponi postea.vt de iuris, & fac.igno.l.error.cõsicta gl.ibi posita. Sol.quod omissa a sciente, vel scire debẽte non potuit postea, vt hic.cũ simi.sed ab ignorãte, nec scire debẽte sic, vt in ꝯrio.& pro hoc facit. j̃. de fur.l. manifestissimi.§.finautẽ ne-
7 scius, & dubitans. † Opp.8.quod post lit.ptesta. possit opponi vt j̃.de consor.eiusdem lit.l.2. Sol.q̃ vbi ante lit.contest.competebat, haber locum lex ista, vbi autem cepit cõpetere demum post lit.contesta, habet locum contraria.& ideo si procurator interuenisset demum lit.contesta.a domino, exceptio ista opponi nõ prohiberetur. veruntamen per primum actum iudiciarium secũ agitatum excluderetur aduersarius a repellendo ipsum, qa p illum actum desineret inter eos res integra esse, vt exigit hæc litera in fi.facit infra.e.l.nulla.j̃.de iur.calum.l.fin.§.fi. & idem dico si interueniret in causa appellationis, nec prius fuisset, vt ante lit.contesta.in illa debeat exceptio opponi, non postea, nisi lite iam contest. super appellatione interueniret.nam tunc similiter p primũ actum excluderetur, vt dixi. Concludo modo prædicta distinguẽdo. Cum quæritur, an exceptio procuratoria possit opponi lit.cõtest, vel in causa appellationis. Dic aut procurator interuenit demum lit.conte. & postea põt opponi. ante tũ primum actum iudiciarium per aduersarium cum eo factum.vt dixi ar, huius literæ. in fi.& j̃.e.l.nulla. Aut interuenit ante li.conte.& tunc aut est exceptio falsi procuratoris, & illa põt opponi quãdocunq; : quia red dit iudicium retro nullum. vt j̃.eo.l.licet.& adde, quod ibi dicũ. Aut est exceptio impotentiæ ipsius.& tunc, Aut ille est talis, qui nec pro se, nec pro alio põt esse in iudicio, & põt opponi quãdo cũque, quia sist reddit iudiciũ nullũ. facit.l.non idcirco.§.cũ postea.ff.de iudi. aut potest pro se, sed non pro alio, & tũc, Aut exceptio fuit omissa per errorem facti, & potest postea opponi. vt l.error §.de iuris, & fac.igno.cum sua glo.& ar.j̃.de fur.l.manifestisimi.§.finautem dubius. Aut fuit omissa ex certa scientia, vel per error̃ iuris, & non põt postea opponi, vt hic, & in d.l.error.& hoc quando impotentia est respectu personæ constitutæ, sinautẽ re, spectu causæ in qua non potest constitui procurator, tenuit glo. quòd litis contest.non potest opponi. j̃.de adult.l.quamuis indubitati. Sed Fran.Accur.contra.cuius opi.puto veram.vt ibi plene scripsi. Quæro iuxta prædicta, quid si quis potest esse procurator, sed non habet ius suscipiendi mandatum vel exercitium sine licentia superioris, vt in istis religiosis. vt in cle.religiosiis.de procu.ante lit.cum eo contest. potent hæc exceptio opponi. puto q̃ sic, quia defectus iste non potest suppleri per aduersarium etiam expressim consentientem. Nec ob.l.non eo minus.vt. j̃.eo.vt ibi dicam. Item quia talis defectus concernit magis exercitium rei, & per consequens quẽlibet iudiciarium merito in quolibet actu potest opponi. Quæro tunc si impotentia sit in persona dunt taxat constituentis: quia inhabilis est, vt tutor ante litem per eum contestatam. vt §. eo. l, neque. vel pupillus sine tutoris autoritate, vel iudicis defectum tutoris supplentis, vt ibi dixi, an ab his ante lit. contest. constitutus post litem per eum contestatam possit repelli. Et videtur, quòd non per l.non eo minus. j̃.eo. Ego puto quod sic: quia in tutore constituente deficit essentiale diffinitionis, quę requirit constituentem esse dominum. vt.ff.e.l.j. Item quãdo pupillus constituit deficit solennitas intrinseca a iure requisita, & sic in se actus est nullus. vt ff.de pub.l.quæcunque.§.fi. igitur post lit.contest. debet posse opponi. vt.j̃.eo.l.licet. Ad.l.non eo minus respondeo, quod post sententiam prospere gestam non potest vt ibi, sed ante sententiam non negat l.illa. & ideo ad impediendũ futurum processum non potest opponi. sed ad tollendum iam factum, vbi minor ei cohærere velit, vt ibi dicam secundum Per. Nec obstat, quod de ætate notatur. §.l.proxi.in glo. super verbo non iuste. quia illa in constituto. hæc in constituente. Præterea illam glo. non puto veram. vt.§. dixi in 6. contrario. Ex prædictis patet modo euacuatam materiam huius.l. & plenius quam in
8 scriptis doc. viderim. † Vltimo gl.hic no.quod causa principalis & appellationis sit vna & eadem. Contra quod op.de.l.eos. in prin.j̃.de appel.& de.l. cum apud.ff.iudi.sol. Et quia glo.non sol. dic quod hæc.l.non probat.tamen veritas est, quod instantia est diuersa.causa vero est eadem specie, non numero, licet conueniãt in aliquo, vt scripsi in l.inuitus.j̃.e.& ibi no.Cy.in vlt.q.

ADDITIO.

a ¶Debent opponi. Et adde, q̃ si aduocatus, qui ante litem contest. nõ opposuit talẽ exceptionem dilatoriam, si postea vult opponere, punitur in vna libra auri quæ est hodie 96.ducatorũ. tex.est in l.pe.infra.de excep.Spec.in ti.de aduo. §.j.ver.itẽ q̃ post.& in titu.de excep.§.iii.uer.porro.ad fi. Item pro ampliatione istius materiæ, adde q̃ idem in exceptione declinatoria fori. tex.est in c.in ter monasterium.de re iu. Item adde idem esse in exceptione pendentię litis, q̃ post litem cõtest.opponi non potest secundum Bal.in l.peremptorias.in vlt.q. j̃.sen.rescin.non pos. Item adde idem esse in exceptione præuẽtionis, quia est declinatoria fori, & debet ante lit.cõtest.opponi secundum Bal.in aut. sed nouo iure.in pe.col.in vers.sed pone in ciuitate Perusii.infra.de ser.fug. Itẽ adde idẽ esse in exceptione, quod delegatio est facta vltra vnam dietã, cũ sit dilatoria secundum Anto.de Bu.& alios in c.dilectus filius saracenus. de rescri. intel ligẽdo & limitando vt ibi per.d.Ant.& d.Fran. de Are. in consi.8 incipi. diligẽter cõsideratis.in 4. col.in prin.& adde, quod vult glo. in c.nonnulli, in ver. vltra duas dietas. de rescrip. & gl.in c.cum in multis.in vers.quorum, de rescri.in 6 limita tamen prædictam regulam.11.modis. & vt late per do.Ias.hic, quem uide. Item adde, quod habetur hic per d.Franc.de Are.

LEX XIIII.

1 *Maritus vxoris procurator esse potest.*
2 *Sententia lata contra procuratorem minoris an valeat.*
3 *Acta contra procuratorem minoris an valeant.*
4 *Minor vel ipsius procurator quando possit repelli.*

a **Non eo minus.** [a] Diuidit in duas. Primo qõnem decidit, & simul rationem dubitandi reijcit. secundo rationem decidendi annectit. secunda ibi. minori bus enim. Casus. Sententia lata pro procuratore minoris licet minus legitime constituto est valida, non si aduersus eum sit lata.
1 hoc dicit. † Nor. quod maritus potest esse procurator vxoris. concord. §. eod. l.i. non curator. vt insti. de excu. tut. §. pen. & not. in l. maritus. j̃. qui da. tu. pot. Item quod inducta in fauorem non sunt retorquenda in læsionem. concor. §. de leg. l. quod fauore. Item attende, q̃ licet hæc lex loquatur in adulto: idem tamen dicendũ
b est in pupillo, [b] qa in eo est eadẽ ratio. & ita no. §. e.l. neq. in pe. gl.
2 † Op. cum gl. fi. q̃ sicut non valet contra eum, ita non debet valere

ADDITIONES.

a ¶Non eo minus. No. subtiliter secũdũ do. Ant. de Ale. quod per hunc tex. probatur quod non valet iudicium, quod quis gessit tanquam procurator, si mãdatũ erat inualidum, & uelit ualere tanquam gestum a coniuncta persona, paret hic in marito, qui tanquam coniuncta persona uxoris potest agere sine mandato. l. maritus. in fra. eod. & tamen si egit uigore mandati inualidi non ualuisset iudicium ex alio capite, quia fuit coniuncta persona, patet quia hic sustinetur fauore minoris ætatis. Tu aduerte, quod non est in se uerum, prout dixit domi. Iaso. May. supra eod. in l. exigendi. sed iste text. male ponderatur qd̃ hoc, quia non est uerum quod in hac l. maritus sine mandato potuisset agere tanq̃ coniuncta persona actoris. cum in ista l. uxor haberet curatorẽ, ut expresse dicit tex. quo casu coniuncta persona non admittatur l. senatus. ubi Bal. not. infra. qui accu. non pos. nide domi. Iaso. May. in d.l. exigendi. §. eodem.

¶In pupillo. Et ultra istam extensionem extende tribus aliis modis positis hic per do. Ias. May. quem uide & limita prout ibi per eum.

a lere pro eo ar. ff. qd quisq; iur. l. j. & per totum. Solu. q illud verũ qñ priuilegiũ ad impetrationem ꝑceditur. vt eo. ti. l. iij. Hæc ſol. nõ eſt expediẽs ad caſum noſtrũ, ideo dic melius q in priuilegio a l. ꝓceſſo. hẽt locũ l. noſtra. In impetrato vero dic in codẽ facto nõ retorquet ꝯ eũ, alias priuilegiũ ſibi nõ ꝓdeſſet, ſed in alio ſimili ſic. vt ibi. Quæro ab extra tex. ille loquit in ꝓcuratore minoris, ſed qd in ipſo minore, q p ſe iterfuiſſet in iudicio. R. ſi. gl. in l. j. ꝯ. q

3 legi. plo. q idẽ ar. huius. l. Quidã ꝯ. vt hic p Cy. dicã ibi. † Quæro, 2. qd ſi nõ dũ eſſet hic lata mnia, an acta prius facta tenerent. dixit Mar. ſil. q ſi proceſſus eſt publicatus, vel in caſu publicationis, & geſta ſunt vtilia minori, qa ſit in caſu victorie, quod tunc valet, aſs in eius detrimẽ. ſi nõ valeãt. Vbi aũt proceſſus nõ ſit publicatus, nec in caſu publicationis: qa nõdũ, ꝓbationes factæ, nec dilationes datæ ſunt, ꝓcurator põt repelli, & ꝓceſſus erit nullus ſm eũ. Iac. vero de Raue. aliter dixit. fatet enim ꝓcuratorẽ ſp ante ſniam poſſe repelli. ſed ꝓceſſum iã factũ inqt ipſe poſſe validari ipſo mi nore iterueniẽte poſtea cũ tu. auto. vel eius ꝓcuratore legitime ꝓ ſtituto cõparẽte & ꝓſequẽte. Ego puto, q ipſe ſibi dicat ſane in

4 telligẽdo ipſum. † Iõ ꝓ ei[a] declaratiõe dico q duæ ſunt qõnes. Prima an ꝓcurator ipſe vl' minor poſſet repelli li. ꝓreſt. & puto, q ſic, & ipſe Ia. & Pe hoc dicũt. & dixi. §. l. pxi. aut q̃rit an ipſis repulſis poſſit ꝓceḋi ad vlteriora cãæ. & tũc aut minor vel ei' ꝓcurator ꝯ dicit, & tũc ad vlteriora ꝓceḋi nõ põt, & aduerſario iſtãte, ar. hui' l. aut minor iſtat, vt ꝓceḋat aduerſario ꝯdicẽte. & tũc aut minor ipſe nũc cõparet legitime, qa cũ curatoris autoritate, vel cõparet ei' ꝓcurator ſolẽniter ꝓſtitut'. & tũc dico, q ꝓceḋi dẽt, & põt, & acta pri' facta, q̃ erãt i ſui validitate dubia nũc validabũt idubie, adeo q ſnia, q̃ poſtea ꝓtigeret ferri ꝯ ipſũ minorẽ, nõ poſſet iſtrigi. ar. ff. de. iu. l. ſi idcirco. & j. de ad. tu. l. ſãcim'. Potuit. n. minor ratũ hr̃e & ſi hr̃e, q ꝓ ſe ĩtroductũ erat. vt. ff. d mi. l. ſi iudex circũuẽto.

ADDITIO.

a † Pro eo. Adde Spe. in tit. de mino. §. iij. ver. quid ſi minor. qui dicit, quod ſi oppo nitur ante ſententiã, quod iudex non debet vlterius procedere, quia iudicium non debet claudicare. ramen Ioan. And. ibi dicebat, quod minor ſit repellendus, quamuis geſta ſint in eius fauorẽ, tũ tenebit, & habit cũ curatoris autoritate vt feraẽ li. ia. & ita ibi dicit tenere Iac. de Are. ar. l. id quod. §. i. de reſcin. vẽ. & eandem opi. dicit tenere V ber. de bobio, cum quibus ipſe tranſire videtur.

LEX XV.

1 *Procurator de quota litis paciſcens repellitur.*
2 *Paciſcens de quota litis litem redimere dicitur.*

1 Item Catus. † Procurator pactus de quota litis eſt repellen
a dus, h. d. vel ꝓcuratoris officiũ dẽt eſſe gratuitũ, [a] & pa
ciſci de quota lit. ei nõ eſt pmiſſum. No. vltra illa duo, q reprehẽ
2 ſione digna nõ ſunt attrẽdẽda. Itẽ † qd paciſcẽs de quota litis dr̃, & p̃timũ redẽ pro r litis. Et ꝓcor. §. de poſtu. l. ii q, & circa hoc vide, q ibi ſcriptũ, & ſi q̃ras, qd faciet hæc. l. ad titu. R. ſi, ga hoc, pbato, re pelli dẽt, & ſimuiter puniri vt hic in gl. ſi, & vide ff. mã. l. ſi remune rãdi. §. Manus, & qd ibi notatũ. Opp. cũ gl. q mãdatũ nõ dẽt eſſe gratuitũ. vt d. l. ſi remunerãdi. in prin. l. ſalariũ. ĩ eo. ti. ſol. vt in glo. & plene diſtingue, vt no. in d. l. ſalariũ, & dixi. j. man. l. aduerſus.

ADDITIO.

a ¶ Debet eſſe gratuitum. facit. l. i. & ii. ff. mandati. Et adde, quod eodem modo officium tutoris, & curatoris debet eſſe gratuitum, & ſic tutor & curator non debent habere aliquod ſalarium, quia tutela eſt onus. inſti. de excu. tu. in princ. ni ſi iudex ex aliqua cã in certo actui ſalariũ cõſtituereet ſm Bar. in l. a tutoribus. §. i. ff. de admi. tut. gl. in l. j. §. j. & ibi Bar. ff. man. quantũ tñ ad ꝓcuratorẽ, vt co gnoſcas quæ actio cõtra eũ detur, diſtingue ut p Bar. & alios hic Cy. in rub. §. e. in j. q. Bar. in l. j. in prin. vl. q. ff. eo. & in l. naturalis. §. pe. ff. de ꝓſcri. uer. in j. no. p illum tex. quẽ Paude Ca. ibi ad hoc reputat. ſing. p Bal. in l. pe. q. j. manda.

LEX XVI.

1 *Procuratori non datur poteſtas alienandi in mandato generali.*
2 *Vel, dictio inter diuerſa poni debet.*
3 *Procurator ſine mandato ſpeciali quando alienare poſſit.*

Procuratorem Primo dictũ i g ñe, ſcẽo iſert ad ſpe-
ciẽ. ſcẽda ibi, vñ. Cas'. Procurator vl'
1 actor ſine mãdato ſpãli nõ põt vẽdere rẽ dñi i ei' p̃iudiciũ. † No.
a qd i gñali mãdato actori ĩtelligũt data prãs alienãdi. Itẽ q illa ver
ba fecit eũ actorẽ factorẽ & ſui nũciũ ſpãlẽ nihil opãt' i his, q̃ exi
2 gũt ſpãle mãdatũ. Opp. hec dictio, vel, dẽt ſtare ſzer diuerſa. vt l. il
le aut ille. ff. de ver. ſig. ſed g libet ꝓcurator ẽ actor, qa negotia dñi
agit. ut ff. e. l. j. ergo hic nõ ẽ poſita iter diuerſa. Sed q iſtud verbũ,
actor, eſt equocũ, & qñq; ſumit p factore ſeu caſu delione ꝓſtitu
to a dño ad ei' negotia gerẽdã, & tũc obſ. q̃rũ. & tũc ſolue, q in
qualitate & ꝯdone ꝓſonę ẽ dr̃ia, ſed diuerſimode, qa qdã dixerũt
q ꝓcurator dẽt eſſe liber, ſed caſualdio ẽt ſeruus, ſed Hu. dixit to-
tũ eõ & melꝰ vt i gl. qñq; ſumit, p actore ꝓſtituto a quaſi dño, vt
a tutore & procurator dicitur, qui a domino cõſtitut' eſt, de quo
actore habes. §. eo. l. neq; & talis actor dẽt eſſe ip liber vt in glo. &
3 tunc not. quod actor tutoris non hẽt ꝓtãtem alienandi. † Op. 2. q
procurator poſſit alienare abſque ſpãli mandato, vt ff. eo. l. procu
rator cui libera. Sol. tribus modis vt i gl. 2. & 3. & eſt ꝯ. d. l. procu
rator cui libera. tene glo. primam, quã tenent doct. Et attẽde ſub
tiliter modũ loquẽdi gl. Nam gl. vol ẽs ſolluere ꝯdicit. Ego fateor
q ſufficit generalis cũ libera, & q iſte tex. dicit de ſpeciali manda-
to. expone. i. expreſse, nõ autẽ nominatim ſpecificato, vt ſumit. ff.
e. l. Pomp. in prin. Ex quo no. q q̃dã ſunt expreſſa & ſpecificata.
quædã ſunt expreſſa, ſed nõ ſpecificata. q tene mẽti pp materiã
ſubſtitutionis breuiloquę, & cõpẽdioſã, de qbus dicet. j. in l. in te
ſtamento. j. de teſt. mil. & in l. pcibus. in fi. j. de ꝓc. & alijs ſubſt.
Item not. q aliud eſt, qd dici exp̃ſium, vt hic, aliud noſatim. vt d. l.
Põp. Itẽ, q hoc aduerbiũ ſpãſr eſt equocũ, vel gñale ad ſimplr ex
preſſum, & ad noſatim ſpecificatũ. Op. 3. qd hoc nõ foret manifeſtũ, vt hic dr̃, ga tũc veriſiẽr iſti nõ, ꝓceſſiſſent ad hmõi ꝯctũ. Sol. q hęc lr̃a ſi dicit, q eis eẽt manifeſtũ. ſed q de iure, & de iure hoc eſt manifeſtũ, vt patet in ll. alle. in gl. 3. Opp. 4. q ẽt ſi ex volũtate dñi nõ ꝓceſſerit, adhuc teneat vẽditio. vt j. e. l. ſi ptiũ. Sol. vt i ſeq. gl. videlicet, qd ibi volũtas ſecuta fuit, q ſufficit. Ex hoc not. q ſi alicui mãdat, vt certum qd faciat de volũtate, vel ex volũta. talis, ſufficiet volũtatẽ illius ſeq. facit l. ſi. j. ad Macc. & l. ſinaũt. ff. de aqua plu. arc. & ibi p Bar. Op. 5. qd ad dñm trãſferanẽ res a ꝓcurato
b re gñali vẽdita[b] vt ti. de ꝓc. Sol. vt in ſeq. gl. videlicet, q hęc i reb. q̃ ſeruãdo ſeruanẽ, illa in reb. q̃ corrũpunt. Op. 6. ab extra. qd etã ea, q̃ ſeruanẽ poſſit vẽdere. vt ff. de contraben. emp. l. rem alinem. Sol. q in præiudicium ſui põt vt ibi, non domini, vt hic. Quæro modo, an precium ſolutum emptor repetere poſſit. & qua actione. & dic, vt in gl. & plenius, j. eo. l. ſi precium. & ibi dicetur a quo.

ADDITIONES.

a ¶ Nil operantur. Vide. d. Fran. de Are. qui hoc idem tenet.
b † Res a procuratore generali venditæ. Adde an procurator generalis qui nõ ha bet poteſtatem alienandi, ſi alienet nulliter, an poſit conſequi nulliter aliena ta vigore legati eidem facti de omnibus per eum adminiſtratis. & vide de hoc Roma. ſing, ſuo. 13 2. inci. volo tibi dare mirabilem caſum.

LEX XVII.

1 *Procuratorum triplex ſpecies.*
2 *Procuratoris officium nemo cogitur ſuſcipere.*
3 *Procuratoris officium, an ſit neceſſarium.*
4 *Tacens, & ſciens, an dicatur conſentiens. & volens.*
5 *Relatio, vel demonſtratio non ſit de non ente.*
6 *Procurator, an teneatur appellare. & nu. 8.*
7 *Defenſor quando teneatur defendere.*
9 *Procurator an teneatur proſequi appellationem ab interlocutoria.*
10 *Appellationem a diffinitiua proſequi volens an audiatur.*
11 *Accuſare qui poſſit in publicis criminibus ſine conſenſu offenſ.*
12 *Appellationem quando quis teneatur ſecundo proſequi.*
13 *Actor conſtitutus a tutore quando poſſit appellationem proſequi.*
14 *Procurator tenetur ſuſcipere domini defenſionem.*
15 *Appellationis cauſa an ſit eadem cum principali.*

1 Inuitus † Pro euidentia dicendorum præmitto, quod pro
curatorum lato ſumpto vocabulo triplex eſt ſpe-
cies. quidam ſunt procuratores, quorum officium eſt publicum
autoritate, & vtilitate, quale eſt officium procuratoris fiſci, & rei-
pub. de quo. j. ſi aduer. fiſc. l. fi. §. fi. & j. de iure fiſ. & iure ha. fiſcin
varijs. ll. & ff. de viu. l. Gayus. & iſtorum officium eſt neceſſarium
tam in ſuſcipiendo, quam in ſuſcepto exequendo, vt ff. de mune.
& ho. l. munerum, & l. ſi quis magꝭtatus. & de regu. iu. l. 2. & j. de
appell. l. hi qui ad ciuilia. & de talib. nõ logẽ lex nr̃a. q dã ſunt ꝓcu
ratores autoritate publica, ſed vtilitate priuata, vt ſunt tutores
& curatores, & iſtorũ officiũ ſiẽr eſt neceſſariũ. in d. l. 2. de ver. ſig.
l. pupillus. §. min'. & inſti. de exc. tu. Sed dubitari põt de actore ab
eis iudicis decteto cõſtituto, & illius officiũ ſiẽr dico auto. publi
cum, ſed vtilitate priuatũ. ſed an teneat appellare, & ꝓſeq. j. dicã.
Quidã ſunt ꝓcuratores autoritate, & vtilitate priuata. & de iſtis
loquit. l. nr̃a. & iſti q̃ñq; ſunt ꝓſtituti ad negotia, & de eis nihil ad
nos. q̃ñq; ſunt ꝓſtituti ad iudicia, & de eis logẽ. l. iſta. Itẽ pmitto qd
hæc. l. duas hẽt lecturas, vna eſt, quod tota loquat in ꝓcuratore
actoris, & quod per tex. dicit (Nec de defenſore) intelligat in cã
recõuẽtionis. & hãc ponit gl. magna in prin. & eã, pbat. Alia lec-
tu. ẽ, quod vſq; adver. ſed nec. logẽ i ꝓcuratore actoris, poſtea rei.
& hæc vera, & ita diuidas legẽ iſtã in duas partes principales, & q̃
libet ſubdiuide in duas, vel ut magis gñaliẽ loquamur, diuide in
iiij. qa primo unũ dictũ. ſcẽo dubij cũ exceptione remotio. ter-
2 tio dicti extenſio, quarto partes p ſe patẽt. † Summarie hoc inten
a dit. Procuratoris, vel defenſoris officiũ inuitus nõ ſuſcipit, nec ſu-
ſceptũ ultra actũ appellãdi extẽdit, cũ fidẽ ſuſceptã implere ſuffi-
cit. Caſum in terminis p re pone, ut lr̃a iacet. & notabilia collige
ex ſummario. Venio ad oppoſitiones, & ad primã partẽ oppono
& extra glo. q inuitus qs cõpellat ſuſcipere officiũ ꝓcuratoris. na
ꝓcurator fiſci cõpellit inuitus ſuſcipere, ꝓcurationem fiſcalẽ. Qd
patet, qa munera publica quis cõpellit. ut ff. de mune. & ho. l. mu
nerũ. §. iudicãdi. & l. ſi quis magꝭtatus. & de reg. iur. l. 2. & j. de ap
pel. l. hi qui ad ciuilia. Sol. q curatorũ tres ſunt ſpecies, Quidã ſũt
autoritate, & utilit. publica, & quidã autoritate publica. ſed & vti
litate priuata. & oẽs iſti cõpellũt ſuſcipere, qdã autoritate, & util-
litate priuata. & iſti nõ cõpellũt, & de his logẽ hic qd latius decla
3 ra in euidẽtib. dixi. † Opp. 2. & extra. qd ꝓcuratoris officiũ ſit ne-
ceſſa-

ADDITIO.

a ¶ Inuitus non ſuſcipit. & dic, quod ſecus eſt in aduocato. l. j. §. ait prætor. el. j. ff. de poſtu. & l. prouidendum. verſi. ſi quis vero monitus. j. de poſtu. & duplicem rationem diuerſitatis aſsigna, vt per Bal. hic. in j. no. item adde, quod ſecus eſt in doctore, qui poteſt inuitus cogi ad conſulẽdum. l. in ſacris. vbi gl. & Bar. no. j. de præſacri. lib. 12. & per. d. laſ. May. l. eum qui. §. eo.

ceſſariũ, vt ff. e. l. j. §. vſus. ſo. qd ibi ſumit necẽſſario, p vtili. Vel die q vſus ꝓcuratoris eſt neceſſarius ex parte ꝓſtitutẽtis, vt ibi, nõ ex parte ꝓſtituti, vt hic. Itẽ ex parte ipſius ꝓſtitutẽtis neceſſitas nõ eſt ꝓciſa, ſed cauſatiua, ne aliꝭ plura incõmoda hoies q p ſe nõ poſſẽt, vel nollẽt, paterenẽ. Fallit i illuſtrib. q neceſſario habẽt litigare p procuratorem. vt j. eo. l. pe. cũ auth. ibi poſita, rões ibi ſcribam. Oppo. 3. & extra. quod ex parte conſtituti officiũ ſit neceſſarium, vt §. de poſtu. l. quidẽdũ. §. ſi qs nõ monitus. & ff. in e. ti. l. j. Solu. ibi in aduocationis officio, hic in ꝓcuratore, rõ forte fuit, q aduo cati officiũ eſt quodãmõ publicũ, & eſt honorariũ. ſed, ꝓcuratoris eſt vilиſſimũ, nec eligebat de publico, vt aduocati. Op. 4. & nunc intro glo. & ſic ſi iuitus qs nõ cõpellit, vt hic, ergo & g libet alius, q nõ ſit inuitus, cõmpellit. Sed hoc falſum, qa tacens nõ cõpellet vt ff. e. l. filiusfamilias, §. inuitus. Sol. vt ſentit, j. glo. ſcilicet, qd in iſta materia inuitus ĩtelꝭ, q voluiſſe nõ, pbat. vt l. filiuſ. §. inuitus. in ꝓriũ allegatus, & ſic tacẽs in iſta materia, p cõtradicente habe-
tur. l. licet, alias tacẽs, qñq; pro ſentiẽte habeat. Ex iſta gl. q̃ ſic i-
tepretatur. §. inuitus, nota conſentire, & velle idẽ ſunt, vel impor
4 tãt. † Sed 5. opp. & extra. q ſciẽs & tacens nõ habeat pro cõtradi-
cente, ſed pro cõſentiente, & volente. vt ff. ſi ſerui. vendi. l. ſi a re.
& j. de acq. poſ. l. minus inſtructus. So. q interdũ tacẽs teneẽ id fa
a cere, vel cõſentire, & hr̃ pro conſentiente [a] vt in cõtrarijs. Inter-
dũ non teneẽ id facere, vel conſentire, ſicut in caſu nr̃o, & tũc ha
betur pro contradicente. vt d. §. inuitus. Opp. 6. qd homo tacẽs ſit
medius inter ꝓſentientẽ, & contradicentẽ. vt ff. de regu. iu. l. is qui
tacet. & de exercito. l. j. §. ſi is q nauẽ. & de iti. l. j. §. ſcientiã. Pro ho
rũ, & aliorũ contrariorũ ſolutione ſciẽdũ eſt, q hæc materia eſt
brocardica, & in ea velut dubia doctores varijs modis, pceſſerũt,
b nã gl. in d. §. inuitus. rẽam facit dicens, qd qui tacet [b] ꝓſentire vr̃.
Caſus aũt contrarij ſunt caſus ſpeciales, ſed in d. l. is q tacet. gl, fa-
cit rẽam, vt tacere ſit mediũ, vt vult ſibi litera. ſed q̃ñq; applicet ex
aliqua cã ſpeciali alicui extremorũ. Iac. vero de Are. & Pe. dixerũt
econtra ad primos, vt tacens dicat ꝯdicere, fallit in caſib. cõtrariis.
Dñs meus in materia iſta procedebat ſic diſtinguendo. Aut q̃rit
de vera, & ꝓpria taciturnitatis eſſentia, vel ſignificatione, & tunc
tacẽs q̃tumcunq; ſciens non ꝯdicit, nec ꝓſentit, ſeu medium inter
ea tenet, vt ff. de reg. iur. l. is q tacet. Aut q̃rit de iuris fictione in in
terpretatione, vel extenſione, & tũc aut in caſu illo occurrẽti repe-
tiẽ media iuris diſpoſitio, & tunc illam ſeruamus, nec ad aliqd
extremorũ extendimus, vt eſt videre. ff. cõi diuidũ. l. fabinus. & de
exerci. l. j. §. ſi is qa nauẽ. & de iti. l. j. §. ſcientiã. Aut in caſu illo nõ
reperit iuris diſpoſitio media, & tũc aut tacens tenebat, & de iu-
re illud facere, vel ꝓſentire: & tũc tacẽs vr̃ conſentire. vt ff. ſi ſerui.
ven. l. ſi a re. & j. de acq. poſ. l. minus inſtructus. & ff. de rei vẽ. l. q-
dã mulier. & ſol. ma. l. 2. §. volũtate. & de acq. re. do. l. qua rõne. §. in
terdũ. In dubio. n. qs vr̃ velle id ad qd teneẽ de iure. Aut tacẽs non
tenebat illud facere, vel ꝓſentire: & tũc, Aut tacẽs eſt inhabilis ad
extrema ꝓſentiũs, vel ꝯdictionis, qa mẽte captus, vel furioſus, &
tũc in actib. exigentib. exp̃ſum ꝓſentiam, vel ẽt tacitũ hr̃ p diſſẽ-
tiẽte, & ꝯdicẽte. vt ff. lo. l. q ad certũ. Nec ob. ff. ſol. ma. l. 2. §. volũ-
tate. vbi hr̃ p ꝓſentiẽte: qa ibi text. ille dẽt ĩtelligi, qñ nõ hẽt cãm
ꝯdicẽdi, vt ibi no. & tũc, qa tenebat actũ illũ facere, vel ꝓſentire,
merito hr̃ p ꝓſentiente. & ſic cadit ſub ꝓceḋẽti mẽbro nõ ſub iſto.
In actibus vero exigentib. ſolũ factum, vel ꝯdictionẽ tacens ſin
gũt cõſentire, vt de neg. ge. l. 3. §. furioſi. & §. curatores, & ita notat
Accur. ff. de reg. iur. in l. in negotijs ꝓhen. Aut tacens eſt habilis
ad extrema ꝓſentis, vel ꝯdictionis: & tũc, Aut tacet fraudem, vel
deceptionẽ alterius: & tunc in eius odiũ, & pœnã cõſentire ſin-
gũt. vt §. ad Velle. l. ſi ſine. in fi. Aut tacet ſine fraude, & deceptione
alicuius: & tũc, Aut in actu illo tractat immediate de eius cõmo
do, & hr̃ p ꝓſentiẽte. vt ff. mã. l. ſi remunerãdi. §. q paſſus. & l. q pa-
tũr. Aut in actu illo tractat de eius incõmodo, & tũc ſi de eo obli-
gãdo, hr̃ p ꝯdicẽte. vt hic. & ff. e. l. filiuſ. §. inuitus. & ff. de ſer. urb.
prę. l. inuitũ. Fallit fauore publicę vtilitatis. vt ff. ad mun. l. j. & fa-
uore pupilli. vt ff. de fideiuſ. tu. l. cũ oſtẽdimus. §. pe. ſinaũt de alio
eius ꝓtidicio tractet, vt forte de exceptione aduerſus eũ parãda,
& tũc, Aut tacẽs ſi ꝓdixiſſet actũ illũ ꝓpedire nõ potuiſſet; & tũc
nõ vr̃ ꝓſentire. ſed ꝯdicere. vt ff. de pig. ac. l. grauior. & ibi no. & de
leg. 2. l. titia. §. lucia. & de re iud. l. ſæpe. in princ. & §. j. & §. curator,
& de fur. l. q uas. §. uetare. & de reg. iu. l. culpa caret. Aut ſi ꝯdixiſ-
ſet impedire potuiſſet: & tũc ſi neſciebat ius ſuũ vbiq; durare, cõ
ſentire vr̃. & ſibi imputet, cũ non ꝯdixit. vt ff. de pig. l. fideiuſſor. §.
j. Si aũt ſciebat ius ſuũ vbiq; durare, & tũc videẽ ꝯdicere, & non ꝓ
ſentire. vt ff. q. mo. pignus, vel hypo. ſol. l. ſicut. §. non vr̃. Fallit fa-
uore libertatis, & fauore fiſci. vt j. de re. pig. l. j. & l. ſi hypothecas:
Fallit ẽt fauore affinitatis, & cõiũctionis, vt ff. de pba. l. ꝓcula. &
de do. inter virũ, & vxo. l. q ſi ſeruus cõis. Et ex hoc infert, quod ſi
cõiuncta perſona agat, p cõiũcto illo ſciẽte, & non ꝯdicente, ille
videatur conſentire. & idem dicunt aliqui in multis amicis amici
tia deſcendente prius ex cauſa honeſta. vt ff. de verbor. ſign. l. latę.
§. amidos. & ar. ff. mã. l. pe. §. Lucius. & ita dicebat dominus meus.
Et etiam ſubiungebat, quod ſi coniunctum, & affinem meum p
ſentem, & tacentem conſtiruo ꝓcuratorem, qd ipſe dr̃ conſenti-
re, & non ꝯdicere. & ita limitat iſtam materiã. Cõtra ꝓdicta vide
tur. l. ſi filius. la. 2. ff. ad mace. vbi ſola ſcientia non videtur ſuffice-
read probationem ẽt in coniunctis, vt eſt pater, & filius, ſed aliqd
exterius interuenire dẽt. ſi directo litere, vel nũtij & ꝯdictio nõ fa
cta vel retẽtio lr̃æ. Sol. q ꝓdicta locũ hẽnt qñ tpe actus geſti tacẽs
& audiẽs erat pñs. l. ſi filiꝰ nõ abſens. Ita vr̃ ſentire Bar. in l. quo. n.
§. j. ff. rẽ ra. ha. & ſic ibi de ratificãdo & approbando actũ iã geſtũ.
hic de validitate ſeu de validiori efficacia tribuenda ipſi geſtioni.
Itẽ ibi de actu geſto tanq̃ ex mãdato abſentis, non de actu pmiſſo
5 & geſto abſq; aliquo mãdato allegato. † Opp. 7. ꝯtex. q inepte dicat nec eadẽ, cũ de nõ ente nõ poſſit fieri relatio vel demõſtratio vt l. actor. j. de, pba. nec ẽt extẽſio. ut l. ſed ſi manẽte. ff. de ꝓcat. cu-
ius ꝓriũ innuit hæc lr̃a, ibi in fi. niſi, ꝓcuratoris cã. Sol. q hic loq̃t de, ꝓcuratione ſuſcepta nõ de reiecta, & iõ gl. 2. in prin. ſup uerbo eadẽ. dixit ſponte ſuſceptã. Opp. 8. q hæc dictio, eandẽ, relationẽ facere poſſit nedũ ad ſpõte ſuſceptã, ſed ẽt ad coactã. ut. §. co. l. cũ q. Sol. ut ſequit in eadẽ gl. uſq; ad fi. vel dicab extra, q hic in non adminiſtratore, ibi i adminiſtratore, in quo an ultra actũ appellã
6 di teneat. j. dicã. † Opp. 9. ꝯ tex. & exceptionẽ in eo poſitã. Lqd q ꝓ curator nõ teneat appellare, ut. ff. man. l. ſi ꝓcuratorẽ. §. ſi ignorã-
tes. & j. de appellatio. l. ſi actor. & §. ut cãæ poſt publ. adſit tutor. l.
c j. Et ſolu. ut j ſequẽ. gl. videlicet q actũ appellãdi cogit facere [c] & ſic appellationẽ interponere, ut hic, ſed nõ exercere, ut i ꝓrijs. Itẽ nec appłonẽ interponere, ſi eũ excuſat inopia. ut d. §. ſi ignorãtes. ſed Pla. dixit, q nedũ appellare, ſed ẽt appellationẽ exercere. & ita intellexit hũc tex. q loquit indiſtincte de ꝓcurationis cã. Secũdo inducebat. l. fi. ff. an p aliũ cã appłonis. Tertio a ſimili. ff. e. l. q pro-
prio. §. itẽ q̃rit. Quarto qa ſi appellare teneẽ, ut Accur. fateẽ, ergo & ꝓſequi debet inchoatã ut. ff. cõmo. l. incõmodato. §. ſicut. ſed tene gl. quã cõiter tenẽt doc. per iura. §. alleg. p ꝓrijs, & ultra doc. Dñs meus inducebat iſtũ tex. ad, pbãdũ, q ultra actũ appellãdi, nõ te-
nereẽ tribus modis. Primo ex natura dictionis, ultra, hic poſitæ, q̃
denotat rẽ extra cõſummationẽ, & pfectionẽ ſibi adiunctã. ut. j.
de nõ nu. pe. l. 2. & l. cũ ultra. ſi igit ingt ipſe ultra, ꝓcurationẽ ſpõ
te ſuſceptã cogit appellare, ſequit, q ſnia lata finita eſt, ꝓcuratio.
& ex hoc ſequit aliud, videlicet q p appłonẽ interpoſita nõ cõpel
lit exercere. aſs ſequeret, qd poſt finitũ officiũ ſponte ſuſceptum
dupłr affligeret. ſ. ad appłonẽ ĩterponẽdã. Itẽ ad eã exercẽdã ꝯ iu
ra, q̃ dicũt. q afflicto nõ dẽt addi afflictio, nec una afflictio alterius
eẽ cã. ut. ff. de oſti. p̃ũ. l. diuus. & de epiſ. audi. l. tã demẽtis. Secũdo
, pbat de ſignificato illius uerbi, extendere. nã cũ extẽſio ſit diuer-
ſi ſubiecti uel caſus adiectio. ut ff. de arbi. l. ſi cũ dicas, i prin. & de
iud. l. j. & ij. & de pca. l. ſed ſi manẽte. Seqt, q, ꝓuocatio, ad q̃, ꝓcu-
rationis ſit extẽſio eſt actus extra, ꝓcurationẽ adiectus. & ſi ſic, ſe
qt q extẽſio iſta ad actũ appellãdi coacta, vel inducta vltra nõ de
bet ꝓtendi. qa & ſic nõ extẽdenꝭ ad actũ exercẽdi, qã extẽſio ex
tẽſionis nõ cõceditur, ſicut nec fictio fictionis ut ff. man. l. ſi uero
nõ remunerãdi. 2. & 3. rñ. & de cõd. & demõ. l. mulieri & Titio.
Tertio, q hæc actio ad actũ appellãdi eſt ultra, ꝓcurationẽ ſuſpe-
ctã, ut dixi, & ſic eſt de iure ſpãli. iõ forte q nõ modico labore &
modico dãno ſui ſaluat totũ i' dñi. igit ad appłonis exercitiũ nõ
dẽt cõpelli, qd ſine magno icõmõ & dãno ſui nõ poſſet fieri, cũ
ad iura ſpãlia nõ extẽdãt. & maxime ad caſus, i qbus nõ eſt oĩmo
da rõ, ut j. ſi unus ex pluribus appel. l. 2. & ff. de legi. l. i' ſingulare.
cũ ſi, hæ rõnes dñi mei multũ ſunt coloratæ & ſubtłr dicte, ſed
prima facie uĩ unũ falsũ ſupponere, videlicet q mãdatũ ꝓcuratio
nis finiat ſnia lata, & ſi ita eſt, qño appellat, ſeu eius appło, ꝓdeſt
dño, cũ ad actũ illũ nõ hẽat mãdatũ nec potes dicere uenit ut ne-
gotiorũ geſt. ut ff. de app. reci. l. i. i prĩ. qa tũc nõ cõpulſiue, ſed ſpõ
te hoc faceret, nec pp mãdatũ ut exigit iſte tex. iõ mãdatũ puto
durare uſq; ad actũ appellãdi ſcluſiue, ſed puto dñm meũ uelle q
licet ĩtẽtio ſuſcipiẽtis ſi fuerit ſuſcipere niſi uſq; ad terminũ ſniæ
latæ, tñ lex extẽdit uſq; ad actũ appellãdi, & i hoc ſuſcipiẽte gra-
d uat. Cõcludo igit cũ gl. iſtũ ſi teneri ad, ꝓtectionẽ appłonis. [d] Et
ad l. fi. ff. an p aliũ cã appłonis. R. ſi. primo, ut hic i gl. & ſolu. eſt i ſe
bona; ſed dutinat. Alia ſolũ dat in ꝓrio. ſ. q hic in, ꝓcuratore ſpãli
ad illã litẽ, uel cãm. ibi in gñali ad oẽs, & ſic ẽt ad cauſam appella
tionis. Et hãc cõiter tenẽt doctores. Tertia ſolutio ibi datur, ut ex
ponat ibi (dẽt) pro põt. ſed uiolat illũ text. & an ſit uera patet. j. i
qõne, quæ incipit. Itẽ iuxta ꝓdicta. Ad l. quæ proprũ. §. item quæ-
ritur.

ADDITIONES.

a ¶ Pro cõſentiente. Adde unum, quod no. dixit Bar. in l. Lucius. ff. de admi. tu. ubi dicit, quod pater non obligat pro dote filij, licet inſtrumentũ dicit quod fuit ſoluta patre præſente, & conſentiente niſi dicat, & ſe obligante ut refert hic do. Franc. de Are t. quod dicit eſſe menti tenendum ad not. in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſolu. mat.
b † Qui tacet. Adde de hoc brocar. iſtum in l. ſi filius. nu. 4. uerſi. ſed hoc non obſtã te. & quod ibi poſui in addi. ad ipſum in apoſtil. in uerſi. quod non præſumatur. infra. de peti. hære. ubi late & remiſſiue tetigi hanc materiam.
c ¶ Cogitur facere. limita iſtũ text. dũ uult, quod procurator teneat appellare, ni ſi ſit cõſtitutus ad unũ actũ puta, ad audiendã ſniam. l. liberto. 9. Iuli. ff. de neg. geſ. ãm Io. An. & Imo. in c. nõ iniuſte. de appe. ſolu. niſi ſit actus, i quo ſubſtãtia tur totũ iudiciũ puta ſi ſit cõſtitutus ad litẽ cõteſtãdã; nã dẽt appellare. l. q, ꝓcuratorem dat. ff. e. quæ eſt ad hoc fin. ſecundũ Bal. in c. Nicolao. in fi. de appel.
d † Non teneri ad proſecutionem appellationis. Adde Bar. in l. non cogendum. in prin. ff. e. & in l. cum procuratorib. in fi. prin. ff. de no. op. nun. Idẽ no. Pau. de Ca. conſi. 26. inci. ſuper primo dubio. & poſui in ſtilo parla. par. 1. ti. de adior. uer. item in cauſa appellationis.

ritur. R ñ. j. vt hic in gl. sed quia diuinat, rñde scdo, vt no. in ꝛrio. ſ.
ꝗ aliud in causa appꝛonis, aliud in causa restitutionis in integrũ,
7 vt ibi. † Declaremus hoc, quia ibi sunt duę lec. prima vult, ꝗ defensor in causa restitutionis tencat defendere, in causa restitutæ actionis: & ibi ideo, qui ad aliud nõ erat datus procurator ad causam in integrũ, & restitutionis, nisi ut euitaret iudicium restitutę actionis, & ecõuerso ex parte actoris ad aliud nõ fuit procurator ꝓstitutus in causa restitutionis. i. in beneficio rescindẽdi, nisi vt puniret ad iudiciũ rescissorium. i. vtilis restitutę, meritò in illo sequenti tenet defendere, quasi actus sequens se habeat ad primũ, & ecõuerso ex quadã necessitate antecedentiæ, & ꝓtię, & ideo
11 vt dicit gl. 2. causa censet de appenditiis primę, sed appꝛo non se habet necessario ad primã causam, & sic prima lec. ibi posita non obst. Silr nec secunda, q̃ vult, ꝗ defensor rei in causa principali cogat defendere & in causa restitutionis petere a sinia pro se lata ꝯ minorem restitui se petentẽ. nam ibi ideo teneretur, quia restitutio, quę petit, retro rescindit, & in priorem statũ defensionis reponit, vt ff. de mino. l. ꝗ si minor. §. restitutio. quod nõ facit appellatio, ideo restitutio de appenditiis primæ cause cõmissæ censetur, appꝛo secus. hinc est, ꝗ restitutio proprii erroris veniam petit: appꝛo verò iniquitatem sniæ arguit, vt l. pfecti. ff. de mino. & appꝛo coram superiori discutit, & frequenter in illo loco, & sumptuoso, & procuratori incõmodoso. Restitutio coram eodem, & vt plurimũ in eodem loco, & sic procuratori non grauoso. pdeꝛatis igitur omnib, dicendũ est aliud in causa appellationis, quam prosequi non tenet. aliud in causa restitutionis quã prosequi tenet. Ad aliud verò de l. incõmodato. §. sicut. R ñd. vt sequitur hic. in gl. ſi. ꝗ actus appellandi, & exercendi differũt; quia appꝛo coꝛã vno iudice; prosecutio coꝛã alio, & ideo tractatus sunt diuersi, vt
12 patet j. de app. & j. de tẽp. app. Item ad actũ appellandi cogit magis dispositione, & fictione, vel interpretatione, q̃ virtute mãdati
8 hæc includentis, vt s. dixi f̃m dñm meum. † Concludo igitur, ꝗ procurator specialis & simplex ad causam, licẽt teneat appellare, non ꝓpea tenetur prosequi appellationẽ. Sed iuxta hoc quæ-
a ro, an hęc gl. dicat verũ, [a] dum dicit, ꝗ ab actu appellandi excusatur ꝓp inopiam. & vr ꝗ non, quia in solo actu appellandi non fit expensa, vt ff. de app. l. j. in fi. & l. 2. & quod tex. dicit, debet intelligi a prosecutione appꝛonis, & in casu, in quo prosequi tenet, & sic gl. in hac parte non vr bona, sed Doct. cõiter tenent glos. quia licẽt appꝛo fiat illico in viua voce, tñ impensa est in notario actorũ necessaria, quia sine solone non scribet qualiter a dicta sinia appellauit, & ad quem, & cætera necessaria. & si nõ illico appellet, tũc adhuc maior impẽsa erit necessaria; quia in scriptis habet appellare, & solẽniter, vt ff. de app. l. j. & licẽt ista sit modica impensa, tñ quia nõ est aliqtid, quod cõpensetur cum ea, nec tractatur de iure speciali, sed cõij. ideo eius hr ꝓsideratio, & maximè in præbenda excusatione. & sic non ob. ff. de in inte. rest. l. Sejo. ff. com-
9 mod. l. in rebus, §. possunt. † Itẽ iuxta hoc quæro, quia hęc lex nõ coarctat ad prosequendum appꝛonem a diffinitiua: an idẽ, si appelletur ab interlocutoria. Dic, ꝗ non, quia illã prosequi tenetur, quia omnia sine quibus mandatũ non potest explicari, videntur sub mãdato ꝓtineri, vt ff. de off. eius cui mãd. est iurisdi. l. fi. in fi. & de iurisd. omn. iudi. l. 2. & de procu. l. rẽ mobilem. & l. ad legatum; & ita cõiter tenent. Ego puto versũ tam de æquitate, q̃ de iuris rigore, vbi causa huius appꝛonis examinaret in eodẽ loco; sed vbi in loco diuerso, & remoto; vt maximè euenit de iure canonico, vbi ab ordinario appellat ad metropolitanũ, vel Papam, non vr hoc saltẽ de æquitate procedere; quia non est verisimile procuratorem, quinimmo nec dñm cogitasse, vt euenierẽ casu illo procurator tenearur ad extranea, & remota loca accedere, & in multis periculis q̃ñq; se exponere, dedatamq; suam familiã dimittere. arg. §. de aduo. diuer. iud. l. sancimus, la j. ad fin. l. & ff. de procu. l. sed & hæ. §. non solũ, ver. cæterum. & de hoc ibi per gl. & arg. ff. de arb. l. ſi cũ dies, §. ſi arbiter. & de iud. l. ſi longius. Nec l. quod nisi, j. de ope. lib. habet obstare, quia in liberto loquit, qui magis astringit patrono, a quo essentiã recipit, seu in esse productus fuit, arg. j. de incol. l. ciues, lib. x. & de reg. iur. l. nemo. & l. quod attinet. Nec l. media, §. fi. ff. de ann. leg. quia ibi tractat de lucro legati, hic de remuneratione. Itẽ ibi fuerunt prolata certa verba a testatore, pp q̃ distinctio illa adhibetur, puta si ab vxore nõ decesserit, hic autẽ econtra vr actum, vt de loco discedat, & potissimè ne commoda aliarum procurationum perdat, & ẽt ne procurationes aliorũ susceptas implere desinat, quibus non minus astringitur, q̃ isti, vt hic in fi. arg. l. assiduis, j. qui po. in pig. hab. Concludo ergo, quod in loco remoto, per quẽ auocaretur a negotijs proprijs, ab aliorum procurationibus, non tenet personaꝫ prosequi, sed appellationẽ deferereat, & ne ei imputari posset, dño notificandũ est. Vel dicendũ est, ꝗ prosequi debet per substitutũ, quem facere debet, vel ex potestate sibi a dño concessa, vel a lege, q̃ñ esset iam factus dñs litis, non tñ suo sumptu. Vbi autem potestatem iam non haberet, puto eum non teneri ad prosequendum in loco remoto, sed dominus ipse, cui notificare debet, vt nouum procuratorem
10 in loco illo facere debeat. † Item iuxta prædicta quæro, dixi ſ. ꝗ appellationem interpositam a diffinitiua prosequi non tenetur. sed an si prosequi velit, audiri debet. Et vr gl. clarè tenere ꝗ sic, in l. hn. ff. an p aliũ cau. app. in tertia sol. quã dat ad l. istũ, dũ exponit, debet, pro põt. Sed dñs meus distinguebat sic. Aut vult admitti virtute primi mãdati, & nõ põt, quia illud est finitũ, vt s. dixi. Aut vult admitti, vt quilibet ꝑter mandatũ, & tũc ex parte rei põt satisdatione legitima ꝑstita, & alia obseruatione subiecta; vt s. co. l. exigẽdi. Ex parte verò actoris, si est ꝓiuncta persona põt absq; nouo mandato cũ cautione de rato, vt s. e. l. exigẽdi. & ff. eo. l. sed, & hæ. in prin. & l. Põponius, §. fi. Si verò nõ est ꝓiuncta ꝑsona, non põt sine nouo mãdato, & dicetur actor, vel reus in causa appellationis, vt no. j. si aduer. cred. l. j. & in Auth. de his qui ingre. ad ap-
11 pel. §. illud. & per Doc. j. de appel. l. hi qui. † Ex his infert Cyn. & dñs meus, ꝗ si in statuto cauẽt, quod in delictis publicis, vel priuatis nemo alius possit accusare sine ꝓsensu offensi, & quis accusauerit, vel etiã obtinuit, sed aduersarius appellauerit, in appellationis causa non videat hrẽ cõsensum offensi per supradicta; & appellationẽ non possit prosequi. Et idẽ dicit, si filius habuerit ꝓsensum patris agendi in causa principali, vt exigit per l. fi. ꝗ. necessitate, j. de bo. q̃ lib. non ꝓpea vr hrẽ in causa appellationis, quod est notandũ. Sed, quod primus ꝓsensus videat sufficere ad reintegrationẽ personæ, probare vr tex. ff. de minor. l. 3. §. sed vtrum. ver. & quidẽ. & ibi gl. dicit, ꝗ sufficit ꝓsensus in j. vt ex ꝓdẽnatione possit postea conuenirl. & idem notat in l. fi. §. necessitate, j. de bo. q̃ lib. sic, & hic ꝓsensus in j. sufficiat et quo ad appellationis causam. Non ob. ꝗ de mãdato hic dr, ꝗ inter simplicẽ ꝓsensum, & mandatũ longæ est dria. Nam mandatũ obligat, & astringit: simplex ꝓsensus solũ personam integrat & perficit. Item mandatũ exercitium tribuit iuris alieni: ꝓsensus habilitat ad exercitiũ iuris proprii, & vbi mandatũ intercuenit noꝫ mandantis agi cõuenit, vbi
12 simplex cõsensus noꝫ sui agit non alieno. † Quæro iuxta ꝑdicta, quid si recipit mandatũ agendi appellãdi, & prosequendi, an eius virtute teneat ad appellare, & prosequi. Et vr ꝗ non, quasi de prima appꝛone intellm sit, & nõ de secda, vt ff. qui & a quib. l. mãmonii. & de reg. iu. l. cũ querebat. & de verb. sig. l. boues, §. hoc sermone. Contrariũ tenet per Doct, qa hic indefinitè suscepit mandatũ appellãdi, & prosequendi. igitur æquipolleat vtri, cũ sit eadẽ rõ omniũ particulariũ sub indefinita cõprehensorũ, vt ff. de pig. act. l. si necessaria. §. si annua. & ff. de leg. 2. l. si plutib. in princ. Pro hoc facit, quia cũ primus actus nõ ꝓstimmauerit effectũ intentionis, verbũ illud proferentis intelligi debet de actu et vlteriori, vt ff. de ꝑd. & dem. l. hæc conditio. la j. † Quero an ꝑdicta vendicant sibi locũ in procuratore, quid in actore constituto a tutore. Dic, Aut est vris ad omnia, & tunc nedũ appellare, sed ẽt prosequi tenet. Aut est specialis ad causam illã, tunc idẽ de eo, quod de procuratore, vt j. de app. l. si actor. dixi s. eod. l. neq; vbi per gl. tangit. Vltimo, vt hanc partẽ cõcludamus, & ꝑdicta in vnũ colligamus distingue f̃m dñm meũ. Aut q̃ritur de litigãte ad proprium commodũ totaliter, & tunc ille põt appellare, vel non, vt j. de appel. l. si quis libellos. & de tẽp. appel. l. fi. §. illud. & hoc ideo, quia intẽ propria &c. vt j. mand. l. in re mandata. Aut de litigãte prima facie ad sui cõmodũ, sed effectuaꝫ ad alienũ, vt in fideiussore, q̃ habet regressum ꝯ reũ principalẽ, & in emptore, qui habet regressum ꝯ venditorẽ, & tunc causa est ei certitudinaꝫ bona, & tenet appellare, & prosequi, nisi pauꝑtas eũ excuset, vt ff. mãd. l. si procuratorẽ. §. si ignorãtes. vel nisi dño pstiti, vel vẽditori denunciet, vt appellet, vt j. eo. tit. l. idemq. §. pen. & ff. de euic. l. Hẽrennius, §. Gaia. Aut causa est ei certitudinaꝫ mala, & tunc tenet appellare, quia non cogit de iuris apicib. disputare, nec prohibet bonam fidẽ agnoscere, vt ff. mand. l. si fideiussor. §. quædã. & de admi. tut. l. quoties, §. sicut. & si appellet isto casu, nõ tenet prosequ, quia sufficit facultatẽ prosequẽdi acquisiuisse dño, vel vẽditori. ar. j. de ne go. gest. l. tu. Aut ipse dubitat de bonitate, vel malitia causę. & tũc
b in dubio non tenet appellare, nec prosequi, [b] cũ ſp ꝑsumatur pro sinia, & cum hrẽ malã causam, vt j. ne vxor pro mar. l. 2. & de priuil. fi. l. 2. cũ sim. si tñ appellet, ꝑsumitur credidisse bonã causam se habere

ADDITIONES.

a ¶ Dicat verum. Istam conclusionem gl. reprobat Bar. nã cum appellatio fiat viua voce, l. litigatoribus, infra de app. l. j. in fi. & l. 2. vbi latè Bar. ff. eo. certè non põt esse tanta paupertas, quæ possit excusare ab appellãdo in uoce: immo nec põt esse tanta paupertas, quæ debeat excusare ab appellando in scriptis, cum illa sit minima impẽsa: & sic non est iuera sol. & unã cũ Salic. est D. Alex. hic. & Ric. Mal. & Pul. ibi, & Cano. in c. iniustè, extrã eo. sed ille tex. debet intelligi de prosequutione appellationis, prout hic Sal. nã paupertas bene excusat, si appellationẽ non prosequatur: immo facit, ut non currant fatalia. Itẽ pora data ad prosequendam appellationem. gl. in c. si egrotans, 5. q. 3. & in c. cum diletci, de do. & contu. Inno. in c. ex ratione, de appel. Bal. in l. fi. infra, de cond. insẽr. & in l. acceptam, in c. 3. q. infra de vsu. & in c. si qui testium, in fi. de testib. facit in arg. tex. in l. dum non facile. & quod ibi Bar. ff. si cui plus quàm per l. Fal. & dicit Bald. in l. 2. §. fi quis in iudicio, ad fi. ff. si quis caut. ꝗ Guli. de Cu. euasẽ quendam pauperem a pena furcarum, quia appellauit, & propter paupertatẽ non erat prosequutus, sicut excusatur, qui ratione paupertatis non fecit protestationem f̃m Bald. in c. 3. de referip. tamen tex. in d. §. fi ignorantes. propriè videtur loqui de actu appellandi, patet in uersi. procuraueꝫt autem prosecutionem appellationis. & tũc oportet respondere diuinando, ut fic per Bar.
b † Non tenetur appellare, nec prosequi. Adde de huius dicti ueritate, f̃an procurator teneatur appellare, si sententia feratur ꝯ dñm suum. & an appellationem prosequi, vide Rom. fing. suo 479. incip. Procurator si sententia feratur.

se habere: ideo tenetur prosequi, nisi ꝯriũ probet protestatione, vel alio modo. i. se fecisse animo acquirendi dño, vel vend. tori fa culratẽ, prosequẽdi, vt colligi ꝑt ex no. p gl. in d. l. hẽrẽnius. §. Gaya. vt q̃ñ de litigãte totaliter ad ꝓmodũ alienũ, vt est simplex procurator, & tũc, Aut sit causa mala, vel dubitat, & dic, vt s. Aut sit bona, & tũc, Aut est procurator generalis omniũ cũrũ, & tũc tenet appellare, & prosequi. vt ff. an per aliũ cã appel. l. fi. & ibi nota. Aut specialis ad causam illã, & tũc. Aut fuit expressum ad causã principalẽ & appellationis, & tũc, tenetur appellare, & prosequi. vt d. l. fi. f̃m aliam lec. & nedũ in prima appellatione, sed ẽt in secunda, vt s. dixi in qõne pe. Aut non fuit facta mentio de cã principali, vel appellationis, sed simplr ad causam fuit datus, & tunc, Aut quæris de appellatione ab interlocutoria. & dicunt doc. qd̃ illam tenetur interponere, & ẽt prosequi, sed dic, vt s. dixi in 2. q. Aut quæris de appellatione a diffinitiua: & tunc dic, quod appellare tenetur, vt hic, nisi pauperas eum excuset, vt in gl. sed prosequi non tenetur. vt hic f̃m verum intellectum, sed an spõte pos-
14 sit dic, vt s. in 3. q. † Expedita hac parte transeo ad aliam partem. sad ver. sed nec defensione, & oppo. ꝗ imò defensionem absentis dñi compellatur procurator suscipere. vt s. e. l. actionem, & ff. eo. l. mutus. §. pena. Sol. quod præcise non cogitur, vt hic, sed cautiue sic: qa alias ei absentis nomine denegabitur actio. & sic nõ compellitur remedio compulsiuo. vt hic, sed exclusiuo, vt in contrario, & hoc vult gl. fi. in princ. vsq; ad ver. sed quantum. sed supple gl. vt sane intelligas, l. si hoc ante lit. contest. sit oppositum, & petitum, non alias, vt s. e. l. ita demum. cum si. Sed opp. 2. ꝗ imò remedio cõpulsiuo: quia alias tenetur dño mandati ad interesse. vt ff. man. l. procuratorem. §. si ignorantes. Sol. vt sequitur in ea. gl. vsq; ad ver. alii dicunt. f. quod ad petitionem aduersarii. nõ cogitur, nisi, vt s. dixi, sed respectu domini sic: quia nisi faciat, tenet sibi actione mandati cum omnia videatur mãdasse & ipse susceepisse, sine quibus explicari mandatum non põt. sed hoc limita, si ipsi procuratori erat possibile, & facile satisdare iudicatum solui. alias non tenetur domino ad interesse. ar. ff. de neg. gest. l. sinaũt in prin. & de reg. iur. l. impossibilium. & sibi imputet, quod in habi lem ad satisdandum elegit. Opp. 3. quod nec cautiue, nec exclusiue, nec etiam per actionem aliquam posset cõpelli, qa text. iste rationem subiungit, f. quia fidem suiceptam impleuit & sic si impleuit, quod debuit, nullo modo ad aliud compelli debet, & sic cũ ratio dicti non adaptetur ad istam casus positionẽ, nec ipsum dictũ, qd̃ declarationẽ recipit a rõne. vt j. de interro. l. j. & ff. de calũ. l. hæc actio. & de testi. l. ex eo. sed rũdebãt ipsi, quod hæc rõ referet ad primũ casum huius. l. vt no. in fi. gl. sed rũsio non est ꝗ
grua. qa relatio dẽt fieri ad ꝓxima, si põt, vt l. si idem cũ eo. in fi. & ibi, gl. ff. de iuris. om. iud. Ideo liicet lec. sit in se vera, tũ literæ nõ bũ ꝓuenit, quare alii similiter totã intelligentes in procuratore actoris dicunt, vt euitẽtur prædicta ꝑria, quod iste tex. vnũ suppo nit, & de alio quærit, cui rñdet. Supponit, ꝗ ipse satisdederit de defendendo dñm in reconuentione. sed nunc vult ipsum cogere, vt defendat præcise, ꝗ recusat facere, dicens se paratũ soluere pœnam ad interesse. Cui rñdetur, ꝗ precise nõ cogitur quia sufficit fidem satisdationis receptæ eo implente, qa sic ille satisdationem recipiendo vr contentus fuisse. sed gl. immediate hoc impugnat per l. sed hæc. §. ꝑter. ff. e. sed Iac. Bur. nitebat defendere, ꝗ defendere cogitur, vt ibi. tũ species defensionis est patiendo stipulationẽ cõmitti, & soluere, sicut patiẽdo in pos. venire, vel mitti, vt ea. l. §. fi. Sed truffa est tunc, qa in d. §. ꝑter. cogit ꝑcise, tũ qa patiẽs in possessionẽ venire, nõ dr defendere, nisi q̃ñ dñs, fuisset idẽ factuus, vt no. in d. §. fi. tũ qa pena, vel interesse nõ cõmittit, nisi qa placitis nõ obtẽperat. vt s. de pac. l. si pacto, quo pena. & de trã fac. l. vbi pactũ. ff. de ver. ob. l. stipulationes nõ diuidunt. §. cessus. cũ fi. nõ alii similiter totã. l. intelligẽtes in ꝓcuratore actoris dixerũt, vt sequit in gl. ſ. ꝗ ꝑcise cogi nõ põt a dño absente, vt hic. sed a reo, quẽ ꝓuenit sic. vt d. §. ꝑter. sed gl. reꝓbat p l. si defunctus. §. e. sed dicit Cy. ꝗ illa nõ ob. qa hæc in ꝓcuratore actoris, illa in ꝓcuratore rei, ꝗ quo ꝑsente dñs satisdet, vt no. in d. §. ꝑter. sed licet certe inter istos sit aliqua dria, & sic in se lectura possit esse vera: tũ huic literæ nõ ꝓgruit ꝓp rõnẽ, q̃ hic subiungit, vt dixi. iõ gl. legit quarto f̃m Io. vt prima ꝑs loquat in ꝓcuratore actoris, hęc rei, & subiũgit rõnẽ dubirãdi f. qa publice vtile. est. & c. potes addere, & q̃uis fauorabiliores sint rei, q̃ actores, vt fl. de re. iur. l. fauorabiliores. & hæc lec. vera. & magis amica literæ. Et ad illas rõnes tũ, ꝗ rei sunt fauorabiliores in decissoriis, nõ in cõpulsione officii non suscepti. ad ſ. pe. rñ. ꝗ hæc vtilitas nõ est immediate publica autori. nec vtilitate, sed ꝓsecutiue mediate, & multũ remote, at talia ex ꝓsequentia remota ꝓueniẽtia nõ attẽdunt. vt ff. ad l. rhodi.
de ia. l. nauis auersa. & de auto. ru. l. j. & de au. & ar. l. q̃uis q̃dã. & ex
15 peditæ sunt gl. & lec. † Nũc vltimo gñaliter põt q̃ri, an cã appellationis sit eadẽ cũ principali, & licet Cy. hic plene alleget, ꝗ & sic. Nã cã in gñe sumpta est, res in dicendo posita cũ certarũ ꝓsonarũ interpositarũ iudicis, actoris, & rei f̃m Tuliũ, vt hic inquit Cy. in gl. in l. cãs vel lites. s. de transac. cũ ergo hoc nomẽ. cã, ꝑdicẽt de vtroq; sed q̃ sunt eadẽ gñe. Si aũt q̃rit an sint eadẽ ſpẽ, & dic, ꝗ eadẽ dici pũt ſpẽ, taꝫ diuisionẽ faciẽdo. cãrũ, ſ.
qa alie. ciuiles. alię. criales. cũ ergo cã principalis, & appellationis sit ciuilis, vel crialis & vtraq; ipsarũ vnã ex illis speciebus sibi assumat. sequit, q̃ sunt eadẽ spẽ. qa in eodẽ subiecto, vel facto, ciuilis, vel crialis ꝑdicat de vtroq;. Si aũt q̃rit, an sit eadẽ numero, & dico. ꝗ nõ, qa q̃libet hẽt terminos suos, & limitatos, distinctos, sicut vnus hõ ab alio, nã termini causæ principalis sunt tres anni vt j. de iudi. l. properandũ. termini vero causæ appellationis sunt annus, vel biẽniũ ex cã. vt j. de tempo. app. auth. hi q, nec terminus vnius includit in termino alterius, qa non eodẽ tpe producũtur in esse, sed demũ vna post aliã. Itẽ diuersos hẽt iudices, & diuersæ dignitatis & excellẽtiæ cũ ſp appallẽt ad superiorẽ. vt j. de appe. l, ꝑcipimus. & sic cũ mutet iudicis ꝑsona. nõ ꝑt dici eadẽ cã. Itẽ principalis cã iudiciũ sumit a lite ꝓtest. vt in Auth. de litig. §. omnẽ. & j. qũo, & qñ. iudex auth. q̃ semel. Cã appꝛonis hẽt diuersa tpa, qa alia sunt tpa appꝛonis interponẽda, alia interpositę intimãdæ, & ꝑsentãdæ, alia sunt appꝛonis postea introducẽndæ, alia introductæ. vt j. de tẽ. app. l. j. & 2. & tũ oia ista tpa includunt sub illo anno, vel biẽnio, ꝗ hodie datur appellãtibus. vñ instãtia huius cãæ nõ incipit litis ꝓtest. & nimirũ, qa & in ea q̃ñq; ꝓcedit lite ꝓte. vt j. de tẽp. app. l. fi. §. illud. Itẽ in cã appꝛonis aliqd fieri pmittit, qd̃ in principali, ꝑhibet. vt l. per hãc. j. de tẽp. app. & sic differũt in mediis. cãæ sit differũt in vltimis, qa aliter fert sinia in cã principali: qa ꝑ verbũ absoluo, vel pdẽno. sed in cã appꝛonis pronũciat sinia iusta. vel iniusta, seu bñ appellatũ. & male iudicatũ, vt cõ, vt j. de app. l. eos, & ẽ rõ, qa principaꝫ de iniqtate sniæ cognoscit, de qua appellãs conqueritꝫ, licet ꝓsecutiue de veritate negotii principalis: vt ff. de minor. l. perfecti Itẽ vltimo differunt noꝫ, & tractatibus. ergo nõ dñt dici eadẽ. vt j. de codicill. l. fi idẽ. & licet vtraq; tẽdat ad eundẽ finẽ, & effectũ: qa ex parte actoris, vt a reo debitũ ꝓsequat, & ex parte rei, vt a petitis absoluat. & sic de eodẽ negotio ĩ vtraq; tractẽt. in hæc vr vna quenire cũ alia, rñ nõ ꝓpea dici põt ea. cã numero, nec simplr cũ in pluribus differãt: vt patet ex ꝑdictis. & qa ea, q̃ nõ sunt idẽ numero, nõ sunt ꝓprie idẽ. f̃m Porphi. Ideo ꝓcludo, qd̃ cã appellationis nõ est eadẽ cũ principali. licet de codẽ negotio tractẽt in vtraq;. & iõ ꝓcurator datus in vna nõ intelligit in alia, vt hic. Nec ẽt obstat, ꝗ dilatorie non oppositæ in cã principali nõ pũt opponi in cã appellationis. vt s. e. l. ita demũ. quia non tenet propterea. Ergo sunt eadẽ, vel ea dẽ causa. † Ex prædictis infertur, ꝗ pro eo. salario aduocatus simpliciter exceptus pro defensione causę, non tenetur etiam defendere in causa appellationis. & hæc sufficiant. Laus Deo.

LEX XVIII.

1 *Mulier ad defensionem alterius non admittitur.*
3 *Mater ad defensionem filij auditur, & nu. 2.*
3 *Admittitur in subsidium filij etiam maioris.*

a **Alienam.** [a] Primo mulierem reiicit. secundo consuluit. Casus. Mater repellitur, a defensione filii etiã
1 pupilli, sed dẽt petere tutorem dari. h. d. † Not. ꝗ mulier non admittitur ad defensionẽ alterius. concor. sunt in prima gl. & in-
b tellige ad plenariã, cũ ad aliegandũ causas. absentiæ [b] admittãt. vt no. in gl. magna in fi. ff. eo. l. seruum quoq;. §. publice. Oppo. j. ꝗ non sufficiat ei tutorẽ petere. vt ff. ad turpil. l. 4. non solũ. ſol. vt
2 glo. † Opp. secundo, ꝗ mater ad plenariã defensionem audiatur. vt ff. de appel. recit. l. j. Sol. vt in ead. glo. quia hic in principali, ibi in causa appella. Ratio diuersitatis est: quia maius est periculum appellationis, quia ꝓcedens sinia transiret in rem iudicatã. ideo cautius fuit prouidendũ. vt. ff. de car. edi. l. j. §. sed & si quis. Sed in causa principali hoc cessat. qa ꝯ pupillũ indefensum non põt pueniri ad f̃m decretũ, & sic nec ad diffinitiuã. vt ff. q. ex cau. l pos. ea. l. apud Iulia. Sed o non fuit ita expedients prouideri vt mater admitteret. Ex hoc infert qdã, ꝗ si ad diffinitiuam peruenirl posset ꝯ pupillũ forte ex statuti municipalis dispositione; ꝗ tũc mater ad eius defensionẽ admitteret, qd̃ nõ vr verũ, qa adhuc restat alia differentia, qa in principali nõ ꝓcedit lit. nõ cõtest. sed in cã appellationis sic. vt j. de tem. appel. l. fi. §. illud. & ideo in cã principali necesse est prouideri de persona legitima, cũm qua lis ꝓtestetur

ADDITIONES.

a Alienam. Adde, ꝗ subtiliter ex ista l. no. do. Ant. de Ale. hic, qui d. q̃ licet l. generaliter dicat, ꝗ quilibet admittitur ad defendendum præstita satisdatione. l. exigendi. sup. eo. & hoc sit inductum ob publicam vtilitatem. l. seruum quoq;. §. publice. ff. eo. tũ recipit restrinctionem ad personas habiles. vt hic. & l. quia absente sup. e. quod est de directo contra regulam Bar. cõiter approbatam. l. si quis in grau. §. vtrumque. per illm tex. ff. ad silla. & in l. j. §. nunciatio. ff. de ope. no. num. sequuntur. Guli. Bal. Sali. & Mod. in l. si filius. ff. si cert. pet. Bal. in l. fi. sup. de preci. impe. of. & per eundem Sal. in l. 2. in 3. col. vbi no. limitat. sup. de noxa. d. Alex. in l. si ab hostibus. §. j. in 1. col. vbi alio modo limitat. Tu tamen dic f̃m do. Iac. hic, ꝗ isti tex. nihil obstant, ꝗ loquuntur, vbi vertitur publica vtilitas secundario, nam ꝗ quilibet admittatur ad defendẽdum est principalis vtilitas priuati, licet secundario sit publicæ vtilitatis. vnde attenditur, quod principaliter agitur. l. si quis nec causam. ff. si cert. pe. sed regula Bar. & doc. in locis prealleg. procedit, vbi vertitur utilitas publica principaliter, non autem secundario quod quando sit declarat idem Bar. in l. j. ff. fo. ma. magis obstat tex. in l. de pupillo in prin. iuncta l. præcedenti, & fine præcedentis. ff. de ope. no. nun.
b † Ad allegandum causas absentiæ. Adde Bar. & doc. in alle. l. seruum quoque. §. publice. ff. eo. vbi d. Ant. in c. significantibus extra de offi. de leg. ubi colligit, ꝗ mater agit pro filio. de quo per Bar. in l. 2. per illum tex. ff. de neg. gest.

ſtetē, & iudiciū agitetē. Nō ergo licet ad diffinitiuā ꝯ pupillum in principali ꝓcedi poſſet, maior ad eius defenſionē admitteretur. niſi & lite nō ꝓteſtata ad diffinitiuā pueniri poſſet, vt in cā appellatio
4 nis. †Opp. tertio, ꝙ mulier admittit̄, ꝑ filio, ꝗa admittit̄, ꝑ patre. vt ff. eo. l. feminis. & tū maior rō eſt in filio. ar. ff. quod met. cau. l. iſti q dē. ſol. vt in glo. Primo ſm Vgo. q fatebat̄ ꝓtium: ſed ex verbis glo. non hī. ꝓpa intellectus Vgo. Voluit enim forte dicere Vgo. qd̄ admittit̄ ad agendū pro filio, ſicut ꝑ patre in ſubdiū, vt ibi, nō ad defendendū, vt hic, qd̄ reprobat gl. qa ſi admitteret̄ ad agendū, fortius ad defendēdū. vt ſ. eo. l. exigendi. Itē qa ratio eſt diuerſa in patre, cū ei ꝓſtuli nō poſſit ꝑ adminiſtrationē. qd̄ ſecus eſt in pupillo cui ꝓſuli pōt per tutorē, vt hic ideo mater ſi nō admittit̄ ad defendēdū, vt hic, minus ad agēdū, cū defenſio ſit ſauo uorabilior. vt d. l. exigēdi. & ſic vult gl. qd̄ aliud in patre, vt ibi: &
4 aliud in filio pupillo, vt hic. †Sed tūc q̄ro, qd ſi filius eſſet maior, ita qd̄ ei ꝑ tutorē ꝓſuli nō poſſet. Dic, qd̄ mr̄ tūc in ſubſidiū admitteret̄. ar. huius gl. a rōne ceſſante. & ita intelligo, qd̄ no. gl. vl. in ſi. in l. j. ff. de appel. reci. Sed tunc q̄ro in caſu, quo mulier admittit̄ ꝑ alio, an iuuet̄ velleiano. Gl. in l. j. ff. de appel. reci. in fi. tenet, qd̄ nōne aduerſarius reperiat̄ deceptus legis autoritate. ar. ꝯ, de his q. ve. eta. l. j. & ſ. eo. l. exigēdi. Et idē tenet hic Cy. ſed Bar. tenet, hic ꝯriū, niſi b̄ficio renunciauerit, nā, & vbi ſuſcipit tutelā filii iuuat̄ velleiano, niſi ei renūciet. vt ſ. qñ mul. tu. of. fun. poſ. aut. ma. & auiē. nec inquit ipſe decipit̄ aduerſarius legis autoritate, ſed ꝓpria fatuitate, cū eā nō debuit admittere ſine renūciatione. Iac. de Bel. latius dicebat. Quia aut ꝯrit̄ in caſibus, in quibus admittit̄ ad agēdū. vt in l. feminis. ff. e. & tūc nō iuuet̄ velleiano: qa nō alienā ſed ꝓpriā obligationē vī ſuſcipere. Aut in caſib. in qb. admittit̄ ad defenſionē, & tūc. Aut venit cū mādato, Aut ſine Si. cū mādato, & tūc Aut dñs ſatiſdedit ꝑ ea d̄ iudicato ſoluēdo, & tūc admittat̄, nec velleia. eſt locus, cū in eā nō fiat executio. vt ff. e. l. plautius. Aut ꝑ ea nō ſatiſdedit, ſed ipſe, & tūc velleiano eſt locus. iō repelli p̄t, niſi renūcier, vt d. auth. ma. & auiæ. & ff. ad velle. l. 2. §. fi. ad fi. Et hāc teneo. & ad. l. j. in fi. q̄ dicit intercedere nō vī. rūdeo, vt ex Ira ibi apparet. ibi loquit̄, qñagit, nō qñ defendit.

LEX XIX.

1 *Geſtor negotiorum non poteſt res omnium vendere ſine mandato.*

Si precium. Caſus, pretium conuerſum in vtilitatem domini rem vendicantis dēt emptor re-
1 ſtitu. h. d. † Not. quod geſtores. non p̄ſit res dñorum vendere ſine
2 mādatori: et ſi pretiū velint ꝓuertere in vtilitatē dñorū, [a] vt hic habes. & ideo nō p̄ſit vendere vnū, vt ex precio faciāt ligonizare vineas. In gl. fi. ibi, vel pp officiū iudicis. Dic non principaliter ad hoc implorat̄, ſed ad modū excipiēdi. vt ff. de rei ven. l. ſi emptor.

ADDITIO.

10 uis.ff.de annu.lega. † Item tũc quæritur , an post quadriennium possit opponi per modũ excipiendi.& videtur, ꝓ sic,quia annua ad agendum perpetua sunt ad excipiendum.ĩ.de excep.l.licet.& ff.de excep.do.l.pura.in fi.§.fi.In ĩtriũ est veritas , vt ff.ex qui.cau. ma.l.necnon.§.exemplo. & ff. de iureiurand.l.nam & postea.§.si minor.Non obstant contraria,quia procedunt in his,quorum ,ꝓpositio non est in potestate rei . Vlterius quæri potest, an officiũ rescidens,& vtilis rescissoria possit proponi in eodem libello.& dic,vt dixi in l.quod tempore.ŝ.de rest.mino.

ADDITIONES.

a ¶Vel aliter legitime impeditis . Adde vltra hic notata per Bald.nu.7.uer.opponitur.dicitur hic,quod no.idem Bald.in l.falsam.ĩ.fi ex fal.instrumen.
b ¶Sed pro cõcordia.Tu uide de hoc in l.doli exceptio.§.diuersum.ff.de noua.qd̃ fallit in casu.l.fi.in fin.ĩ.de repu.hære.de quo per Barto. in l.an hostibus.§.sed qd̃ simpliciter.ff.ex qui.cau.mai. Cano.in cap.cum ex literis.extra de integ.rẽsti.& Card.in cle.j.eodem tit.in cle.

Quibus ex causis maiores restituantur. Tit. LIIII.

LEX PRIMA.

1 *Legatis restitutio datur indefensis.*
2 *Defensus non legitime,an restituatur ad totam causam.*
3 *Absens causa studij,an restituatur.*
4 *Absens ex causa necessaria,an restituatur.*
5 *Causa absentiæ voluntaria non probabilis quæ sit .*
6 *Absens ex infirmitate graui cui æquiparetur.*

1 Si propter. Primo dictũ. Secũdo ratio.secunda ibi,nam eos.Casus.† Legatis indefensis condemnatis datur restitutio,sicut absentibus republi.causa.hoc dicit.Not.quod officium legationis est iusta causa restitutionis . Item quod hic restituitur ad totam causam,non ad appellandum tantũ,vt colligit ex illo verbo instaurationem . Item collige , quod in causis ambasiatorum.l. ferias non inducit,alias sentẽtia est nulla ipso iure,vt l.2.ĩ.de fer.

& sic opus nõ esse restitutione. Op. qd̃ non restituatur. vt l. hic q. l. qui dat. ff. eod. Sol. vt in glos. ij. Opp. quod imo sententia sit ipso iure nulla. vt ẗ. de iud. l. properandum. §. j. Solu. quod illud procederet, si lis non fuisset legitime contesta. hic fuit contestata ante absentiam, vt no. in glo. penul. Oppo. quod etiam si lis sit contesta. non propterea valeat sententia, nisi edicta, & citationes legitimẽ præcesserint. vt ẗ. quomod. & quando iud. l. ea quæ. & l. seq. Solu. quod hæc secundum illam debet intelligi. Op. quod etiam defensus restituatur, vt s̃. de procu. l. q absente. Solu. quod ibi potest dici indefensus, quia minus legitime fuit defensus. Oppon. quod imo ad appellandum tãtum, vt ff. de in integ. restit. l. fin. Sol. quod ibi fuit defensus legitime. Vnde fac tria membra, vt in glo. quia aut fuit legitime defensus, & restituitur ad appellandum: aut nullo modo defensus, vel minus legitime, & tunc ad totam causam, dummodo ante absentiam lis fuerit contesta. vt d. l. properandum. Sed ab extra contra vtrunque membrum opp. & primo, vbi fuit legitime defensus nõ restituatur ad appellandum, pbo, quia iure communi veniens potest infra dies decem appellare, vt eo. ẗ. quomo. & quando iu. & authentic. sed hodie. cum ibi no. ẗ. de appella. & sic restitutio non est necessaria, vt l. in causẽ. ff. de mi. nec post hos. x. dies a die reuersionis numerãdos, qa tũc, pter negligentiam. l. non subuenit, & l. ad hostibus. §. fi. ff. eo. Sol. quod hæc glo. debet intelligi post hos. x. dies quos debes intelligere lapsos in eius absentia, vt quia procurator nõ appellauit, quãdo potuit, & debuit, secundum not. in l. inuitus. s̃. de procurato. & sic tempora ipso iure cucurrerunt. Oppo. quod defensus non debeat restitui. vt. ff. eo. l. is qui. Solu. quod non ad totã causam, vt ibi, sed ad appellandum sic. & ita no. Sed tunc oppo. quod prius non debet restitui, quam contra procuratorem egerit, & eum excusserit, & in subsidium ad restitutionem venire, vt l. cũ mãdato, ff. de mi. Solu. confitendo contrarium. & sic prædicta sunt per illam l. limitãda, vt sentit gl. in vna solu. in l. is q. ff. eod. l. licet. aliud esset in gerente officium necessarium, vt l. etiam. ẗ. si tuto. vel cura. interu. vel dic quod in absente causa reipu. l. illa non vendicat sibi locũ, vt videtur sentire gl. in auth. hodie. ẗ. de ap. Et hoc operatur necessitas muneris, & opera quã dedit pro repu. quæ si hoc nunc fauet ei. sic etiam fauet, vt non curetur, an potuerit procura
2 torem dimittere, vel non, vt statim dicam. † Opp. tunc ꝓtra aliud membrum, scilicet quod nõ legitime defensus, vel nullo modo, quia hæc parta sunt, non restituatur ad totam causam, quia procuratorem dimittere debuit, vt ff. de lega. l. eundem. §. j. quod si non fecit est in culpa. & sic hõ debet restitui, vt. ff. eod. l. ab hostibus. §. fi. sed suo iure potest appellare. cuius timore dicit Cyn. qd̃ hic procuratorem dimisit, sed ipse non defendit. Sed hæc solu. & intentio Cy. non videtur bona, quia vt inquit Ia. Bur. in l. j. s̃. de restitu. mi. in absente reipu. causa, vel quasi, non curãt si procuratorem non dimisit, licet potuerit, qa non propterea restitutio ei denegatur, vt ff. eo. l. ied si per prætorem. §. item inquit prætor. in fi. pro hoc. l. ista. & l. ti. ff. de in integ. restitu. quæ indistincte loquũtur. & hæc l. disposuit propter minoris necessitatem, quam inuitus subijcit, & fauore reipu. cui deseruit, vt liberius reperiat officia talia subeuntes. & potissime, quia homines quandoque turbati circa sibi commissa cogitantes, sarcinulasque cõponentes, de talibus non recordantur. Ad l. igitur eandem respõde aliter, vide licet, quod loquitur quãtum ad hoc, vt excusetur penes ꝓtorem, & vt de diligentibus sibi prouideat, sciens, quod ex quo lis erat ꝓtest. ad diffinitiuam procedi poterat, non quantũ ad hoc, vt ei tollatur beneficium restitutionis, si procuratorem nõ dimisit. & sic ibi de consilio, non de necessitate loquitur, in quantũ de, pcuratore dimittendo ibi intelligitur. Item ad idem opp. quod ad totã causam non restitueretur, quia iure communi iste indefensus potest appellare reuersus, vt l. ab eo. ẗ. quomo. & quando iud. q̃ in omni absente videtur loqui. vt ibi uor. Pe. Sol. quod illud verum si vellet illam viam eligere, sed vbi velit restitui ad totam causam ipse hoc facere potest, vt hic cum fin. Nec obstat, quod hoc extraordinarium deberet cessare per illud ordinarium, vt l. in causæ. ff. de mino. quia illud haber locũ, vbi extraordinarium affert maius commodum, quam ordinariũ, vt no. in l. fi. §. si aduer. rem iud. & in l. Emilius. ff. de mi. & prædicta in absente ex probabili, & necessaria causa, quæ bene no. quia alibi nõ reperies ita plene decla
3 rata. † Nũc quæro quid de absente ex ꝓbabili causa. vt de absen-
a te gra studiorum.[a] dic aut ipse fuit legitime defensus, & tũc nõre stituitur, nisi in subsidium, excusso procuratore & eo nõ existente soluendo, & tunc ad appellandum tm̃. hoc probat in l. post. §. fi. ff. qfi appellandũ sit, & ibi gl. & etiã no. in auth. hodie. ẗ. de ap. facit. l. properandum. §. fi. ẗ. de iud. Aut ipse non fuit defensus, vel minus legitime, quia a potestatem non habente. & tunc, aut se absentauit ante lit. cont. & processus est nullus, & sententia, vt ẗ. de iudi. l. properandũ. §. j. & de rem. appel. l. fin. §. illud. ideo de restitutione nõ est querendum. Follit si causa fuisset talis. in qua ꝓcedi potuisset lit. nõ contest. Nam tunc, quia teneret processus & sententia, restitutio est necessaria. & tunc dico eũ restituendum esse ad totam causam. i. aduersus omnem læsionẽ propter absentiam causatam. argum. l. nec non. in prin. ff. eod. & probatur in l. diuus. ff. de in integrũ restitutio. ibi dũ dicit, vt ratio, & æquitas postulabit. Aut se absentauit li. cõtesta. & tunc aut procuratorẽ reliquit, sed ipse non defendit. & tunc, aut non defendit, qa de functus. & tunc adhuc puto restitui ad totam causam, vt repona tur in eodem statu, in quo erat ante defensionem omissam. Et hoc per. l. proxime allega. dico etiam, quod si vellet, de iure communi appellare potest, vt l. ab eo. ẗ. quomodo, & qñ iu. nec hoc facit cessare primum, velut extraordinarium, ex quo per extraordinariũ pinguius prouidetur, vt no. in d. l. fi. §. si aduer. rẽ iu. & in l. Aemilius. ff. de mi. Aut procurator non defendit, quia noluit, & isto casu dico eum restituendum etiam ad totam causam, sed demum procuratore excusso, & in subsidium arg. d. l. j. ff. quãdo appel. sit, in fi. arguẽdo de respectiuo ad respectiuum, & de parte ad totum, vt l. quæ de tota. ff. de rei vend. Aut procuratorem non
b dimisit.[b] & tunc aut dimittere non potuit. & tunc dicunt glo. ꝓ restitutio non est necessaria, quia tempus appellandi velut vtile ipso iure ei non currit, vt no. in d. l. ab eo. ẗ. quomod. & quando iu. & etiam. l. fi. ẗ. de in integ. rest. Sed hoc non est verum ſm Gul: de Cu. & Ia. But, quia hæc duo æquiparantur, procuratorem non potuisse dimittere, vel dimisisse, & procuratorem nõ defendisse, vt not. ff. eod. l. sed si per prætorem. §. j. in glo. super verbo ex causa. Sed vbi procurator dimissus ex quacunque causa non defendit restitutio locum habet, vt in duobus membris præcedentibus. ergo, &c. Secundo tex. in d. l. nec non, nedum in primo, sed etiam in ij. respon. loquitur indistincte. Ad rationem, quam fecerant gl. respon. ꝓ fateor, ꝓ tempus appellãdi isto casu ei nõ currit. iõ ipso iure potest de iure communi appellare, & tũ si illã partẽ nõ vult eligere, potest restitutionẽ petere. & nõ ad appellãdũ tãtũ, qa tunc procedit obiectũ, sed eam petit, & cõcedi debet ad totã causam, qd̃ est plus, q̃ ad appellandũ, vt s̃. dixi. Aut, pcuratorem nõ dimisit in cã, licet potuerit, & tunc gl. videntur velle, qd̃ licet non fecerit, tñ ex quo abest ex probabili cã, restituatur. ita no. in l. sed si per ꝓtorẽ. §. j. ff. eo. & idem vñ sentire in l. ab eo. ẗ. quomodo & quando iud. sed in l. fi. ff. de in integr. restitutio, vñ sentire; qd̃ nõ restituat. & hanc partẽ puto tutiorẽ, qa aut q̃rit ad appellãdũ, & dicendum est, qd̃ non, qa ipso iure potest appellari. vt d. l. ab eo. & authentic. hodie, & sic frustra de eo ad hoc restituendo q̃rit. aut vt restituat ad cãm; & dicẽdũ est, qd̃ non, qa ex quo lis erat ꝓtesta. secũ, cã debuit exercere vsq; ad fin. in l. ꝓsentanẽdũ. & auth. q semel. ẗ. quomo. & qñ iu. & hæc necessitas al. inducta est maior, & potentior, q̃ necessitas studiorum, pp q̃ se absentat, qa illa ei a. l. nõ inducitur, licet vt laudabilis a l. approbẽt. & iõ potius debet causæ assistere, q̃ se ex cã tali absentare. argu. ff. de re iud. l. ꝗ pupillũ. in fin. & ꝓ tanto in cã nõ est restituẽdus. ar. ff. eod. l. nõ enim. Et, ꝓ hoc facit. d. l. nec non, in princip. si litera bene ponderẽt. Ex ꝑdictis modo ꝓcludere possumus breuius de appellationibus in absente ex probabili causa tantũ, qd̃ si fuerit legitime defensus, restituitur ad appellandũ tm̃ ẗ et demum in subsidiũ, si nullo mõ fuit defensus, vel minus legitime. tũc si absentia fuit ante li. cõtesta. aut q̃rit in causis, in quibus nõ potuit procedi ad diffinitiuã. & tũc frustra de restitutione q̃rere t, quia oĩa agitata sunt nulla. aut in causis, in q̃bus li. non contesta. põt procedi, tunc restituatur ad totam causam. si vero se absentauit lit. iã non cõtest. & tunc si procuratorem dimisit, tunc ẗ ad totã cãm restituitur, siue nõ defenderit, qa defunctus sit, siue noluerit. sed isto casu qñ noluerit, demũ ĩ subsidiũ. s̃. procuratore excusso. Si nauta nõ dimisit procuratorẽ, tunc si non potuit, põt petere restitui ad totam cãm. si vero, qa noluit tũc ad nihilũ restituit, licet iure cõi appel-
4 lari possit. † Nũc de absente ex necessaria cã tãtũ videamus. Et in hoc licet glossatores fortius dubitauerint, q̃ in ꝑcedẽtibus tñ sub distingue, aut fuit legitime defensus. & dicunt gl. qd̃ nõ restituit, qd̃ fateor ad restitutionẽ cãæ, sed ad appellãdũ sic. excusso tñ pri' ꝓcuratore. nã tñ ex iusta causa, vt ĩ ꝑcedẽti dixi, & ꝓtor ei ꝓbuenit ex iusta, vt l. sed si p ꝓtorẽ. §. j. ff. eo. ergo, &c. aut defensus. & tũc si nullo tẽpore fuit defensus, qa nec añ lit. ꝓtesta. nec post. & tũc in causis, in quibus procedi nõ põt absq; li. contesta. idem dico, qd̃ in ꝑcedẽtibus, cũ ꝓcessus sit nullus. In causis vero, in q̃bus ꝓcedi pt, distingue, vt in sequenti mẽbro. Si vero fuit defensus a principio, ita qd̃ lit. fuit ꝓtestatus, & post ea nõ, qa absens factus, qa relegat'. dic aut nõ potuit dimittere ꝓcuratorẽ, & restituit ad totã causam, si hoc eligat. põt tamẽ de iure cõmuni appellare, vt in ꝑcedentibus dixi. aut potuit procuratorem dimittere, sed non fecit, & tunc non restituit, sed de iure cõmuni põt appellari. aut procuratorem dimisit, sed nõ defendit. & tunc si ideo, quia defunctus fuit, & tunc ad totam causam restituitur. licet de iure cõmuni appellare possit. sinautem non defendit, quia non voluit. & tunc ꝓcuratore excusso restituit ad causam. & non ante, arg. l. eum mandato. ff. de mi. & l. fin. ff. de eo per quem factum est. cõmuni.

ADDITIONES.

a ¶ Gratia studiorum. Tu dic de hoc, ut plene per Bart. in l. fi. colum. ij. uersi. uenio ad secundam absentiam. ff. de restitu in integ.

b ¶ Aut procuratorem non dimisit. Adde doc. in c. cum antiquitas, uersi. absens. C. de testa. Barto in l. j. de diuer. & tempo. præferi. Bald. in l. si conuenerit, ff. ꝑ foci. & omnino per Panor. in c. querelam, nu. iij. vbi dicit procedere in causis breuibus. & ibi etiam collec. nu. j. & in addi. ad eum, in uer. si procuratorem constituere poterit, extra de procurat.

5 muni tñ iure põt appellare, & hæc de tertia absentia. † Nunc est videre de quarta, scilicet, q̃ est voluntaria, sed nõ probabilis, & qa illa qñq; habet in se ꝓtumaciã verã, qñq; fictã, vel præsumptãtiõ sic distingue, aut quæris, an restitui possit, & dico ꝓ nõ aliquo casu, aut quæris, an appellare possit, vel debeat, & tunc, aut ipse nullo modo est ꝓtumax, quia nec vere, præsumpte, nec ficte, & tũc, quia sñia est nulla ipso iure, vt ẗ. quomodo & qñ iud. l. ea quæ. ff. de re iud. l. de vnoquoq; appellare nõ tenetur, & frustra interponeret. l. si expressum. ff. de app. aut fuit citatus legitime, & sic fuit
a ꝓtumax, & tunc aut est ꝓtumax vere, & non auditur appellans,[a] vt in auth. iud. §. audiẽ. & ẗ. de iu. l. post. §. fi. & de ap. l. ex ꝓsensu. §. fi. Et hoc nisi veniat iudice sedente pro tribunali, ut l. diuus. ff. de in inte. rest. quia tũc purgatur illa ꝓtumacia, aut est ficte ꝓtumax, quod proprius est dicere præsumpte ꝓtumax, & tunc licet veniat iudice non sedente pro tribunali, põt appellare, vt ẗ. quomodo; & qñ iud. l. ab eo. quis vero dicatur verus, vel præsumptus contumax, dicetur, in l. ea quæ. in eo. ti. & ponitur per Cy. ẗ. de iu. l. pro-
6 perandum. §. sinautem reus, & forte ibi dicam. † Quero, cui ex prędictis æquiparabitur absens ex graui infirmitate, dic secundum gl. quod æquiparabitur absenti ex probabili, & necessaria causa, vt no. in l. quæsitum. ff. de re iud. & sic non minus operatur absentia a principe cęlesti inducta, quàm a principe terrestri causata, vt hic. Adde tamen, quod circa vires sententiæ ibi no. glo.

ADDITIO.

a † Non auditur appellans. Adde de hoc per Bar. in l. fi. col. 4. uers. uenio ad quintã absentiam. inf. de in inte. rest. no. Bar. in Auth. de iudi. §. audient, nu. 3. & ibi in apost. in uer. non appellat. col. 6.

LEX II.

1 *Retentus in custodia, propter quod comparere non potest, restituitur.*
2 *Sententia non valet contra non citatum.*
3 *Citatio facta ad carceres, an valeat.*

1 **Si idcirco.** † Retentus sub fida custodia restituitur, si ob cã cãm cõparere non possit. h. d. Et hẗ duas lec. Pro quarum declaratione opp. ꝓ restitutio nõ sit necessaria, quia arbitri sententia non obligat, nec ex ea datur actio, vt ẗ. de arbi. l. j. Sol. ꝓ huius timore dicunt gl. ꝓ hic loquitur de iudice ordinario, qui arbiter nuncupatur, ut l. quisquis. s̃. de postu. non de
3 arbitro compromissario, de quo, vt in contrario. † Sed tunc op. ꝓ nec iudicis sñia valeat, quia citatio in notitiam absentis non venit, & sic sñia est nulla ipso iure, vt ff. quæ sen. sine app. rescin. l. j. §. item cum contra. Sol. ꝓ ibi nullo modo fuit citatus: hic ad do-
a mum, quod no. quia hic habes gl. ordinariam,[a] ꝓ incarceratus pt
3 citari ad domum. † Sed an teneat citatio facta ad carceres, videtur, ꝓ sic per l. 2. ff. de cust. & exhi. re. quod credo verum, si præsentia sui faciat, alias non. argu. l. pleriq;. & l. seq. ff. de in ius voc. Si tamen non potuit comparere restituitur in inte. vt hic. Alij uerò intellexerunt, ꝓ hic de arbitro ꝓmissario loquatur, quia de citatione nihil dicebat hæc litera. Sed contra eam facit, quia sñia arbitri lata altera parte absente non valet, vt ff. de arbitr. l. diem. §. si quis. Respon. vt hic in gl. ꝓ in compromisso facta erat cõuentio, vt parte absente, & non citata posset ferri sñia. sinautem hæc cõuentio non ꝑcessisset, sñia non valeret, ẗ si quis citatus fuisset, nã statim eũ non venit, pęna ꝓmittit, vnde amplius cõmitti non põt, & frustra ad sñiam peruenitur, nisi esset dictum ꝓ ępius cõmitti posset, vt l. si duo. §. femel. & l. diem proferre. §. fi quis litigatorũ, ff. de arbit. Primam tñ lec. approbat gl. quia si tenear sñia arbitri quò ad cõmissionem pęnæ, non præterea ex ea datur actio. & sic aduersus sñiam non esset necessaria restitutio, vt vult hæc litera. Sed moderni dicunt, ꝓ posset procedere hodie in arbitro sine pęna electo, quia tunc ex eius sententia hodie datur actio, vt ẗ. tit. ij. l. cum auia, & sic aduersus eius sententiam datur restitutio. Opp. qd̃ prima lect. non procedat, quia ꝗ absentem lit. non contest. nõ proceditur ad diffinitiuã, vt ẗ. de tẽp. app. l. fi. §. fi. Sol. quod anteq̃ iste fuisset sub custodia militari lis fuerat cõtesta. vt sentit gl. in fi.

ADDITIO.

a ¶ Glo. ordinariam. Et dum gl. loquitur de sententia lata contra existentẽ in carcere, adde Pau. de Cast. qui refert, ꝓ Florentiæ fuit magna dissensio per ea quę dicit Bar. in Lis qui reu., de publ. iud. unde dicit ipse, ꝓ bonum est, ut citetur, ad domum, & si uicinus refert, quòd citauit, ualebit sententia, quia potest esse ignarus ꝓ fuit in carceribus, si uero referat ꝓ citatus est in carceribus, sententia non ualebit.

LEX III.

1 *Minores læsi in contractibus restituuntur.*

1 **In contractibus.** † Maioribus in contractibus enormiter lęsis subuenitur officio iudicis. h. d. Opp. qd̃ maioribus non subueniatur in contractibus, nã aduersus contractum eis non datur restitutio, vt s̃. de resti. in integ. l. ea quæ a patre, & no. s̃. eo. l. superuacuam. Sol. ꝓ hic non loquitur de restitutione, quæ fit officio iudicis nobili. sed ea quæ fit iure actionis, & officio mercenario, & exemplifica, vt in gl. vsq; ad uersiculum sed an. Op. tunc, ꝓ idem sit in contractibus strictiuris, vt s̃. de dolo. l. eleganter. §. non solum. in fi. Sol. confitendo, vt in fi. gl. Sed hoc ideo dixi, quia in contractibus bonæ fid. ex ubęrantius, & iudicis officium. Quæro, infra quantum tempus proponeretur, respon. vt in gl. Sed quia hæc. l. secundum hanc lectu. gl. non conuenit rubro. Ideo potes dicere secundum modernos, ꝓ hic loquitur de restitutione, quæ fit iudicis officio, & de iure speciali, puta aduersus contractum, non à se, sed à tertio celebratum: puta à procuratore suo, vt in casu. l. 2. s̃. de vxo. mi. & l. fi cum mulieribus. s̃. de restit. min. Aduersus autem contractum, à se celebratum non auditur, vt d. l. quæ a patre.

LEX IIII.

1 *Respublica Romana vbi esse dicatur.*
2 *Ciuitates, ville, & castra quæ restituantur, & nu. 3.*
4 *Ciuitas subiecta principi, uel tyranno, an restituatur.*
5 *Respublica quando restituatur.*
6 *Restitutio infra quantum tempus peti possit.*

a **Respublica.** [a] No. ꝓ respubli. & minores æquiparanẽ. Quæro de qua republ. hic loquatur. Resp. in repu. Ro. & hoc est sine scrupulo ante imperium translatum in principem. Sed postea respub. absolute sumpta est fiscalis im-
1 perij, de qua ẗ. de iu. fiscli b. x. † No. ꝓ respub. Romana hodie non extenditur vltra limites territorij Romani, licet quædam priuilegia sibi retinuit vltra alias ciuitates, vt no. super R. u. de iure reipu. li. 11. Et hæc, an hodie priuilegiatur, vt si hoc beneficium aliis ciuitatibus non competat est videndum. Nam omnes fatentur, ꝓ
2 etiam hodie respu. ciuitatis restituitur. † Quæro igitur qd de alijs ciuitatibus. Et arguit, gl. quod restituuntur, quia prælati ciuitatũ restituuntur, vt s̃. eod. l. j. & ff. eod. l. legatis. ergo, & multomagis ipse ciuitates, quia propter quod vnumquoque, & illud multomagis. In contrario arguit gl. quia. l. non cauetur, sed solum ratio. ci. vt ẗ. de iud. reipu. lib. xi. l. rempu. ergo, &c. non obstant. l. s̃. alleg. quia loquuntur in legatis, qui restituuntur propter eorum iustam absentiam, vt s̃. l. j. Sed ciuitates hanc absentiam non habent, ergo, &c. Quid dicendũ. gl. remittit ad no. in d. l. rempu. & ibi gl. firmat, ꝓ restituantur. Et idẗ tenet in l. nihil. ff. ad maced. & hæc est cõis opi. & probatur per d. l. rempub. quæ indistincte loqtur. Et in omnibus ciuitatibus potest intelligi, cum aliæ. ll. huius ti. loquantur de repu. singularium ciuitatum. Item probatur per l. j. §. fãe. s̃. de off. eius, qui vices alte. gerit. Nam ibi de repu. ciuitatum prouinciæ præsidium habente loquitur: non de repu. primitiua Roma. qa tunc solus præses forte non posset de restitutione cognoscere, sed vna cum ꝓcuratore Cæsaris, vt s̃. si aduer. fil. l. ij. Itẗ probatur quia eadẗ est ratio in eis, quę in repu. Ro. videlicet, qd̃ per plures administratores regitur, & multis deceptionibus subijcit. ideo ei subuenitur. ar. ff. de mi. l. j. Item probatur, ꝓ legati singulariũ ciuitatũ restituuntur, vt s̃. dixi. Nec obstat replicatio, qua dĩ, ꝓ ipsã restituantur pp iustam absentiam, nõ pp ciuitatẗ: quia dicta absentia est caulata ab ipsa ciuitate, adeo ꝓ absentia sola non est cã dandæ restõnis, sed ea sic qualificata, quia a ciuitate causata, & propter temp. ciuitatis. Nõ obstat etiam ratio Per. qui dixit, ꝓ si ciuitates restituerentur, sequeretur, ꝓ eis nõ possit opponi exceptio macedoniani, cum aduersus eam restituerẗtur, vt ff. de mi. l. verum. §. fi. Sed ꝓstat, ꝓ locum habet exceptio prædicta, vt ff. ad mace. l. nihil ergo, &c. qa rñdeo, vt no. in d. l. f. ꝓ licet obstet exceptio, tñ potest peti restõ, vt d. l. verũ. §. fin. & ita teneo. Addit tñ Ia. Bu. ꝓ res. primitiua Ro. restituitur, vt resp. Sed alię ciuitates nõ restituuntur, vt respu. nec ex illa clausula, sed ex clausula gñali, si qua mihi iusta cã, &c. Est aũt iusta cã læsione ꝓbata, qa de obligatione uniuersitatis, & populi tractatur, uel de alio ꝑ iudicio. Et ista uerba sunt Accur. in §. rursus. Inst. de act. in gl. 2. in
3 prin. quod no. † Quæro quid in castro,[b] uel uilla. dicit, ꝓ non res-
b tituuntur, & nihil allegat. Sed pro gl. facit, quia sunt pars ciuitatis. iõ ciuitas non ipsum castrum, uel uilla debet restitui. Itẗ qa
c non ꝓtinetur appellatione reipu.[c] proprie, uel improprie sumptã, sed ciuitas sic, sub cuius iurisdictione sunt. Sed Ia. Bur. distinguebat aut uilla, uel castrum sic est magnum, uel amplũ, ꝓ per suos administratores regitur; & tunc restituaẗ, ut in ciuitate dicitur, sal tem ex clausula si qua iusta causa uidetur. Aut sic est paruum, ꝓ per administratores non regitur, & tunc non restituatur, ut in gl. Et huic applaudet Bar. Sed Ia. de Are. tenuit ꝓ indistincte restituerentur, qa quodlibet municipium æquiparatur ecclesiæ, ut s̃. de sac. san. eccl. l. inter diuinũ. Sed ecclesia restituitur, ut hic no. ergo &c. Itẗ quia sunt pares, & membrum reipu. ff. de iud. l. insulæ.
d Itẗ qa largo sumpto uocabulo dicuntur rempu. habere,[d] ut ff. de publ. l. sed is. §. ꝑterea, & no. in Auth. de hære. & fal. in prin. Quarto qa uniuersitas quãtũcũq; parua, ex quo tractaẗ de ea oblanda in cõi, uel de alienatione rei, q̃ esset ꝓprie uniuersitatis, & sic cõis plurium, ut uniuersorum, per alios necesse regitur, & per omnes, qui sunt de uniuersitate, nõ ꝑ pupillos, & mulieres, maximè cum

ADDITIONES.

a ¶ Respublica. Adde Spec. de loc. §. 6. uersi. xv. ad fi. Bur. in e. j. de rest. in integ.

b ¶ Quid in castro. Adde Spe. de rest. in integ. §. 2. uer. ad doctrinam quod sic, & uide Bar. Cepoin eum qui uecti. de uerb. sign. 4. quæst.

c ¶ Appellatione reipu. Quæ dicatur respublica uide per Spe. de rest. in integrũ. §. 2. & in 3. char. uer. idem quoque. la. 2. parte Bar. in l. cum rem. ẗ. qui potior. in pign. ha. ꝓ Romanorum est proprie, aliarum ciuitatum improprie. l. cum qui. de uerb. signi. Car. in clem. 2. de re iud.

d Rempu. habere. Quòd castrum non habeat rempubli. Adde post gl. j. hic Doc. & Ang. de Per. in gl. in l. quantæ. ff. de publ.

cum infantes, & pupilli, non valeant per se consentire. igitur uniuersitas est restituenda, sub qua prædicti comprehenduntur, nõ si se obligassent, vt singuli. Et ita teneo, saluo, nisi si vellent petere restitutionem aduersus totum. i. aduersus ciuitatem, cuius pars censetur. Nam forte non potest, cum totum trahat ad se partẽ, non econtra, nec pars potest ꝑdicere pro tota, vel quasi, vt ff. de
4 pa. l. maiorem, & ad muni. l. ꝙ maior. † Quæro ciuitas est supposita vni domino, vel principi, vel tyranno, an tunc poterit restitui. Pet. dixit, ꝙ non, quia tunc eius respu. gubernatur per vnum, vel per plures. Item quia tam ciuitas quam dominus ille restitueret, ad cuius vtilitatem omnia fiunt, quæ in ciuitate aguntur, quod non est dicendum, vt l. 3. §. sed vtrumq; ff. de mi. Sed do. cõiter tenent ꝓrium, quia non ipse, sed vniuersitas, & eius syndicus est ille, q restitutionẽ petit, & vniuersitatis nomine, & licẽt vnus ibi sit princeps vel dñs, non propterea vniuersitas, & eius resp. desinit, nec ipse rerum cõitatis est dñs, sed gubernator, & administrator: licet de facto redditus, & prouentus sibi vsurpet, nec ipse solus, sed per alios administratores administrat. Et ꝙ hoc sit verũ, ego probo per hanc. l. & per l. rempu. j̃. de iu. reipubl. Nam ille factæ sunt post imperium translatum in principem, & tũ respu. fiscalis, qa de ea hic loquitur, restituit. ipse aũt dñs fateor qd̃ suo no
5 mine restitui non posset, & ita forte voluit dicere Petrus. † Quæ-
a ro nunc, qd̃ respu. restituatur[a] dicit, gl. ꝙ qñ est læsa in contractu, vel pacto, & idem si in iudicio, vt l. j. j̃. de iud. reip. lib. xi. ad instar minoris cui equiparatur, vt hic, & ad instar ecclesiæ, cui etiam parificatur, vt in glo. Sed tunc quæro, quid si sit læsa in tempore, puta in præscriptione rerum suarum, an tunc restituatur, & videtur ꝙ sic, quia minor cui æquiparatur restituitur, vt si aduersus vsucap. l. j. In contrarium, quia secundum veram opin. ecclesia nõ restituitur, vt no. in auth. quas act. §. de sacrosan. eccle. ergo, nec respu. alicuius ciuitatis, vel ẽt fiscalis, quia ẽt inuicem æquiparãtur, vt l. fi. §. de sacrosan. eccl. & hoc verius quia ar. de ecclesia venit p locũ à maiori, cũ maior sit ratio in ecclesia, quã ĩ ciuitate, vel rep. vt §. de sacrosan. eccle. l. sancimus. arg. aũt de minori ad rẽpub. venit à solitis. Item a pari vel simili, & hoc modo est ita efficax, vt l. ꝓparationes. j̃. de fide instru. Et sic non obstat, hæc l. vel dic, ꝙ eq parantur minori in ꝓ̃ctu, vel iudicio, non in prescrip. vt sentit hic
6 gl. † Quæro tunc in casu, quo debet restitui, in fra quantum tempus hæc restitutio potest peti. duæ opi. ponuntur in gl. Vna ꝙ perpetuo: alia, ꝙ vsq; ad quadriẽnium, & hæc cõis & vera, licet aliæ opi. ponantur in sepius alle. l. rempu. j̃. de iu. rei pu. Nec ob. ꝙ ciuitas, vel respu. æquiparatur minori, cui quadriennium non currit, vt §. ti. j. l. fi. quia verum minori facto maiori, alias incertum esset expectare tps quo maiores efficerentur, quod nũquam esset euenire. Facit ad prædicta l. nisi. cum ibi no. ff. de tuto. & ra. di. Item oporteret nos expectare, qd̃ ecclesia, vel ciuitas destrueretur, qd̃ expectare non debemus, vt l. Mutianæ, & l. si ita legatum. ff. de cõdi. & demon. Item quia actiones de iure communi competentes ecclesiæ, vel ciuitati limitantur tempore, vt d. auth. quas actio. & §. de præscr. xxx. ann. l. omnes, ergo fortius ius extraordi. eis competens de iure speciali. argu. ff. de test. mili. l. eius militis. §. militiẽ. & ff. de actio. & oblig. l. in honorarijs. sed cum rescissa.

ADDITIO.

a ¶Quero nũc, quando respublica restituatur. Adde de hoc quæsito ultra eã, quæ hic no. per Bar. Bal. & communiter alios, ꝙ ponit Spe. in tit. de loc. §. 6. uer. 15. ad fi. & quod no. An. de Bu. in c. j. extra de resti. in integrum.

LEX V.

1 *Filius cum patre, & matre captus ab hostibus illis mortuis succedet.*
2 *Captus ab hostibus seruus efficitur.*
3 *Exemplatum differt ab exemplo.*
4 *Exceptio annua opponi non potest ei, cui restitutio actionis facta est.*
5 *Actio competit ab hostibus reuerso.*
6 *Actio rescissoria quando competat.*
7 *Actio rescissoria quare sic uocetur.*
8 *Actio rescissoria, an sit natiua, vel datiua.*
9 *Vsucapio est de iure ciuili, restitutio est iuris prætorij.*
10 *Actio rescissoria quanto tempore tollatur.*
11 *Actio vtilis rescissoria contra quos competat.*

1 **Si ab hostibus** † Captus ab hostibus cum patre, & matre, reuersus illis defunctis ibi potest succedere, & eorum bona interim vsucapta, potest vendicare vtili rescissoria, restitutione præhabita, quæ olim infra annum vtilem, hodie quadriennium continuum debet peti. non vsucapta autem ipso iure potest vendicare. h. d. secundum vtranque lectu. sed prima magis amicatur literæ. scilicet, vt in re vsucapta loquatur. Pro euidentia præmitte, qui dicantur hostes in ista materia, vt hic in glossa prima. Item præmitte, quando fictio. l. Corneliæ locum habeat, & quid operetur, & quando ius posthliminij, & quid etiam operetur, vt in glo. 2. Pone casum in terminis per te.
a Nor. hic duas fictiones[a] concurrere circa diuersa, & in diuersis personis, quia vna in persona patris apud hostes defuncti, alia in persona filij reuersi. Item ꝙ fictiones sunt contra veritatem assumptiones. Item nota. actionem restitutam fore vtilem. Item ꝙ vtilis restituta, infra annum debet proponi, quod qualiter in-

telligatur. j̃. dicam. Oppo. i. quòd beneficium. l. Cor. locum non habeat, nam omnis captus seruus efficitur, vt l. apud hostes. ff. de capt. & sic. l. Cor. locum non habet, vt ff. ad l. Falc. l. j. §. Solu. vt hic sentit glo. j. scilicet, ꝙ hic de capto ab hostibus, non ab trunculis. Nota in contrario omnes latrones debent appellari, præterquã hi quibus olim populus Roma. hodie Imperator bellum indu-
2 cit. l. hostes. ff. de capt. † Oppo. 2. quia si pater, & mater fuerunt capti ab hostibus serui facti sunt, ideo non possunt habere hæredem, quia seruus non habet hæredem, vt infra, com. de suc. l. seruus. Solutio, ꝙ illud verum, nisi iuuaretur fictione. l. Cor. quę fingit eum mortuum præambula hora captiuitatis, & sic in libertate, vt hic, & Insti. qui non est permis. fac. test. §. fi. Oppo. 3. ꝙ filius eis succedere non possit: quia, & ipse citatus fuit, & sic seruus factus sibi non potest quærere hæreditatem, vt infra, de heredi. instit. l. cum proponas, & ff. de acquiren. hæred. l. placet, & l. si quis mihi bona. §. iussum. Sol. ꝙ illud verum eo stante seruo, sed hic, quia reuersus fuit, fingitur iud. posthliminij nunquam captus, vt Insti. quib. mo. ius patr. potesta. sol. §. fi ab hostibus. Oppo. tunc. 4. ab extra contra prædicta, hic sunt duę fictiones, at duę fictiones non debent simul concurrere, vt infra, de proba. l. j. Solu. ꝙ illud circa idem: hic circa diuersa, & in diuersis personis. Oppo. 5. ꝙ similitudo hic posita non sit bona; quia restitutis non competit vtilis, nisi restitutione præhabita, vt supra, si aduer. transl. l. 2. & ff. de iureiu. l. nam, & postea. §. fi minor, sed huic reuerso videtur ipso iure actionem competere, vt probat hæc litera in fin. sol. debet intelligi restitutione prehabita, & hoc si ponas res vsucaptas, &
3 hæc est prima lectu. vsque ad ver. & tunc expone. † Oppo. tunc. 6. ꝙ hęc lect. non possit huic literę conuenire, quia illud, quod fit ad exemplum alterius, non est idem cum illo, vt infra, de probat. l. exemplo, & ff. deposi. l. quod Nerua. Sed secundum hanc lect. vtilis restituta dabitur ad exemplum suijpsius. ergo, &c. Solu. exponendo literam tribus modis, vt sequitur in glo. vsque ad versi. & quod dicit. Sed prima expositio totaliter istam literam violat; alię duę minus violant, & minus tertia, quã secunda. ideo illam tene, licet quęlibet in se vera. Alij volentes hoc contrarium euitare, & se literę magis conformare, dixerunt ꝙ debemus dicere, ꝙ res non erant vsucaptę, ideo ipso iure vendicat directa actione, sicut restituti vendicant vtili restituta. Et quòd sequitur (cum exceptionis annuę) refertur ad vtilem restitutam, & hęc similitudo, quam hęc litera facit ad hanc lectur. ponit per glo. j. in versic. sed si proponas secundo modo. Sed, quia illa verba (cum exceptionis annuę) coniunguntur cum sequentibus, ideo precedẽs
4 lectu. communiter tenetur, sed vtraque vera. † Oppo. 7. & contra primam lectu. si restitutio actionis est facta, ergo annua exceptio ei vendicanti non potest opponi, quia actio restituta debet durare tanto tempore, quantum fluxit in absentia, & tempore captiuitatis, vt l. quod tempore. supra, de restitu. mino. Solu. vt sentit glo. in versicu. & quòd dicit, scilicet quòd annus iste fluxerat in absentia, & tempore captiuitatis, & ideo reuersus infra, tempus restitutum debet hanc intentionem vtilem intentare, quo negligente, reperitur prescriptio completa in presentia, coniungendo tempora primę presentię cum temporibus secundę presentię à die reuersionis computatæ, & hoc vult glo. usque ad versicu. nisi. Et quod glo. dicit de quadriennio, gratia, exempli dicit, ideo subiungit, ꝙ tantundem de captiuitate fluxerat, licet aliqui intelligant glossi. vt loquatur de quadriennio ad restitutionem petendã subrogato loco utilis anni. de quõ supra, titu. j. l. superuacuam, quod non credo fuisse de mente gl. & de hoc tempore dic, vt ibi dixi. Opponitur successiue, & octauo, quod hæc utilis restituta non tollatur anno, uel quadriennio, sed perpetua sit facta, quia per lit. contestatio. perpetuantur actio. ut infra. de præscrip. long. tempo. & de præscript. 30. uel 40. anno. l. fina. Solu. ut sequitur in gl. vsque ad uersic. & hæc videlicet, ꝙ illud uerum lite ꝓtest. super utili rescissoria, ut in contrarijs, hæc. l. intelligitur lit. non ꝓtest. iõ utilis restituta non plus durat, q̃ tempus restitutum; imo qñque
5 minus, vt infra dicam. † Opponitur successiue cum glo. & nono. quòd huic reuerso, etiam si res sit vsucapta, absque restitutione ipso iure competat actio. nam exceptio est actionis exclusio, ut ff. de exce. l. i. & 2. Sed tex. hic dicit, quod obstat exceptio annua, ergo, &c. Itẽ adidẽ, quia tex. in l. in honorarijs. §. sed cũ rescissa. ff. de actio. & obliga. dicit, ꝙ anno tollitur: igitur ipso iure competit. aliàs tolli non potest quod non est, ut ff. de iniusto test. l. nam, & si sub ꝓditione. §. j. Harũ legũ timore gl. hic in uer. si ergo dicit, ꝙ qdã fatentur ꝓria, & male, quia ꝓ̃. l. ab hostibus. j̃. qbus nõ obstat. tem. prescr. Iõ alij dixerunt, ꝙ ll. ꝓdictæ debent intelligi restitutione præhabita, qd̃ probat illud uerbũ restitutis, ꝙ est tpis ꝓteriti perfecti. Et si exponas restitutis pro restituẽdis, dicũt ipsi, dic, ꝙ hic opponitur natiuitati, & in §. cũ rescissa. tollit respectu. nati-

ADDITIO.

a ¶Duas fictiones. Adde ꝙ fictiones de iure communi concurrant, quãdo una oritur ex altera. Bal. in l. j. in fi. inf. quando licet ab emp. di. & per Car. in cle. quod circa. 20. q. de ele. & de materia fictio nis, uide plene per Bart. in repe. l. si is qui pro emptore. ff. de usu, & in l. nec utile. ff. ex qui. cau. ma. & Bal. in l. siue possidetis. inf. de prob. & Car. in d. cle. 13. q. & seq.

natiuitatis, q̃ impeditur. Alij, vt Accur. idem in casu, in quo sunt restituti per prætorem viuũ: sed vbi non sunt restituti per sententiam, dicit, ꝙ prætor mortuus eos restituit ipso iure, & eo respectu vtilis rescissoria eis competit, sed illa est sine effectu, donec ꝑtor viuus in eam insufflet spiritum vitæ, per eius sententiam reuersum restituendo, quod debet fieri j̃. annum, vt hic, quo casu nõ facto, illa vtilis semiuiua a ꝑtore mortuo cõcessa tollitur, vt d. §. cum rescissa, & hoc vult gl. vsq; ad fi. & in l. ab hostib. §. sed cum simpliciter, ff. e. Et pro hoc põt induci ꝙ dr̃ de bo. pos. dictali, & decretali, ff. de succes. edi. l. j. §. decretalis, nã statim competit edictalis ex ꝑdictio ꝓtoris mortui. Sed nihil prodest nisi j̃. annum, vel centũ dies petat decretalis, vt no. j̃. g admit. ad bo. pos. l. j. Sitẽ insero. nam Leonissa catulos facit semiuiuos, & postea tm̃ clamat in aurib. corũ, ꝙ in eis insufflat spũm vitæ. Doc. tũ, vbi res sit vsucapta dñt ante restitutionem nullam actionem pro re vendicãda ei competere, sed solum posse officium ad rescindẽdũ vsucapionẽ implorare, ꝙ qualiter petat, & ad quid petat, & j̃. quantũ ꝓs, dixi
6 in l. qd̃ tpe, §. deresti. mi. & in l. superuacuã, §. ti. j. † Circa aũt actionem rescissoriã, de qua hic tractat, dicit Dy. & Doc. cõiter, quod actio prius cõpetens est sublata ipso iure, vt patet in vsucapione triennali in reb. mobilib. vt §. de pac. l. traditionib. & tunc hæc vtilis rescissoria non competit, nisi restitutione præhabita, [a] & hoc
a prout eam consideramus in actu, sed si consideretur in potentia, & tpe: põt dici competere, vt in hac glo. Aut prior actio non est ipso iure sublata. vt est videre ꝗm cõem opi. in prescriptione rerũ immobilium, vt no. in auth. nisi j̃. de bo. ma. & dixi in d. l. traditionib. §. de pac. licet Pet. hic in lec. Cy. contradicat, & male, vel etiã in ꝑscriptione actionũ, ut no. in l. sicut j̃. de ꝑscr. 30. an. & tũc ipso iure competit, sed inefficax ante restitutionem præhabitã vtilis efficitur. i. efficax, & valida, vt j̃. quib. non ob. lon. temp. præscr. l. ab hostib. & ff. de cap. l. ab hostib. & his casibus per annum vtilẽ, vel hodie quadriẽnium non præscribitur actioni, quia iam est ꝑscriptum, sed officio quo põt restitutio peti. Opp. x. & fortiter, ꝙ post habitam restitutionem hæc vtilis non tollat anno vtili, vel hodie quadriennio cõtinuo, cum fiat rei pecutoria: ergo ꝓpetuo ut Insti. de ꝓperpe. & temp. act. in prin. & §. j. Sol. ꝗm Doc. ꝙ in hac rescissoria fallit illa regula. Est enim restõ, qñ ꝓ̃ ius cõmune, & de iure speciali datur, vt ff. de ac. & ob. l. in honorijs, §. sed cum rescissa, ideo facilius tollitur, ar. ff. de test. mi. l. eius, §. i. & in Auth. de nõ ali. §. qui verisimile. Quod intelligunt qñ toto quadriẽnio, vel maiori tpe contingit læsio, alias si minori, vsq; ad illud tempus tantũ durab it hæc rescissoria, vt ff. ad Vel. l. si deitrix, §. fi pro eo, & forte hoc fuit de mente gl. nostræ hic in ver. & ꝙ dicit. Sed dicerali quis, mirandũ est, ꝙ leges in præscriptione maiorsi tpis quadriẽnij totum tps restituat, & subducant: ac si in absentiæ nõ concurrisset, vt l. quod tpe, cũ ibi no. §. de resti. mi. & in l. superuacuam, §. ti. j. & ff. c. l. sed, & si per ꝑtorẽ, §. quoties, & postea, & j̃. totum tps restitutum non permittant intentari actionẽ, quia sic videnẽ seruisse de vento, ꝓ̃ l. 2. j̃. cõ. de le. & tanto fortius, cum restitutio sit in pristinum statum repositio, vt §. de repu. l. j. Sed ꝗm statũ pristinum ante absentiã, totũ hoc tps habuisset ad actionem intentandam: ergo & nunc dẽt habere. Nec ob. qd̃ dr̃. Restitutio facta est de iure speciali ꝓ̃ cõe: quia concedo: sed non est facta simplr̃, vt actio intentẽ, sed vt tps læsionis totũ tollat, & in pristinum reducat, sicut eõ, qñ tps est minus quadriennio, solum j̃. illud minus, & non vsq; ad quadriennũ intentari potest. Harum forte rõnũ timore Io. fuit motus ad dicendum, ꝙ pẽdente restitutione in ite. dr̃ quis & rescissoriam actionem intẽtare, & pariter sup vtraq; litẽ contestari, vt no. §. tit. j. l. superuacuam, in gl. super verbo finiẽdam, in fi. quasi vellet diceret ꝙ ipsa statim cõpetit ipso iure. sed sine effectu, nisi restitutio petatur, & tunc illam petendo videat vtraq; producta in iudicio, & in li. conte. facta, & restitutionẽ nõ petendo j̃. annum, vel hodie quadriennium continuũ, excludat in totum, & sic idem annus numero est vnum, & idem tempus vtriusq;. Sed, quia in præcedenti contrario tenui, ꝙ prius non cõpetit, q̃ restitutio sit concessa, & per consequens super vtraq; nõ potest dici li. conte. vt plene dixi in d. l. quod tpe. Ideo ab opi. Io. recedo, & aliter videretur dicendũ, s. ꝙ in re mobili vsucapta, si restitutio non sit congruo tpe petita natiuitas vtilis actionis restituendæ impedit: & eius spes, & potentia tollitur, vt hic ꝗm vnã lec. Si vero restõ congruo tp sit petita, & cõcessa: tunc hæc vtilis rescissoria j̃. tps restitutũ dẽt in iudicio deduci, & lis super ea ꝓtestari, & efficitur tunc ꝓpetua: alias s. j̃. illud tps non sit in iudicio deducta: tunc euanescit. Sed attendendum est, ꝙ hoc non põt excedere quadriennium nec cum eo ꝓcurrere, quia vltra triẽnium, quo res mobiles ꝑscribunt̃, non potest excedere: sed minus, bene põt esse, & hoc hodie. Sed olim qñ annus erat vtilis, & sic tps huius anni poterat esse minus, q̃ tps quod dicebat restitutum: possum dicre, ꝙ hoc euenieba t; quia prętoris remedio fiebat hęc restitutio, at ꝑtorũ remedia consueuerunt esse annalia, vt ff. de suc. edic. l. i. §. sed videndum, & §. largius, & quis ordoꝗn bo. pos. seruetur, l. j. §. fi. & hoc in re mobili ꝑscripta, quia primæua actio durat ꝗm opinio. gl. & omnium Doc. tunc si illam non intentat, j̃. annum, j̃. quem restitutio dẽt peti: dico, ꝙ postea non poterit in effectu intentari, & per istum modum anno tollẽ, quia vtilitas efficaciæ ei denegabit, quia eum agenti rei vendicatione opponetur excẽptio ꝑscriptionis, non poterit replicare de restitutione, q̃ non est habita, nec tunc potest cam petere, quia tps perendi trãsiuit, & ei currit: quia eã ante obiectum exceptionis petere potuit, vt in exceptione non numeratæ pec. dr̃ j̃. de non nu. pe. l. si ex cautione. Et ita ẽt põt hæc l. intelligi. Si vero illam intentauit, & petit, j̃. tps legitimum, & concessa est, tunc stat dubium meum. Nam pone, ꝙ læsus fuit in x. annis iste absens restitutus an tunc, qa x. anni vsũ ei restituti, j̃. in illos x. annos poterit illam proponere, an quadriennio excludetur, & hic subdistinguo, quia aut directã rei vendicationẽ proposuit statim reuersus, & super illa lit. est cõte. & postea opposita est exceptio præscriptionis, & aduersus eã restitutio petita est concessa. Et tunc puto, ꝙ sufficiat illa ꝑcedens contestatio, & factio, efficax facta dicetur ꝓpetuata. Aut reuersus rei vendi. non egit: sed statim restitutionẽ petiit, & cõcessa est, & tunc si directam rei vendicationem utilem factam proponit inf. quadriennium, & etiam est super ea li. contesta. & qõ, dubiũ non habet; quia perpetua est. Si autem infra quadriennium postea nõ proponit, sed in quinto, sexto, vel septimo anno, tũc stat quęstio. mea, & isto casu non video rationem cur proponi non possit, ex quo est, j̃. tempus restitutum, nisi dicas, ꝙ quando tempus absentiæ est minus quadriẽnio, illud subducatur, quando vero maius, totum non subducatur, vel non restituatur, sed totum quadriẽnium, vel olim annus utilis. In his est bene cogitandum, quia trãscendunt intellectum. † Quero modo circa materiam, primo quare hæc actio appelletur rescissoria, vt patet, ff. eo. l. nec non §. exẽplo. Respon, propter præambulum rescindens usucapionem intentatum, & sic ab euentu sic cognominatur. Et ex hoc sequitur aliud quod non est proprium nomen actionis, sed ad actio quę ãã, proprium autem nomen rei ven. uel publiciana, & idem dico in ꝑsonalibus actionibus restitutis, vt proprium nomen sit illud, ꝙ prius habebant. Quæro 2. quare appelletur vtilis. Respondeo, vt dixi ex dictis in ix. & x. ꝓtio patet, s. quod in vsucapione rerum mobilium vtilis appellatur ad differentiam directæ prius extinctæ, quæ resuscitari non potest. Sed in præscriptione rerum immobiliũ vel actionum, qua directa non est extincta, licet inefficax facta restitutione petita, illa directa, nũc efficax facta appellatur vtilis. i. vtilitatis efficaciam afferens; sed directa est, vt prius, & ideo illud nomen vtilis variatur secũdum extinctionem actio
8 nis. Pet. sequutus suam opi. quæ est, ꝙ sicut in mobilibus directũ dominium vsucapitur, ita & in immobilib. & etiam in actionib. dixit, in omnibus prædictis casibus eam fore datiuam, quia non habet præexistentem materiam, unde nascatur. Cy. vero hic in 5. q. sequutus opi. gl. & Docto. dicit, quod Petr. dicit in vsucapione rerum mobilium: nam utilis illa est datiua. Sed in præscriptione immobilium dicit, quod est natiua, quia ex priori dominio nata est illa directa, quæ adhuc durat, ut in precedenti dixi. Ego puto etiam in primo casu sit natiua, & nascitur ex vtili dominio recuperato, quia per restitutionem rescinditur vsucapio, & per consequens fingitur non usucapta remedio prætoris. Sed quia prætor nõ tribuit iura directa, sed vtilia, item quia directum dominium requirit ti. & traditionem, vt §. de pac. l. traditionibus, ideo nõ directum, sed vtile transfertur, & ex illo vtili nascitur hæc vtilis rei vendi. Et si aliter dicatur, sequeretur, quod fructus rei non restituentur absenti, contra l. quod si minor §. restitutio, ff. de mi. nam si datiua, dabitur, demum præhabita restitutione. & sic, ut ex nunc, & per ꝑs restitutio non habebit retrotractum, cõtra l. j. §. de rep. Et pro his facit quod dicitur de stipulatione ficta, ex qua nascitur utilis, ff. de adop. l. his verbis, j̃. de rei vxo. ac. l. j. in prin. & hoc uẽ de mente gl. hic, dum dicit quod natiuitati eius oppo. Sed diceret aliquis immo videtur, quod sit directa. primo, quia restitutio, est in pristinum statum rẽpositio, ut d. l. j. supra de repu. sed in pristino statu erat directa. ergo, &c. Secundo, quia sicut absq; usucapione non quærebatur possessoria prin. ita quæsitũ ex postfacto debeat apud eum remanere vsucapione rescissa, arg. de fideiui. l. vranius. Sed his nõ obstantibus, dic quod est vtilis, vt in hac
9 l. & ita omnes fatentur. † Nec obstant obiecta, quia usucapio est de iure ciuili, & restitutio de iu. prætorio. Prætor autẽ non põt tollere ipso iure remedia iuris ciuilis, vt insti. de bo. possel. §. quos aũt, ff. de lib. & posth. l. si filius qui in potestate, sed tollit quo ad effectũ, & actionem utilem attribuit. Et ita no. gl. in l. ꝓtor, ff. de
b re. iu. † Quarto quæro, qñ hæc actio rescissoria competat, [b] & circa hoc vide, vt dixi in 11. contrario, & tene distinctionem Dyn.
10 † Quinto quæro, quanto tpe duret, uel tollatur rescissoria. Et dic quod

ADDITIONES.

a †Nisi restitutione præhabita, l nec non exemplo, & l. si is, & ibi Bar. in j̃. op. ff. e. & in l. in honorarijs, ff. de act. & oblig. & an eodem libel. no. Spe. in ti. de ac. seu peti, §. sequitur, ver. sed nunquid possunt simil. ubi non decidit, sed remittit.
b ¶Competat. De materia actionis rescissoriæ, uide Spe. ti. de rest. in inte. §. j. & in ti. de of. itu. §. j. & in ner. si uendo, hãs de eius natura, & an officio iudicis expediatur. Item adde, ꝙ non datur, nisi prius sit impetrata restitutio in inte. l nec non exemplo, & l. si is, per Bar. in 1. op. ff. ex qui. cau. maio. & in l. in honorariis ff. de act. & ob. an eodem libello in Spe. de ac. seu pet. §. sequitur, uer. sed nunquid possunt, similiter ubi non decidit, sed remittit.

quod si quæratur de officio rescindendi.dic, vt dixi in l.quod tpe
s.de re mili.& in l.superuacuam,s.ti.j.Si autem quæratur de vtili
restitutæ,dic,vt dixi s.in decimo ꝓrio,& ibi conclusi,ꝙ est perpe-
tua.Sexto quæro,an perpetuetur li.conte.dic quod non, sic vt di
xi in 9.contrario.Septimo q̃ro,an lit.conte.super petitione resti-
tutionis intelligatur contesta. facta super hac rescissoria, ita ꝙ sit
perpetuata.dic,ꝙ non vt dixi,in x.ꝓrio,& in l.quod tpe,s.de rest.
11 mi.quicquid Io.dixit,s.ti.j.l.fi.† Octauo q̃ro ꝗ quos hæc vtilis re
scissoria competat.& dic,quod contra eum qui immediate sen-
sit lucrum ex hac læsione,vel immediate secundum distinctionē
l.in causæ,la j.§.fin.& l.seq.ff.de mi.Nono quæro,an officium re
a scindens,& actio rescissoria simul t possint proponi in eodem li
bello,[a].De hoc remitto ad id,quod dixi in d. l. quod tempo. Et
hæc sufficiant de materia huius l.

ADDITIO.

a †Possunt proponi in eodem libello.ego formaui hanc quæstionem in apost. ad istum sup.eo.l.nu.10.uer.circa autem actionem rescissoriam,in apost.in versi. nsi restitutione prehabita.

De alie.iudi.mutan. causa facta. Tit. LV.

Cōtinua rubricā ad p̃cedentia, quia post restitutiones de gb. prædixi,dictturus erat de iudiciis,& metu futuri iudicii possessor, qnq; alienat rem:& hæc alienatio est causa,pp quam per prætorem mortuum ipso iure actio restituitur ꝗ alienationem;pro tanto ante titulum de iudi.& post ti.de restitu. quæ fiunt a prætore viuo.ponit hunc titulum,qui tractat de restitutione,quæ fit a p̃tore mortuo.Et hoc est quod voluit dicere gl.hic posita.

LEX PRIMA.

1 *Possessio non actionem,sed dominium parit in rem.*
2 *Incorporalia quasi possidentur.*
3 *Rei vendicatio a duobus principiis causatur.*
